

NEW-YORK
812 BROADWAY



STANFORD UNIVERSITY
LIBRARIES





M. TERENTI VARRONIS

DE

LINGUA LATINA LIBRI

EMENDAVIT APPARATU CRITICO INSTRUXIT
PRAEFATUS EST


LEONARDUS SPENGEL.

LEONARDO PATRE MORTUO EDIDIT ET RECOGNOVIT FILIUS

ANDREAS SPENGEL.

BEROLINI
APUD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXV.





Patris carissimi dis manibus sacer hic liber in publicum prodit eiusque mentem atque ingenium per totum librum spirare senties; qui si ipse eum edendum curasset, quanto melius hoc negotio esset functus! nunc ego substitutus in locum difficillimum operam dedi, ut si quando in his scriptis recensendis a patris sententia recedendum esse videretur, nihil tamen eorum quae ille coniecerat aut innotescere voluerat omittendum putarem.

Librorum manu scriptorum apparatum criticum ita ut a patre confectus erat in editionem recepi, nisi quod ex codice Florentino eas lectiones supplevi quae post accuratissimam collationem Henrici Keil, eius rei peritissimi, accesserunt Adolfi Groth opera, qui et in emendandis his libris aliquantum profecit et totam codicis Florentini scripturam publicavit.*) Qui viri doctissimi ubicunque inter se dissentiebant, quamquam ad ipsa scriptoris verba constituenda rarissime ea dissensio pertinebat, tamen neutra lectio mihi videbatur celanda esse legentes. Unus erat locus de quo mirum in modum contraria proferebant, quod cum ipse disceptare non potuissem — ego enim ante Grothi collationem eos locos inspexeram de quibus diversa testati erant P. Victorius et

*) De M. Terenti Varronis de l. l. librorum codice Florentino, dissert. philol. Argentorat. tom. IV p. 81—146.

H. Keil aut quos, cum suspicionem aliquam movissent, a patre inspicere iussus eram — eum adii, cuius benignitate et industria plurimum adiuvabar in hoc opere conficiendo, Gulielmum Christ, eoque auctore G. Vitelli v. d. ad controversiam dirimendam in bibliotheca Laurentiana codicem denuo consuluit.*) De codicis Gothani scriptura aliquot locis mihi iniectam dubitationem officiose, ut solet, removit C. E. Georges. Coniectanea, quae et idem et ex sede sua Japanensi A. Groth per litteras ad me transmiserunt, suo quaeque loco inserta invenies.

Scripsi Monachii Kal. Nov. a. MDCCCLXXXV.

Andreas Spengel.

---

*) Locus est VII § 3, ubi atramentum admodum evanuit et cum *Epimenides Cres* certissima sit patris mei et Reifferscheidi correctio, hoc ipsum *cres* in F scriptum esse per errorem testatur Groth. conf. edit. Haec autem Vitelli: 'primum *opos* ut videtur, scriptum erat, postea correctum *opus*.

LEONARDI SPENGELI PRAEFATIO.

Varronis editionem anno MDCCCXXVI emissam altera sequitur priore emendatior, sed ita emendata, ut libere profitear me in emendandis his libris parum aut nihil potius profecisse*) omni modo adnisum, ut alii vera quae sint investigare possint; nolui enim haec antiquitatis fragmenta incertis meis aliorumve commentis inquinare, nec in vulgarem aut in elegantiorum hominum usum, sed ut docti quae restarent ad emendandum perspicerent et codice adiuti meliora reddere conarentur hanc operam impendi. illi ut omnia sint plana et aperta nec quicquam legentes retineat requirunt, hi quae antiquitus sint tradita sive integra sive corrupta, ut ipsi rem examinent et vera inveniant, scire cupiunt. qua in provincia administranda his usi sumus subsidiis:

F = Florentino (Laurent. LI. 10),
f = Florent. (Laur. LI, 5),
G = Gothano,
H = Havniensi,
M = Guelferbitano,
V = Vindobonensi,
a = Parisiensi 7489,
b = Parisiensi 6142,
c = Parisiensi 7536,
p = Basiliensi,
B = incerto, cuius varietatem Victorius in Gryphiana adnotavit.

His Varronis de lingua latina fragmentis quae fortuna fuerit, paucis referemus. Ex codice F saeculi XI, qui solus ea servavit, saeculo XV male descripta — nam lectu difficilis est — renascentibus litteris Itali docti cupide arripiebant in iisque restituendis magno cum studio versa-

---

*) Haec cum modestius quam verius sint dicta, et meo iudicio nisus et a Christio v. d. admonitus non paucas patris mei coniecturas, quas ipse in notas relegaverat, in ipsum verborum ordinem recepi. ASp.

bantur. Primus hos libros anno MCCCCLXXI Pomponius Laetus interpolato codice usus aliis recte aliis male refictis vulgavit, quem posteriores paucis bene mutatis secuti sunt usque ad Antonium Augustinum, qui anno MDLIV et MDLVII quam dicunt vulgatam scripturam tradidit; is auctoritate nisus libri quem ingeniosus homo sub finem saeculi XV vel initio XVI summa audacia et temeritate composuerat, novum et ad vulgarem dicendi rationem restitutum emisit Varronem; nihil enim fere erat, quod legentes offenderet; adeo omnia quae antea rustica et perversa et corrupta legebantur evanuerant et tersa levigata correcta circumferebantur, ut novus Varro ad vivos rediisse et videretur et diceretur. Nos, qui Laeti editionem cum vetusto illo codice F a Petro Victorio MDXXI collatam itemque varietatem illius libri quo Augustinus usus est ab eodem Victorio enotatam in bibliotheca Monacensi invenimus, incredibili interpolatione statim cognita anno MDCCCXXVI nitido Augustini Varrone iterum in hirsutum illum et rudem laceratumque, qualis antea fuerat, mutato quae esset via ineunda ad veram et rectam emendationem horum librorum demonstravimus. Neque id frustra a nobis factum est; paulo enim post anno MDCCCXXXIII Odofredus Müller secutus est, qui multis locis egregie restitutis Varronem, quo vulgo apte uterentur, edidit. Interea aliis quoque codicibus excussis maiore cum cura factam collationem vetusti libri F adepti Victorium multa minus recte enotasse, quibus et nos et alios a vero seduceret, repperimus neque indignum nobis videbatur hoc auxilio adiutis sagaciores et ingeniosiores ad restituendum Varronem denuo invitare. iam his in universum dictis singula exponemus.

I.

Codex Florentinus saec. XI fol. 1—34 Varronis de lingua latina libros continens, quos Ciceronis oratio pro A. Cluentio sequitur et ars rhetorica ad Herennium, non modo vetustate antecedit ceteros — ceteri enim omnes saeculo XIV inferiores sunt — sed eo maxime praestat, quod ex hoc reliquos descriptos eumque solum fontem ex quo verum hauriamus esse constat.[1]) Varietatem huius libri Petrus Victorius a. MDXXI principi editioni adscripsit, qua nos in priore editione

---

1) Primus monuit Angel. Mai praef. Cic. de rep. p. XX: '*codex omnium parens et antiquissimus*', postea C. Lachmann, vid. Ueber die Kritik der Varronischen Bücher de l. l., ubi plura de hoc codice eiusque auctoritate p. 1—15 disputavimus. Quod M. Haupt censet (Hermes I, 44) Rhabanum Maurum hos Varronis de l. l. libros legisse, fallitur; quae enim de computo cap. 3 extant . . centussis, post quem numerum teste Varrone non componuntur cum asse numeri, a Prisciano qui totum Varronis locum V § 169—74 exscripserat, accepta refert.

usi sumus; is integrum codicem invenerat; nunc enim excisus est secundus quaternio octo comprehendens folia (i. e. V § 118—VI § 61 *trua quod travolat . . . dicendo finit*); contulit deinde a. MDCCXL Hieron. Lagomarsini, cuius exemplum Niebuhrii liberalitate in Lachmanni usum cessit; tum nostra aetate summa cum cura Henricus Keil evolvit nobisque varietatem diligentissime enotatam a. MDCCCLI obtulit, ut si nunc rectius et certius quam antea de hac re iudicare licet, id optimi viri industriae et humanitati debeamus. Ubi vetustum exemplar deficit, apographum Laurent. LI, 5 quod proxime fontem accedere videtur (f.) adhibuit, cuius in calce notatum est: *Antonius Marii filius Florentinus civis absolvit Florentiae XIII Kal. Octobr. MCCCCXXVII.* *)

Ei codici rhetorica ad Herennium et oratio pro Cluentio adhaerent, quorum illa optimis libris qui nobis supersunt neque praestat neque aequatur, oratio vero pro Cluentio deteriorem sequitur familiam, ut Varronis libros de lingua latina in hoc uno nobis servatos cum omnibus mendis et erroribus immunes correctorum manibus descriptos esse iure sit praedicandum. Quodsi iam Florentinus eam quam in B reperimus censuram perpessus esset, nemo verum investigando et coniectando eruere posset; nunc vero cum verba misere corrupta a librario cum fide sint depicta, in emendando via et ratione progredi et quo quis maiore ingenio et industria pollet, eo felicius pristinam auctoris manum restituere licet; quae enim insunt interpolationes, cum explicandi causa saepius quaedam invita Minerva addita essent, casu magis quam consilio ex margine illatas esse dixeris.

Ultimo folio editionis principis in bibliotheca Monacensi servatae haec adscripta leguntur:

Petrus Victorius ac Iacobus Diacetius contulimus cum vetusto codice ex Divi Marci bibliotheca litteris longobardis exarato tanta diligentia seu potius morosa observatione ut vel quae in eo corrupte legebantur in hunc transtulerimus. Die XIIII Aprilis MDXXI.

Hoc testimonium nos olim ad novam horum librorum recensionem publicandam incitavit eique confisi et ea quae a Victorio mutata erant et quae non mutata relinquebantur, ad codicis fidem probe esse redacta censebamus. Accepta varietate quam Henricus Keil summo studio ad Mülleri editionem curaverat, permulta ab illa Petri Victorii discrepare animadvertimus, quibus omnibus notatis integram collationem filio nostro Andreae, qui Florentiae codice excusso litterisque appictis rem disceptaret, tradidimus; sic plus centum locis Italum Victorium lapsum, Germanum nostrum Henr. Keil verum vidisse docti sumus, quod quomodo sit factum, paucis his exponemus.

---

*) Eo ipso anno quo vita excessit pater meus novam collationem codicis F publici iuris fecit Adolfus Groth, de quo supra dixi. ASp.

Saepe Victorius vocabulo *omnes* vel *omnis* litteram *i* vel *e* suprascripsit, quod *omneis* interpretati ubique olim in textum recepimus, at in F numquam vocabulum tertiae declinationis in . . *eis* finitur, extat ibi *om̃s, omīs, oīs* (ut *oīa* et *omīa* i. e. *omnia*). quodsi Victorius *om̃s* significare *omnes* putasse censeas, alterum vero *omīs omneis*, tertium denique *oīs omnis*, tamen sibi non constat. itaque ne quid dubii sit, ubi in F *omīs, oīs, om̃s* extet adnotavimus. Quod frequenter in hoc vocabulo factum est, in aliis quoque multis accidit, ut V § 75, ubi Laetus *immortales* scripsit, Victorius *i* supraposuit nec *e* delevit, unde *immortaleis* olim recepimus, est vero in F *immortalis.* atque hoc semel monitum sufficiet, nam quae nunc exhibemus, ea omnia in F sic scripta extant.

Victorii auctoritate freti formam perfecti — *ere* pro — *erunt* olim probavimus, ut V § 13 *prodiere,* V § 101 *tulere* § 120 *dixere,* quae in ceteris codicibus merito non apparet; nam nata est ex compendio male intellecto, v. c. *tulerx* quod est *tulerunt* non *tulere;* interdum hoc etiam veteres librarios fefellit ut VIII § 23 F *vocar* i. e. *vocarunt,* ut recte G H a, non *vocant* quod ceteri praebent. inde fortasse etiam varietas X, 55 *ostendunt* et *ostenderunt* explicanda est. similiter Victorius X, 9 ex indicativo male coniunctivum reddit *vitaverint aut inceperint,* est apertum indicativi compendium, et IX, 108 *asserint* corrigit, quod *asserunt* est; VIII, 84 Laetus *qui eos liberaret, succedere cepit,* Victorius . . *liberarint* . . *ceperit;* est vero in F . . *liberarunt* . . *ceperunt,* et ibidem *debuerunt* corrigit in *debuerint,* F *debuerx* id quod Laetus exprimit, ergo idem compendium modo . . *ere,* modo . . *erint* interpretatus est. X, 9 *scripserunt aut vitaverx aut inceperx* primum integre exaratum est, reliqua duo aliud sonare censens *vitaverint aut inceperint* ex codice adnotavit.

In F dilucide *idem* atque *id est* distinctum est, illud *idē̊*, hoc *idē* exaratur, unde larga in reliquis evenit varietas, conf. V, 59 *idē̊ solē̊*, i. e. *idem solem*, ubi alii *id est sol est*, VI, 69, VII, 31, 39, 105, 108. Compendio cum haud raro scriptum sit . . *ũ*, factum ut alii . . *um,* alii . . *us* legerent, velut VI, 74 *vades* M Laetus, quod est *vadem,* VIII, 17 *a candido candidius candidissimum,* ubi M V p *candidissimus,* scil. in F est *candidissimũ* quod Victorius . . *us* legit, itaque p etiam *candidior* praebet. notandum VII, 401 *obrutus* in Ennii versu, ubi Vict. *obrutum;* fuit vero primum . . *um,* post factum . . *us.* V, 135 *coum* ex F in *cous* mutans lapsus videtur, nam apographa omnia *coum* tenent. X, 74 F *secundam omnē̊ singuli,* unde Vict. *omnes* refert, ad sensum quidem recte, pessime ad scripturam quod attinet, quae in omnibus eadem est, scilicet *omnem.*

Idem compendium optimum Italum in voce analogia fefellit; sane extat *analogian* in F IX, 113 et 114 (sic et Mp), at IX, 88, 100, X, 2, ubi Victorius *analogiā* mutat in *analogian*, in F extat *analogiā̊* id est *analogiam.* in hoc vocabulo etiam alii mutant, ut *analogian* praebent IX, 90 H p, IX, 95 H.

In numero interpretando plerique sunt lapsi VII, 3 ***Teucer Livii post annos XII a suis qui sit ignoretur,*** sic M, Laetus nec Victorius mutavit, in F vero est *XU* id est XV, item VII, 88 ***et nos dicimus XII viros*** ceteri praeter F, in quo *XU* i. e. Quindecemviros. VII, 44 ***simulacra hominum XXIIII*** omnes praeter F, in quo XXUIJ, id est XXVII; conf. Keil Mus. Rhen. VI, 143.

Haec sunt levia quae facile accidunt, nec mirum in tanta lectionis varietate interdum aliquid confusum aut minus recte traditum esse, sed sunt multo graviora, quae quomodo fieri potuerint non video.

V, 6 ***qui animadverterit scrutari facilius origines patietur verborum*** sic Laetus; Victorius ex F *facilius se scrutari* unde *patientur* olim coniecimus, at nullum in F pronominis *se* vestigium apparet, neque in ceteris codicibus, qui eum maxime sequuntur, invenitur, ut probabile sit *poterit* scribendum esse pro *patietur.* V, 35 F *vehebant . . convehebant,* non *vehebantur . . convehebantur.* V, 38 F *fit,* non *fiat,* idem etiam § 115. V, 28 *ambit,* non *ambiat.* V, 62 *ex utraque parte,* non *utroque.* § 104 *res eae,* non *res et eae,* § 115 *umbonis,* non *umboneis quod,* atque ut e posterioribus libris quaedam afferamus, VII, 84 *antiqui,* non *antiqui qui,* IX, 43 *sint,* non *sint et,* ibidem *facit,* non *faciat,* IX, 44 *extrema,* non *externa,* ut tres sint errores intra paucos versus, IX, 47 *pulvinos,* non *pulvinas,* § 50 *pollicetur,* non *polliceatur,* § 68 *dixerunt,* non *dixerint,* § 90 *prenderit,* non *prehenderit,* 113 *similia,* non *similia et,* X, 8 *lepus et,* non *lepus aut,* § 25 *constet,* non *constet et,* § 37 *collatae,* non *allatae,* 48 *lego et,* non *lego,* 51 *serve . . cerve,* non *servę . . cervę.* Haec Varronis causa dicta sufficiant, ne quis nos optimum et doctissimum virum, cui si ulla penes posteros nostri futura sit memoria, debemus, quattuor fere seculis peractis quod in iis, quae suum in usum summo cum studio et labore contulerat, interdum sit lapsus, vituperare censeat. nunc omnia correcta et codicis scriptura in medio posita est, ut cuivis veram viam ingredienti ceteris palmam praeripere liceat.

Codicis longobardis litteris exarati singula folia versibus XL constant. scriptum est *grecus, rep̄hendere, triptitus*; compendia sunt pleraque nota, e quibus minus vulgaria haec afferimus: *dicim;* (dicimus), *dix̄* (dixit), *dr̄* (dicitur), *dn̄r* (dicuntur), *q̄d* (quod), *qq̄* (quoque), *aū* (autem), *s̄* (sunt), *uł* (vel), *e⁊* (eius). Praepositiones, saepe etiam coniunctiones et copula sequenti vocabulo adhaerent; recentiores librum non interpolarunt, et ipsae illae paucae mutationes quae insunt, haereas num alia manu sint factae. initio margini alia vetusta manus verba quae explicantur apposuit, ut ***pertinacia perseverantia, hostis perduellis, inpos, quid locus pretium in locarium,*** eademque locis corruptis litteram *r* vel R addidit.

Litterae codicis inter se conexae saepe lectu difficiles sunt, ut interdum dubites quid librarius voluerit, qua in re ceteri codices rem expediunt; velut litterae *a* et *t,* v. c. VII, 44 F *ares,* Victorius *tres,*

VII, 65 Victorius *rittabillę* ex F, Keil *riatabillę* laudat*), nec facile discerni posse utrum verum sit monet Andreas, sed nullus ceterorum codicum librarius litteram *a* agnovit, vid. varietatem; paulo post Victorius *tuscauripeda*, Keil**) *auscauripeda* idque omnes ceteri tenent codices; V, 52 M Laetus *turaculum*, non *auraculum*. VII, 104 Laetus *tritides*, F *trittiles*, MVpB *triatiles*, VIII, 51 *tetigi* mutat Victorius in *attigi*, in litteris dignoscendis errans; est enim *tetigi*. VII, 104 *fringuttis* F, *fringuatis* alii, VII, 108 Vp *aunicularia*, non *tunicularia*. haec causa est, cur quod mireris, *autem* (*aū*) et *tum* (*tū*) mutentur, quod posterius IX, 114 MVp exhibent. similiter VI, 87 MV Laetus *autem*, p añ, VIII, 24 MB Laetus *aut*, non *tum*; V, 131, VI, 22, 58, VIII, 24, IX, 16, 33, 63, 114.

Antiquas verborum formas *quom*, *quoius*, *quoi*, *quor* librarius codicis F fugit, quorum primum *quom*, frequentatum in H, nusquam fere dilucide in eo scriptum est, sed certa eius supersunt vestigia: VII, 4 *praesertim quō dicat* et sic MVp, ceteri *cum*. VIII, 69 ceteri omnes *cum quaeratur*, F *qu$\overset{con}{\hat{o}}$ queratur*, IX, 41 *quo alterum* cum ceteris, *cum* vulg. *quom* iure Müller. VII, 42 *quo dicitur*, vulg. *quom*, IX, 108 *quo similitudo*, vulg. *quom*, X, 77 *tum qm̄* (*quoniam*), recte vulg. *quom*, X, 8 *quod cum utrumque habeat*, quod nihil aliud est nisi *quom utrumque*, VIII, 1 *quo$\overset{o}{m}$ ratio*, hoc est *quomodo*, cum sensus *quom oratio* flagitet. *quoius* scriptum extat VIII, 44, IX, 43, X, 3. corruptum legitur V, 6 *qui cuiusmodi* pro *quoiusmodi*, ubi *qui quoiusmodi* GHa. Dativi vestigium restat IX, 34 *quoque fabro* pro *quoique*. Vetustum *quor* scriptum legitur VIII, 68, 71, sed librario ita peregrinum videbatur, ut *cur* supra poneret. id interdum *quur* scriptum invenitur, ut in *a* VII, 39, in G VIII, 2, 8, 68, 71, in H VIII, 1, 44. certum est VIII, 78, ubi in F *quod* corr. ex *quorum*, neutrum esse verum, sed *quor* reddendum, et fortasse idem latet IX, 77, vid. adnot. VII, 39 *quor* G, VII, 45 *quor* Ga, V, 147 *quoi* Ha.

Contractum vocabulum legitur V, 33 *Gabis*, ubi solus G *Gabiis*, V 49 *ab excubiis regis*, i. ę. regiis, 50 *Esquilis*, 98 *hostis*, 158 *Publicis*. non mutavimus 162 *Faleriis*, ubi *Phaleris* Laetus, quamvis Victorius taceat (in F folia illa desiderantur), *Faleris* G quod Müller probavit, quem vid. ad V, 33, Lachm. Lucr. p. 279. *Faleris* MVp Scioppius, VII, 34 Vp (F Groth) *misteris*, IX, 113 H *alis*. Nominativus *Cicuri* pro Cicurii VII, 91. Huc V, 56 *in tribum libro* non pertinet.***)

Multa praeterea antiquitatis in eo vestigia supersunt, ut mirus ille nominativus et accusativus V, 104 *lact*, ab ipso Varrone, ut videtur excusus, quem praeter F nullus e nostris servavit liber, qui omnes *lac*

---

*) *rittabillae* Groth.
**) item Groth.
***) [Sed conf. adnot.]

exhibent.[1]) item *pote*[2]) V, 21 *pote*VELILLINC, unde haec ex libro maioribus literis exarato servata esse docemur. Dativo et ablativo primae et secundae declinationis pluralis numeri Antonius Augustinus formam *eis* reddidit, ut *heis verbeis*, item tertiae declinationis casibus, ut *omneis, mediocreis*, quem morem Ciceronis aetate in epistola ad Latinum Latinium vulgarem fuisse censet, addens: *hac ratione scribendi plerisque in locis Verrius Flaccus in Fastis est usus, quem nos imitati sumus in editione Varronis libri de lingua latina, secutique sumus in plerisque locis exemplum libri veteris Achillis Maphaei.* Iste Maphaei vetus liber qualis fuerit, nescio, sed quod dicit *in plerisque locis*, omni caret fide[3]); nec tamen sine causa illud Augustinus fecit, et Varro longius progressus est; ipse enim nominativum multitudinis secundae declinationis in E et I finiri IX, 80 tradit, et in F multa eius rei supersunt vestigia, ut X, 50 *Boebiei, Boebieis*, VII, 44 *scirpeis*, VIII, 36 *Terentieis*, IX, 28 *hinnulei*, IX, 35 *iei*[4]) et saepius, nominativus singularis etiam X, 10 *eidem* scriptus est, de quo vid. exempla in ind. Inscr. I, 582. I productum diphthongo EI scriptum Varroni esse docet VIII, 50 corruptum illud *infei inei. teis* quod Pomponius pessime in *his tribus* mutavit, nos *infeineiteis* latere vidimus. hinc facile quivis semel monitus plura refingere potest, v. c. X, 15 *voluntatem appello, cum unus quivis a nomine alio imponit nomen, ut Romulus Roma*, ubi Aldus primus *alio* reposuit, F *alie* c . . *romae*, ut satis appareat auctorem dedisse *aliei imponit* . . *Romae*. sic IX, 65 non *utri* in F, sed *utre . I .*, id est *utrei*. IX, 96 *legerem*, ubi *legi* requiritur, natum ex *legei rem*. Nos in Varrone hunc scribendi morem probantes, ubi codex suasit, talia recepimus, ubique vero hunc usum ex ratione, quam in edendis his libris professi sumus, sequi non licuit. sunt plura huius generis notatu haud indigna; Varronem *senatuis, exercituis* et sic omnes huius declinationis genetivos scripsisse Gellius, Donatus, Nonius testantur; *fructuis* nunc legitur de re r. I, 2, 19, sed *fructus causa* III, 1, 9. 4, 2. 5, 1. 7, 2, ut mirer Augustinum parum sibi constitisse, qui hoc prorsus neglexerit, cum multi id genus genetivi in his libris inveniantur, ut V, 34, 134 *fructus*, 87 *senatus*, 88 *exercitus*, 162 *domus*, 181 *census*, VI, 67 bis *sonitus*, VIII, 28, 30 *usus*, 84 *magistratus*, IX, 80 *manus*. Exemplum huius genetivi Scaliger in verbis V, 132 *antiquissimi amictui ricinium*, ubi editi *amictus* exhibent, scribens *amictuis* invenisse sibi visus est, sed *amictui* Varroni vocabulum est quod non declinatur, conf. *indutui* X, 27. Certum vestigium

---

1) vid. quae de hoc diximus Philol. XI, 402. Pomp. ad Don. p. 233 Lind.

2) de re rust. I, 15, 1 *quod ubi id pote*, II, 2, 6 *nec non emtor pote ex emto.*

3) an erat similis Victoriano B, ex quo Victorius V, 1 *hieis*, § 2 *hieis libreis*, § 6 *heic antiqueis* aliaque margini Gryphianae editionis adscripsit?

4) corruptum in *lei*, nam I longa littera etiam in hac minore scriptura saepius servata est nec desunt inscriptionum exempla.

extat IX, 4 *de copulis naturae et suis,* ubi *usuis* flagitari docuimus, et X, 73 *usui species videntur esse tres*, ubi item *usuis* reponendum esse apparet. nec minus recte X, 62 *cassuis* Müller pro *casus his* scripsit. De multitudinis numero dubitare licet; nos quidem IX, 95 et X, 30 pro *nominativom*, qui genetivus esse debet, *nominatuom* scribere ausi sumus, quemadmodum Lachmannus ad Lucr. p. 404 Varroni *magistratuom* reddit. [1])

Sunt alia quoque quae codicis antiquitatem indicent singularia, ut V, 166, VIII, 44 *iam* (= eam), fere semper *Sauini,* [2]) *derectus*, *comune,* IX, 86 *deosum,* X, 52 *prosus et rosus,* VII, 110 *tepora,* VIII, 58 *teporis,* X, 41 *teporibus,* [3]) X, 83 *opufuit,* VI, 1 *loquontur;* X, 71 *sequontur;* item *Pacui* cum *i* longo, *Pacuius*, *Pacuium* pro Pacuvi, Pacuvius, Pacuvium, nisi librarii litteras repetendas male vitaverunt; nam quod in inferioris Italiae titulis et PAC et PAQ legitur exaratum, Varronem Pacuium scripsisse certo non demonstrat. [4])

Cum ex hoc fonte ceteri codices sint derivati, nullius fere sunt pretii ad artem criticam in hoc opere exercendam; tamen ne hi quidem prorsus sunt neglegendi; nam et librarii quaedam recte correxerunt et quae discrepant in principe editione a nostris libris, a Pomponio Laeto sive sua sive aliorum coniectura illata esse docent. Ex his Havniensem (H) G. B. Niebuhr contulit, Parisienses (a, b, c) Donndorfius, Gothanum (G) cuius collatio a Regelio instituta in Mülleri edit. p. 270—305 extat, nos anno MDCCCXXVIIII evolvimus, paulo post Guelferbitanum (M), MDCCCXXXV Vindobonensem (V), Basiliensem (p), cuius usum viri clarissimi Dorothei Gerlach benevolentiae grato referimus animo, MDCCCXXXVIII.

Secundum quaternionem codicis F nunc desiderari querendum est; haeremus enim interdum quid ibi fuerit scriptum, cum apographa inter se differunt, velut maioris momenti ut afferam exemplum VI, 12 *dies Agonales per quos rex in regia arietem immolat, dicti ab Agone eo quod interrogatur a principe civitatis et princeps gregis immolatur;*

---

1) V, 73 *Castoris nomen graecum, Pollucis a Graecis; in latinis litteris veteribus nomen quod est insribitur ut Πολυδεύκης Polluces, non ut nunc Pollux.* id simplici littera *Polucee* reddendum erit; antiqua enim forma extat in Ritschelii Mon. I n. 55 his litteris *POLOCES.*

2) Vulgaris scribendi forma *Sabini* est V, 32, *Sabinis* V, 73, 74, 107, VII, 29, *Sabinum* V 73, 74, 123. altera vero his locis in codicibus apparet *Sauina* V, 66 F ras. Vp, VII, 28 FMVp. *Sauini* V, 68 FVp, 97 bis FMVp, 159 MVp, VI, 13, M, VI, 28 MVp, VII, 46 FMVp. *Savino* V, 107 FMVp. *Sauinis* V, 41 FVp, 74 FVp, V, 123 MVp, VI, 5 FMVp, VII, 77 FMVp. *Sauine*, VI, 20 Vp.

3) [*Comunis* scriptura nescio an defendi possit, sed *tepora* pro tempora neglegentiae librarii deberi censeo, ut qui aliis locis *tẽpora* scripserit.]

4) [Locos collegit A. Groth ad V, 7 (p. 19, 2 LSp [1]): *Pacuius* V, 60, VI, 94, VII, 18, 76, *Pacui* V, 7, VII, 22, *Pacuium* VII, 87, 88, 91, 102. *Pacuuius* scriptum est V, 17, VII, 59.]

nihil monet Victorius de verbo *dicti* nec ego ex MVp quidquam adnotavi, sed in GHaf scriptum est *diti* idque ex F translatum videtur, nam acutior est varietas quam ut casu librariis eam in mentem venisse conicias, et tamen dubitandum est, quod coelitibus, non Diti hanc hostiam immolatam esse Ovidius Fast. I, 318 tradit.

Maxime concinunt GHaf, in quibus interdum graecis litteris exarata leguntur quae latinis scripta sunt in F, ut VII, 28 *ἐπιγραμμάτιον* (in Gb est lacuna), ubi F *epigrammation*, et *ἀναλογία* pro *analogia*. Similiter V, 168 *peristromata et peripetasmata* in Ha graece scripta sunt, quod ego probaveram et Müller recepit; male, nam Latinis usitata vocabula laudantur eaque graeca esse monet auctor; ergo latinis, non graecis scripserat litteris. V, 65 in Ennii versu *graeci vocant aerem, qui* lacuna est vocis *aerem* in Ha, quod graecum scilicet, non latinum est vocabulum. Nolebant librarii saeculi XV frustra et graecis et latinis litteris se imbuisse nec describere modo codices, sed ipsi iudicare solebant, id quod imprimis ordo librorum ostendit. Nam cum in F hanc inscriptionem invenissent: *M. Terenti Varronis de lingua latina . . . liber IIII explicit, incipit lib. V,* prima vero operis verba tres praecessisse libros docerent, quomodo hos quintus sequeretur liber inscii, complures ut GHVap, ne aperte falsa describerent, postrema verba i. e. numerum librorum omittunt, alii audaciores ut c, rec. G, *liber quartus* scribunt, 1) alii ut b, rec. p *liber primus;* singulare et inauditum est quod M exhibet *M. Terentii Varronis de lingua latina de disciplina originum verborum liber Sextus incipit.*

Nec minus animadvertendum est saepissime antiquas verborum formas in his deterioribus libris inveniri *quoius,* 2) *quoi, quom, quur, maxume,* ubi in F extat *cuius, cui, cum, cur, maxime;* erant enim iam tum docti librarii qui Varronem vetustam scribendi rationem secutum esse probe tenerent, ideoque hanc eius libris suo ingenio, non codicis auctoritate inferrent; ut VI, 17 in F scriptum *quod tibicines cum feriati vagantur per urbem,* ubi recte Laetus *tum* correxit, sed illi *quom* exhibent; similiter VI, 92 H *quom primo luci.* VII, 45 sq. *pomorum (nam apud Ennium iam cata signa ferae sonitum dare voce parabant) cata acuta* inserta GHab omittunt, VII, 64 *diouolares (scoeniculae miraculae diobolares)* desunt inclusa in GHb, exstant vero in a. V, 184 GH *videor,* non *arbitror;* in p V, 83 et 87 lacunae, quae nullae sunt, indicantur; VIII, 5 GH *perpaucissima,* non *quam paucissima,* V, 74 pro *hecralem,* corrupto sabino vocabulo, GH male *herculem* suggerunt.

---

1) codex Venetus: *liber III explicit, Incipit IIII,* cod. Lugdun. 133 . . *al M. T. Ciceronem liber quartus incipitur,* sed cod. 97 *Primus Marci Varronis de lingua latina liber incipit.*

2) VII, 49 pro *quin,* quod sanum est, *quoius* G, *quius* H, IX, 1 solus I *librei,* IX, 89 *Argei,* non *Argi.*

Quamvis hi libri inter se conveniant, tamen singulis singula insunt, nec alium ex alio descriptum esse dixeris. VII, 26 in F quattuor versuum spatium vacuum relictum est, qui cum longiores sint, lacuna in Haf his verbis indicata est: ***hic spatium decem linearum relictum erat in exemplari,*** idem in Mutinensi legitur; in G nihil adnotatum est; ergo ex hoc illi descripti non sunt. paulo antea vero VII, 23 lacunae signum in a cum F convenit, non cum H. VIII, 84 in F scriptura vacat folium 22 b, item versus XVI folii 23. is hiatus in a f his verbis indicatur: ***hic spatium IIII chartarum relictum erat in exemplari,*** in H vero ***hic desunt lineae octo quemadmodum relictum erat in exemplari.*** in ceteris nihil legitur aut simpliciter: ***hic deficit.*** Mutinensis qui h. l. haec praestat: ***notandum quod hic in exemplari erant*** 4[or] ***carte non scripte*** VI, 97 in margine quae in nullo leguntur exhibet: ***not. quod in exemplari hic erant carte*** 9 ***tum decima non scripte.*** IX, 41 in F est dittographia ***vocatur*** (*di* supra scriptum), solus vero H ***vocatur*** exhibet, reliqui omnes ***dicatur.*** nec correctiones desunt. VIII, 44 recte supplent ***et quae habet tempora.*** X, 52 ***primo genere ab imposito ad naturam proficiscimur,*** numquam ita Varro ***impositum*** dicit, semper id quod solus G praebet ***impositione.*** X, 17 quattuor verborum genera enumerat auctor, substantiva quae casus neque tempora habent, verba quae tempora neque casus habent, participia quae utraque, adverbia quae neutra habent, quibus haec addit: ***ex hac divisione singulis partibus tres reliquere dissimiles,*** sic F et omnes praeter a, in quo recte ***relique;*** hoc verum videtur, neque aliud quod propius ad litteras accedat, velut ***reliquae vere dissimiles.*** VII, 44 in F corrupte legitur ***ares,*** sic etiam H sed suprascripto ***arx,*** quae vera est correctio eaque in Ga recepta extat; ex his ergo H descriptus non est; is solus VII, 73 verba ***quae praeter alia erant insignia,*** quae in F super versum post vocabulum ***signi*** appicta sunt, omittit. V, 104 ***uvae ab uvore*** (quae verba Vp omittunt) in H ***uvae ab humore,*** in G vero ***uvae ab humore aliter ab uvore*** scriptum est.

Arctissime item cohaerent Vindobonensis (V) et Basiliensis (p), qui saepius soli fontem F exprimunt; neuter tamen ex altero descrptus,[1] nec correctiones nec interpolationes desunt, ut VII, 85 ***numen dicunt esse imperium dictum ab nutu, omnia sunt eius imperium maximum esse videatur,*** ubi quaedam verba propter simile cadens interciderunt, sic fere supplenda: ***dictum ab nutu, cum cuius nutu omnia fiunt eius.*** iam vide quid in V extet: ***numen dicunt esse imperium dictum ab nutu omnia sunt eius et est in Alemania imperium ab antiquissimo tempore . imperium maximum esse videatur .*** hinc librum in Germania exaratum esse conicias[2]) nec res notatu indigna est; atque hoc emblena

1) sic v. c. V 21. 77 V quae desunt in p, item VI, 96 p graeca verba in V omissa servavit, conf. VI, 73; notanda VIII, 11 particula *et* in hs transposita.

2) Itali manum V, 108 *cotto* pro *cocto* prodere videtur.

in p non legitur, neque ipse tamen interpolationis immunis est; tria enim nova verba in fine addit: *esse videatur et mundi dominus.* Aliae quoque adnotationes margini adiciendae verborum ordini illatae sunt, ut V, 165 *eodem anno apertam imo clausam. ℞. Livii* $\overset{o}{\mathrm{I}}$. *Super lectulis,* ubi praeterea marg. p. *scripture error appertissimus* . $\overset{o}{y}$ *enim clausa.* VII, 109 *tres scripsi P. Septumio . . tris tibi quorum hic est tertius,* librarius cod. p alteri quoque nomen addendum putans *tibi o cicero quorum* dedit. idem IX, 35 inclusa de suo inseruit solus *itaque (ut in aliis quoque rebus, sic in rebus accidit, quia) in* . . V, 106 *testuatium quod in testu caldo coquebatur, ut etiam nunc Matralibus id faciunt matronae*, Vp *matronae nostrae praecipue*, quod nisi fons et origo horum librorum constaret, haud dubie multi probarent, sed altum silentium in ceteris codicibus.

Lepidum est quod VII, 52 Varronis verbis *latrones dicti ab latere, qui circum latera erant regi* adscriptum est: *solebant collaterales regum viri fortes atque integri esse, sed latrones dici; nunc dicuntur aliter, sed latrones veri sunt.* Interdum haereas et Varronis esse credas quae lectoris sunt expositiones, ut VIII, 22 *contra naturalem declinationem dico, quae non a singulorum oritur voluntate, sed a communi consensu . itaque omnes impositis nominibus eorum item declinant casus atque eodem modo dicunt huius Artemidori et huius Ionis et huius Ephesii, sic in casibus aliis*, ubi V p *huius ephesis. Sic rectus plerunque voluntarius, obliqui naturales semper . sic in casibus aliis;* egregie sane ad Varronis sententiam, sed merum interpretamentum esse nec intercidisse aliquid per ὁμοιοτέλευτον et ordo rerum et fons codicum F satis ostendunt. X, 37 propter simile cadens uterque liber omittit verba *ab analogo dicta . . . habent eundem logon* quae quattuor versuum spatium comprehendunt, item duos IX, 100, sed V *quod fui est . . . fuero*, p his duobus amplius additis verbis *sum ero quod fui est . . . fuero.* IX, 25 desunt in utroque *et inde ad brumam . nonne luna ut a sole discedit ad aquilonem,* X, 8 *si eiusdem generis essent, utrique praeponeretur idem ac diceretur aut hic lepus et hic nemus aut hoc lepus et hoc nemus.* VII, 4 soli lacunam ex F reddunt. IX, 3 ex vera correctione verba male repetita *homo ex anima quod est* omittunt, vulg. ex B minus recte primum vocabulum *homo* ceteris deletis retinet. VII, 109 iure ut videtur*) *ars* pro *an* scribunt. haud

*) De tribus qui praecedunt primis libris Varro dicit: *in primo volumine est quae dicantur cur ἐτυμολογικὴ neque AN sit, neque ea utilis sit; in secundo quae sint cur et ars ea sit et utilis sit; in tertio quae forma etymologiae.* inde facile quivis *ars* scribere poterat, quod a me quoque in editione priore iam propositum nunc recepi; tamen de veritate dubitare licet. nam quae hic de etymologiae libris II—IV dicuntur, aequalia sunt illis VIII—X de analogia; in his vero nulla fit artis mentio; itaque hic nihil requirimus, nisi: *cur . . neque sit neque ea utilis sit; in secundo quae sint cur et sit et utilis sit.*

felix vero est coniectura VI, 52 *sed de hoc post erit interpretandum,* pro *usurpandum.* VIII, 5 vocabulo *impositio* additum in utroque *et declinatio,* recte si verum est *impositio;* vid. edit. Haec quantum conveniant, docent, ut gemini videantur; sed saepius inter se discrepant, et multum praestat p, qui v. c. VI, 96 graeca omnia ex F servavit, ubi in V nil nisi hiatus aspicias, V, 24 *et udorissi* solus ex margine codicis F recepit, sed VII, 5 verba quae in V extant, in pH desiderantur. VII, 109 cum ceteris *et illis sit* exhibet, sed V habet *et illis utilis sit,* in quibus *utilis* corrupti vocabuli *illis* iusta correctio est. sub sexti libri finem in marg. V: *hic deest in exemplari folium unum in quo est principium libri III* unius et dimidii versus vacuo adiecto spatio, in p utriusque libri verba cohaerent, neque quidquam in marg. praeter haec: *hic deficit.* Mira verborum traiectio VIII, 26 in V indicata est: *opus est ''neque enim . . in consuetudine ''non negligendum. Sunt quod eque sunt et brevi et aperta ''Preterea,* quo verba *non negligendum . . aperta* illis quae praecedunt *neque enim . . consuetudine* praeponenda esse notatur . partim haec in p re vera transposita leguntur: *opus est non negligendum neque enim . . consuetudine . Sunt quod eque . .* ceterum inanis est haec adnotatio, nosque ne libri moles frustra augeatur, et hoc et alia id genus quae ex his inferioribus libris hausta nullius sunt pretii silentio praetermisimus.

Basiliensi (p) simillimus erat codex quo usus est Adr. Turnebus, quem novam horum librorum editionem parasse postumae notae priores tres libros comprehendentes a filio MDLXVI in lucem emissae [1]) docent. nomen eius affert ad V, 60: *terram corpus*] *ita ut reperi in Victoriano et excudendum curavi* et ibidem *ubi nimius ardor*] *ubi minus ardor codex Victorianus bono sensu.* Est igitur Parisiensis ex libris St. Victoris, nunc depertitus. in utroque eadem inveniuntur, ut diversos esse non censerem [2]), et quae alia ex eo a Turnebo notantur, minus recte lecta putarem v. c. VII, 23 *queant* pro *que aut,* VII, 49 ubi in ceteris *quin inde* extat, Turnebus ex suo *quid unde* laudat, cum in p *quid inde* sit, neque VII, 97 *bonae scaevae* aut aliud in eius libro atque in p extitisse certus sum. sed distant; nam in Turnebi libro graeca, quae in Basiliensi desiderantur, erant scripta, ut V, 111 *τυφλὸν ἔντερον*] *in veteri uno verbo τυφλοέντερον,* at in p est lacuna et deest etiam sequens verbum latinum *appellasse.* V, 21 vulgo *τέρμα Euander* legebatur; Turnebus *nos etiam* inquit *pro τέρμα τέρμονα scribendum censemus ex vetere libro, ita origine postulante, erant et aliquot alia verba graeca, quae legere non potuimus* . non graeca erant verba,

---

1) Nescio quomodo privilegii sententia de his Hadr. Turnebi commentariis data sit 3 Id. Iun. 1557. mortuus est A. Turnebus 1565, Odonis Turnebi ad Hospitalem epistola Idib. Aug. 1566 scripta. In Adversariis ab ipso Hadriano editis, in quibus optimae quaeque emendationes Varronianae leguntur, codicis Victoriani nomen non apparet.

2) Ueber die Kritik der Varronischen Bücher p. 4.

sed latina *pote vel illinc* maioribus litteris exarata, a librario ut in V in graecas mutata formas, vid. lect. varietatem; at in p est *termona po Euander;* haec igitur Basiliensem diversum esse a Turnebi Victoriano,[1]) reliqua vero in quibus uterque a ceteris distat, eum huius apographum esse convincunt.

Guelferbitanus (M) his longe deterior multa quae in ceteris sana leguntur depravata exhibet, ut vix verum invenire possis; velut in exemplo supra allato VII, 44 ubi F cum aliis corrupte *ares*, quod G H a in *arx* iure mutasse monuimus, praebet, in M *ea res* scriptum est. insunt vetusta et mirabilia ut IX, 34 *imposierint* cum F, VII, 4 *imitare* infinitivus quod facile aliquem fallat, IX, 41 *proponumus*, IX, 101 non *terna habet tempora*, sed *terna prestant al' habent tempora*, cum tamen in nullo *praestant* legatur. V, 155 *comitium ab eo quod coibant eo comitiis curiatis et litium causae*, ubi *causa* reponendum esse veteres librarii quidam et vulg. viderunt, ut sit publicum comitiis curiatis, privatum litibus dirimendis, M vero praebet *litium cause allias esse*, et sane in G H extat *litium esse*. ergo haec varietas margini vel supra vocem *cause* adscripta *alias esse* a librario codicis M versui illata est; magis corruptum est quod Laetus e codice suo edidit *lutum esse vel cavesse* hoc est *litium esse vel cause*. hac ratione ineptae lectiones saepe explicantur. Quod si talia casu et neglegentia illata dixeris, interpolationes non desunt v. c. VII, 52 ubi latronis origo graeca indicatur: *ea enim merces graece dicitur λάτρον,* librarius ut se graecarum litterarum haud rudem esse ostenderet, *κερδωρ* (i. e. *κέρδος*) scripsit, unde in principe editione *cerdon* extat, et tamen misellus hic liber V, 26 graecum . ‖ . STEΓNON et VI, 61 *Νιδιχε* solus ex F servavit; nam in ceteris omnibus aut nihil aut lacuna est; similiter ibidem unus ex F *p̄unce* corruptum pro *praeeunte* retinet. VII, 42 in F graecum vocabulum ΛΕΤΕ (id est *λήθη*) scriptum est, harum litterarum primam λ servant H a, lacuna est in G V b p, solus M praebet ΛΙΘΗ. VIII, 3 vocis *utili* postremae tres litterae in F incertae sunt, unus M in lacuna verba *utili et* omittit; tam mira sunt horum quoque librorum fata. IX, 34 *analogiam analogicen* habet deleto vocabulo, ut alienum inferretur; vix tanta libidine librarios grassatos esse credas; inde haec aliaque id genus in principes transierunt editiones. perversam operis inscriptionem qua sextus incipit is liber qui est quintus, iam indicavimus, reliquorum desunt tituli.

Praeter haec alia quoque horum librorum exempla in bibliothecis latent v. c. Vaticani tres codices, Mediolanensis, Mutinensis, Barberinus, Chigianus, Stuttgardiensis, quorum mentionem facit Od. Müller praef.

---

1) conf. var. lect. V, 102 *proxima animalia* ubi adverbium requiritur, Turnebus ex suo *proxima me*, fuit correctio *proxima*, in p *me* non legitur. V, 178 *praedia primum* pro *praeda praemium*, ego ex p nihil adscripsi, VII, 19 propter simile cadens uterque om. *quid dedere quam pudam Areopagitae*, ceteri omnes servant.

XIII—V, Florentini apud Bandinium, Madritenses tres in Haeneli catalogo p. 955, Vossiani duo Lugdun. quorum excerpta collegae nostri orient. litterarum professoris M. Müller benevolentiae debemus, Pragensis, Parmensis (Mediolani scriptus XII kal. Sept. MCCCCXLVII), Harleianus (5406), Venetus quem ipse inspexi, e quibus ceteros aetate superat Madritensis primus, cuius sub finem legitur: *Sebastianus de Papia scripsit Florentiae MCCCCXII,* ex vetusto F ut videtur. haec quanta cura illo saeculo Varronis libros docti tractaverint confirmant, sed nullus inde fonte aperto et excusso ipsi fructus accedet.

Ex his qua fide editor primus provinciam suam administraverit, demonstrare possumus; nam cum hos libros Pomponius Laetus, civis Romanus, anno MCCCCLXXI (neque anni neque loci indicium scriptum est) primus publicaret, in praefatione haec professus est: *ubi librarii litteras mutaverunt, correxi; in his quae inscitia penitus corrupit, non ausus sum manum imponere, ne forte magis depravarem;* extremis vero Varronis verbis addidit: *Finis eius quod invenitur Marci Varronis. Parce qui legeris, si aliqua minus polita inveneris, nam ita ex omni parte sive seculum fecerit sive librarii volumen quodvis corruptum erat, ut necesse fuerit aucupari hinc inde sententias; ideo sine rubore veniam dabis et errori manum imponas Pomponius tuus orat. Vale.* Eius recensionem, ut fieri solet, secuti sunt editores; nemo enim nisi melioris notae adhibitis libris, quae ex eius ingenio illata essent, perspicere poterat. Usus est scripto libro deterioris notae, simili Guelferbitano nostro (M), qui male descriptus est nec interpolatione caret. [1]) At Pomponius non pauca nec levia, sed plurima et gravissima correxit, multa bene, plura perverse et minus verecunde, id quod nunc, cum ubique codicis F lectio appareat, certissime evinci potest.

Lacunam totius folii, in qua principium libri septimi erat, his

1) VI, 82 propter simile desinens verba *augures dicunt specere. consuetudo communis quae cum praeverbiis coniuncta fuerunt etiam nunc* in M et apud Laetum interciderunt, quod utrique eundem esse fontem probat. V, 43 *ratibus quadrantem solvebant cuius* male pro *ratibus cuius.* VI, 76 *nunc ornamentum quod sicut osnamenta* pro *vulgo ornamentum quod sicut olim osnamentum.* V, 54 de suo addit M *sacriportus est,* Laetus *sacriportus est et in ea sic.* VI, 58 *ab eo itaque* veteres, *ab eo quidem* M, *ab ea quidem graeca voce* Laetus. inde corrupta eadem in utroque v. c. V, 33 *ex ara romanus et gabinus* pro *extra romanum et gabinum.* VIII, 33 libri *analogia sequenda est nobis,* Laetus *stamenda* unde vet. editio non inepte *statuenda* correxit, neque ille operarum error est, nam in M extat *analogie stauēda.* VIII, 50 M *in his articulis,* quas litteras in codice librarius legere non potuit, omisit, *tribus* supplevit Laetus, neque Victorius hoc ex B mutavit; is igitur idem dedit sive ex Laeto sive aliunde sumptum. VI, 72 *agi non potest* M Laetus, *non potest agi* ceteri. V, 65 Laetus in Ennii versu *arbores herbasque* pro *urbis beluasque* quod ceteri omnes, etiam B, tenent, audaci coniectura, sed non inepte excogitavit. V, 94 item solus *quasi indagator* pro *quas indagatur,* X, 16 *egrotat et languescit* postrema duo solus Laetus addit.

quattuor versibus sibi explere visus est: *Temporum vocabula et eorum quae coniuncta sunt aut in agendo fiunt aut cum tempore aliquo enuntiantur priore libro dixi; in hoc dicam de poeticis vocabulis et eorum originibus, in quis multa difficilia, nam.* haec quae in nullo scripto leguntur sed ex postremis praecedentis libri verbis, item ex fine VII et initio VIII facili opera addi poterant, primum sive suo sive alius ingenio dedit et miraberis hominis audaciam, qui cum in libro inveniret: *repens ruina aperuit ut verbum quod conditum est e quibus litteris oportet, inde* deletis tribus primis verbis, ut particulam *nam* ab ipso excogitatam sequi videretur constructio, nova addita interpolatione sic pergeret: *nam* ‖ *ut verbum quod conditum est e quibus litteris oportet scribi aperiam. Inde si post . .* Vides quanta insit vulgatae quae dicitur lectioni, quam omnes exprimebant, fides. V, 85 scripti libri cum F: *Sodales Titii dicti, quas in auguriis certis observare solent,* corrupte sane nec integre; supplevit lacunam Laetus *dicti ab Titiis avibus quas,* atque hae Titiae aves ex hoc uno Varronis loco notae non ex antiquitate, sed ex Pomponii Laeti editione in hos de lingua latina libros volaverunt. V, 117 *Tubae a tubis, quos etiam nunc ita appellant tubicines sacrorum,* addit Laetus interpretationem *id est sacri tubicines tubi vocantur,* quae in nullo nostrorum codicum invenitur.

VII, 43 *Apud Ennium Mensas constituit idemque ancilia, dicta ab ambecisu, quod ea arma ab utraque parte, ut Thracum incisa Saliba quae fictores Argeos et tutulatos. Liba quod libandi causa fiunt.* sic F, alii *salibaque,* in quo prioris vocabuli *incisa* postrema syllaba *SA* male repetita sequentis vocis initio male adhaeret, ut nihil sit nisi *incisa. libaque* et alter versus sequeretur:

mensas constituit idemque ancilia . . .
libaque fictores Argeos et tutulatos.

Laetus vero inaudita audacia, quae me ipsum in editione priore deceperat, qui quaedam intercidisse conicerem, locum lacunosum sic supplevit *incisa. Saturnio in carmine Libaque fictores.* verum vidit Müller frustra repugnante Laurentio Lersch de versu Saturnio p. 5, sed dudum antea Victorius idem indicaverat, quod a me neglectum erat.[1]) Haec et similia Laeti dicto, quo librarii litteras modo in verbis corruptas se correxisse profitetur, parum conveniunt, fortasse ab aliis suae aetatis doctis tradita in ordinem commode accepit. sic nescio unde VII, 28 verba *apud Accium,* quae in nullo leguntur codice, sumpserit. VII, 105 Manilii explicationi verbi *nexum* illa Mucii sic praefertur: *hoc verius esse ipsum verbum ostendit de quo quaerit,* ubi *quaeritur* scribendum esse res ipsa docet, Laetus *hoc Verrius Flaccus esse* vulgavit, secutique sunt omnes editores usque ad Ant. Augustinum, qui

---

1) Saturnii carminis hexameter etiam critico B displicuit, itaque novum procudit: *incisa. et item alibi libaque.*

primus interpolatione expulsa id quod in libris est restituit. Haec de editione principe eiusque asseclis dicta sufficiunt; nos, ne dubii haererent legentes, Laeti varietati ubique eius nomen adscripsimus.

Ceterorum virorum de his libris bene vel male meritorum censuram in editione priore dedimus, quos hic enumerare longum est, id vero tenendum Antonium Augustinum, archiepiscopum Tarraconensem MDLVII vel iam MDLIIII [1]) novum plane — heu quantum mutatum ab illo! — Varronem emisisse. De curis suis Varronianis nihil tradit et in paucis quae praemisit adnotationibus, hoc solum indicatum invenimus ad V, 104 *exta loco quo solent addi ex mola, id est sale et farre molito*] *sic in veteri libro Achillis Mafei quo multum usi sumus; in alio libro est: exta ollica.* at posterius solus habet B, de quo plura referemus, quemque Mafeianum non esse inde docemur, prius vero in nullo apparet nostrorum, in quibus est *exta ollico quo*, sic et M, quem deterrimum e nostris esse nec interpolationis immunem vidimus; Laetus primus *exta loco* vel ex libro incerto vel ex coniectura scripsit, ut auctoritas istius veteris libri Mafeiani mihi valde sit dubia. multa e codicibus laudat, quae aperta recentiorum sunt commenta; doctorum eum auxilio adiutum esse docent verba ad VII, 11 . . . *ex Cic. lib. II Tusc. Gabriel Faernus qui pleraque alia emendabat* et ad VII, 28 *cetera mendose scripta redegit in hunc ordinem Octavius Pantagathus qui permulta alia restituit.* [2]) Nos in P. Victorii copiis, unde nata sit Augustini recensio, invenimus; ille enim incerti codicis varietatem Lugdunensi editioni anni MDXXXV summa diligentia adscripsit, qui si librum totum ad finem usque contulisset (desinit vero libro IX, 74 verbis *ut cista*, ubi ex illo *est* inserit), nomen unde hausta varietas more suo adnotasset. Equidem nullam aliam rei imperfectae rationem video, nisi

---

1) *M. Terentii Varronis pars librorum quattuor viginti de lingua latina. Ex bibliotheca Antonii Augustini. Romae apud Vincentium Luchinum M. D. LVII.* qui annorum numerus etiam calci adhaeret, sic quo ego utor exemplo, alia ut Gottingense annum MDLIIII referre Müller in praefat. p. XXVIII monet. si duae sunt editiones diversae, quibus aliquid insit discriminis, priorem posteriore meliorem non esse certum est.

2) Sub finem adnotationum Augustini haec leguntur: Doctorum virorum nomina, qui huius libri emendationi operam dederunt, infra scripsimus.

Pomponius Laetus.
Angelus Tifernas.
Fran. Rolandellus.
Aldus Manutius.
Michael Bentinus.
Angelus Colotius.
Octavius Pantagathus.
Petrus Victorius.
Ant. Augustinus.
Gabriel Faernus.

e quibus Angelus Colotius quid ad Varronem contulerit nescio, fortasse ut Pantagathus et Faernus Augustino, quibus hic usus est, tradidit.

quod interea Ant.-Augustini exemplum MDLIV vel VII publicatum accepit, quo inspecto otio amplius abuti noluit; nunquam enim huic codici operam dedisset, si antea vulgatae eo fonte innixae notitiam habuisset; itaque illo tempore hanc operam impendisse videtur. Nec mirum est Victorium iam seniorem denuo pro Varronis libris hunc laborem suscepisse, tantum differt ab F, tam speciosa et splendida praebet, ut facile eum Mediceo superiorem esse conicias. Vix credas quantum ille liber docti cuiusdam Itali manum emendatricem perpessus sit; omnia enim quae a vulgari linguae latinae usu recedunt, quae in Varrone sunt plurima, audacissime removit, corruptis verbis ubique sensum qui haud incommodus esset ex ingenio intulit effecitque ut antiquus et horridus Varronis sermo tersus et elegans omni carens difficultate esse videretur, unde factum, ut is criticus cui nulla inest autoritas, nulla fides, Ant. Augustinum falleret, qui editionem omnibus ad nostram usque aetatem probatam curaret. Aliud huius codicis vestigium nullum invenimus, fortasse in schedis Ant. Augustini Neapoli servatis latet.[1]) Ex integra varietate in priorem nostram editionem collata in hanc quae maioris sunt generis transtulimus, ut et correctoris audacia atque temeritas, item doctrina et ingenium intellegeretur, reliqua ne superflua animum confunderent neve libri amplitudo frustra augeretur omisimus, quae, si quis curiosus sit, cum aliis ibi diligenter conquisita reperiet.

Utrum criticus noster, quem littera B indicavimus, aetate Laeti editione (MCCCCLXXI) sit prior, an permulta quae cum hac conveniunt inde hauserit, quaeritur; nam si princeps editor interpolato codice usus est, nostrum eadem vel similia praebere non mirum; illum vero principi editioni emendationes suas adscripsisse vana est Lachmanni opinio quae plurimis exemplis facile refutatur.[2]) usus est codice haud multum diverso ab M, ad quem adhibita ut videtur Laeti editione hos libros more suo castigaret. Exempla hoc illustrent:

VI, 51 *narro cum alterum facio narum.* sic veteres, nisi quod *narrum* scribunt, Laetus *narro cum altero facio sermonem*, B noster *narro cum altero facio varium sermonem;* hoc ex Laeto dilatatum est, error natus ex varietate *alterum* et *altero*, hoc est ex confusa praepositione et coniunctione; at quid ineptum istud *varium?* hoc ut intelligas, attende quid in M extet. *narro cum altero facio nãum.* id cum sensu careret, male mutato *altero* alius audacter *facio sermonem* cor-

1) In Ant. Augustini bibl. lat. Msc. cat. haec leguntur:
nr. 512. M. Terenti Varronis de l. l. ad M. T. Ciceronem a libro IV ad IX fragmenta et de verborum origine ac de analogia.
nr. 513. Varronis iterum fragg. librorum de l. l. cum interpretationibus Pomponii Laeti dictatis in Academia Romana anno MCDXXCV.
nr. 524. M. T. Varronis de l. l. IV—IX, liber in charta annorum C et ultra forma quadrati.

2) codice manu scripto usum esse Victorium ipse probat V, 135 *aratrum quod aravit*, ubi *aruit* ex F correxit; longo tempore post addidit *m ruit* idque ex B sumptum est.

rexit, noster B qui corruptum illud vel simile in libro suo invenit, interpretans *facio varium sermonem* reddidit.

VI, 54 *hinc profanatum quid in sacrificio*, sic corrupte veteres libri, M *hinc prophanum quod in sacrario*, Laetus *hinc profanatum quod in sacrario pollutum*, noster B *hinc profanatum quod in sacrario nondum est*. mutari coeptum ab utroque ex eo quod M praebet.

VIII, 9 in F quem sequuntur G H V a p haec leguntur:

causa inquam cur eam ab impositis nominibus declinarint, quam ostendi, sequitur in quas voluerint declinarint declinari aut noluerint, ut generatim ac summatim item informem. duo enim genera verborum, unum fecundum . . . alterum genus sterile.

Laetus male repetito *declinarint* iure deleto . . *cur eas ab* . . *item informes duo enim* . . ceterae editiones inde ab Aldo . . *eas* . . *item in formis duo* . . sensus loci apertus est, transit enim auctor qui tria dixerat, cur verba declinarint et in quo et quemadmodum, ad secundum illud *in quo* (VIII, 1, VII, 32) sic: *causam, cur verba ab impositis nominibus declinarint, quoniam ostendi, sequitur, in quo (quibus) voluerint declinari aut noluerint, ut generatim ac summatim item informem* . . . quid vero B? is corruptum locum sic explet:

causa inquam cur eas voces quae descendunt a recto causa est, cur eas ab impositis nominibus declinarint, quam ostendi, sequitur in quas voluerint declinare aut noluerint, ut generatim eo summatim. Item in formis duo genera verborum . .

quae cum ita sint, ut propter simile cadens facile interciderint, eo magis vetusti libri auctoritate addita esse censeas, quod ipsa imperfectam sententiam non explent. Si Laetus de suo *eas* scripsit, noster posterior est, at iam in M legimus: *causa inquam cur eas ab* . . *voluerunt declinarit aut voluerint duo enim* mediis omissis, ut ignoremus, utrum ibi etiam *informes* an *in formis* fuerit; nam B *enim* omittens coniungit: *item in formis duo genera* . . hoc igitur exemplum correctum eum varietatem suam ex ingenio sumptam temere intulisse docet. Sic V, 50 ubi secundi sacrarii mentio in Esquiliis desideratur, ineptissime ficta de suo inserit *Oppius mons bicepsos simplex*.

VII, 38 *Epeum* . . . *ab Epeo illo qui dicitur ad Troiam fecisse equum Troianum et Argivis cibum curasse*, hic Laetus *Troianum et aptius cibum*; id ex *Argivis* corruptum non ipse fecit, sed invenit, sic enim M *ad arolam fecisse equum arolanum et aptius cibum curasse* corrector noster B qui et *aptius* et *Argivis* traditum repperit, more suo utrumque coniungens . . *Troianum Argivis et apte cibum curasse*; nam falsum est quod Lagomarsinius monuit, ita in F legi, dilucide in hoc ut in ceteris *et Argivis cibum* extat; id utrum B ex scripto an ex edito Rholandelli libro (MCCCCLXXV vel LXXX) sumpserit, si Laeto posterior est, non constat.

Initium libri VII, quod in codicibus desideratur, Laeti editionem supplevisse idque commentum deletis primis Varronis vocabulis *repens*

ruina aperuit cum auctoris dictione sic coniunxisse . . . *in quis multa difficilia, nam* ‖ *ut verbum quod conditum est* supra monuimus. Laetum ipsum haec de suo dedisse et interpolasse parum verisimile est, eadem ex B Victorius retinet postrema sic exhibens . . . *in queis multa difficilia, nam et repens . . . aperuit verbum* sic vacuo spatio tribus punctis indicato. Utrum hic ex Laeto sumpserit, an Laetus in B inventa mutaverit, quaeritur; prius probabilius esse credas, nam hic illa Varronis verba ab interpolatore deleta servare voluit. At quid vult illa lacuna? id intellegitur, si corrector codice M vel simili usus est et ipse libri initium finxerat; nam ibi *rapina* (et sic tres Vaticani apud Müller. p. XIV), non *ruina* scriptum est, quod cum sensu careret, lacunae signa addidit. Sic VIII, 10 *cum* *tunc* relicto vacuo spatio, in quod alii *fiunt*, veteres *fulmen* inserunt, est enim *cum fulmentum*, noster criticus lacuna locum iuvare voluit. VI, 23 *atra* omissum et spatium unius vocis relictum. VII, 2 *dici . . . . neque* spatio complurium verborum relicto. VII, 8 pro *sic* spatium multorum verborum vacuum relictum. interdum addit: *hic deest* VI, 14, 51, 65, aut *parum deest* VII, 29, 60. Haec omnia vana et inania sunt, sed et alios et nos olim deceperunt.

Saepe consentit B cum Laeto, ut eum ex hoc uno pendere censeas, ut V, 110 *dicta* additum, 116 *succuderunt*, VI, 9 *dicunt ver*, VI, 11 *aeternum, id ait Chrisippus esse*, 16 *agnam*, ibidem *scriptum* omissum (om. etiam M), 45 *amoveo* pro *vel metuisti amovisti*, 57 *et . . cudant* pro *ita . . condeant*, 71 *sponsus erat*, VII, 89 integer est Ennii versus *si voles advertere animum, comiter monstrabitur*, sed M et Laetus *si voles advortere comiter monstabit*, sic et B sed omissis verbis *si voles*. Conveniunt et in iis quae aperte sunt falsa et prompta ad corrigendum, ut VI, 83 solus cum Laeto *auguribus* pro *auribus*; 69 *ideo Lucius* cum M et Laeto pro *itaque Lucilius*; VI, 76 F et plerique: *Oro ab ore . . . indidem Omen, Ornamentum, alterum quod ex ore primum elatum est, osmen dictum, alterum nunc cum propositione dicitur vulgo Ornamentum, quod sicut olim Ornamentum scenici plerique dicunt*. priora aperta sunt, nisi quod ex auctoris more potius *alterum quod ex ore elatum est primum osmen* (*post omen*) *dictum* requirimus, sed duo illa verba abesse possunt, in posterioris membri fine *osnamentum* scribendum esse constat, sed corruptum est *cum propositione* (*praepositione* GVabp) nec Vertranii correctio *cum R positione* Scioppio recepta ex omni parte sufficit. idem vocabulum corruptum § 63 extat *disputatio et computatio et propositione putandi quod valet purum facere*, ubi item GHab *praepositione*. Nostrum locum M leviter sic mutavit . . *alterum cum . . dicitur nunc ornamentum quod sicut osnamenta scenici* . . gravius locum corrupit sive suo ingenio sive libri auxilio Laetus . . *inde omen et ornamentum . . alterum cum propositione dicitur nunc ornamentum, olim osnamenta ut scenici populique plerique dicunt*. hunc Laetum sequitur B,

sed ipsum codice usum esse docent verba quae a Laeto discrepant . . *cum praepositione dicitur vulgo nunc* . . vocabulum *populique* ex male scripto *plerique* natum esse certum videtur. Verum non modo deterioris notae codicem, qualis est M, sed etiam melioris generis critico nostro B praesto fuisse docet VII, 90 *conde* pro *crede*, quod M et Laetus praebent, item 52 graecum vocabulum *σάτρον*, ubi Laetus *cerdon* dat, de quo vide infra, ubi graeca eius critici censentur. Prima horum librorum verba *Quemadmodum . . . lingua latina* unus B omittit, fortasse quod initium libri colore ornandum erat. In Lucilii versu V, 63, quem Laetus non integrum dedit:

vis est vita vides, nos facere omnia cogit,

ubi optime omnes codices repetito vocabulo *vis nos* legunt, cur de suo *quae nos* mutaverit, mihi non constat. VIII, 31 F *sitienti''poculum 'homini*, sic omissis signis omnes editi et scripti praeter unum a, in quo *poculum sitienti homini*, B vero verba sic reddit *sitienti homini poculum*, atque ita Victorius notam in F interpretatus est; casu hoc factum non esse apparet; usus est criticus noster codice, in quo eadem signa suprascripta erant quae in F et ipse transposuit aut verba ibi transposita invenerat.

V, 125 cartibuli, vasariae mensae, origo exponitur, *a gerendo cartibum potest dictum*, ubi vocabulum *cartibum* H V a p f exhibent, *cartibulum* sensus flagitat idque in G M b legitur, sed in G H M b non *potest*, sed *post* extat, ut Laetus inde haud inepte ediderit *a gerendo cartibum, unde cartibulum post dictum*, in quibus Victorius quidem ex F, cuius quaternio nunc deest, nihil mutavit, sed in eo nihil nisi *cartibum potest*, ut in f, fuisse certus sum; nec id a Varronis more abhorret ut VII, 58 *potest id ab arbitrio*, conf. V, 21, VI, 58, 60, 68, VII, 75. illud *post* si quis doctus in codice suo legit, facile eum movere poterat, ut servato *cartibum* locum qualem Laetus sive de suo sive alius auxilio dedit, suppleret; hoc invento usus emendator noster *a gerendo gestibulum, unde cartibulum post dictum* nobis suggessit; eo erat ingenio, ut ipse hoc investigaret. — VI, 2 locus corruptus in F sic est scriptus: *omnes verba ex verbis ita declinari scribunt, ut verba litteras alia assumant, alia mittant, alia commutent, ut fit in turdo in turdario . T. turdelice sic declinantes Graeci nostra nomina dicunt Leucienum Leucienon et Quinctium Quinction et Aristarchon Aristarchum et Diona Dionem; sic inquam consuetudo nostra multa declinavit ut a vetere ut ab solu solum, ab Libero Liberam, ab Lasibus Lares, quae obruta vetustate ut potero eruere conabor.* Turdi vocabulum non probat quod dictum est; trium enim generum exemplum requirimus, nunc duo eiusdem generis quod assumat litteras invenimus, sed Varro ipse hoc non videtur curasse. *.T.* quid velit nescio. in G lacuna cum sic indicetur VIII, 23: *vocarunt* *.T. utrumque* (desunt enim verba *ἀνωμαλίαν, cum ut ego arbitror*), conficias *ET*, ut Laetus *et turdario* dedit; certe non est *in*, quod B scripsit. Latinum nomen quale fuerit, nomina enim, non praenomina esse puto,

ambiguum, *Lucceium* litteris proxime accedit, si *Lucienum* ferri non potest. tum transitus a Graecis ad Latinos deest, quem Laetus non male *et Ἀρίσταρχον illi, nos Aristarchum* supplevit, et sic B noster; sufficit fortasse *et nos Ἀρίσταρχον Aristarchum.* *) Verba *a vetere* omittit Laetus, noster vero invenit lacunam *ut a vetere .... absolvo* (Victorius *sic ibi*), quam vulgata inserto *vetustum* explevit; dedita opera corrector hoc vetustate non obrutum neglexit. omnino cum et exemplorum numerus (semel tantum VI, 37 in alia re quattuor laudantur) offendat, Popmam verum vidisse puto scribentem *declinavit a vetere ut*; nam veterem consuetudinem a recentiore mutatam esse exemplis confirmatur, quorum duo prima quae fuerint incertum est; *ab loebeso liberum* edidit Müller, alterum *ut solui solitus sum* (de quo vid. IX, 107) esse poterat. haud feliciter igitur hunc locum tractavit.

In graecis quae profecerit emendator noster, ut eius temeritas recte cognoscatur, loci plus quadraginta mutati hic ex ordine enumerati doceant; verba ad editionem principem, nam simili usus est quem corrigeret codice, exhibemus.

V, 2 *graeci vocant etymologian, illam alteram, de quibus duabus rebus in his libris promiscue dicam.*

sic codices omnes praeter F M V, in quibus certa sunt vestigia verborum *alteram περὶ σημαινομένων de quibus.* lacunam esse Rholandellus vidit, male ἀναλογίαν inserens, nec melius id quod noster invenit *synthesin.*

V, 36 *quos agros non colebant .. ab usu suo saltus nominarunt. haec etiam Graeci nostri Nemora.*

lacunam, quam ut Laetus etiam p praebet et noster in suo codice invenit, explevit vocabulo νομὰς Rholandellus, verum praebent F M V νέμη. criticus noster graece doctus scripsit *graeci* ἄλσεα καὶ νομὰς *nostri*, vulgata articulo addito *τὰ ἄλσεα*, idque ipsius manu profectum puto, ut τὸν κύθεον .. τὰ γέργερα .. τοῦ κύλικος ab eo insertum leges. ceterum attende mirum illud καί; simplex verbum non sufficit, duo profert etyma eaque graeca particula coniungere solet, tam liberalis ut etiam V, 112 variam lectionem sic indicet: *agumentum.* καὶ *augmentum.* vides Italum graecissantem aut ipsum Graeculum.

V, 25 *unde sumi pote, puteus, nisi potius quod Aeoles dicebant ut sic potura a potu, non ut nunc A puteis*

priorem lacunam Rholandellus explevit *ut* κοταμον *sic* idque codices latinis litteris scriptum exhibent, posteriorem Victorius ex F φρέαρ restituens. Varro docet *Aeoles dicebant ut* κύταμον, *sic* κύτεον, *non ut nunc* φρέαρ. quid vero criticus noster? *nisi quod potius Aeoles dicebant ut* τὸν κύθεον καὶ κατέμον, *sic potura a potu, non ut nunc* ἀκώσσω. Davus sum, non Oedipus, qui explicem postremum hoc

*) Idem ego amplexus sum in editione; sed pro *nos* Varronem *nostri* scripturum fuisse sero intellexi.

ἀκώσσω et has ineptias aptiores reddam. (conf. similia infra ad V, 121 et VI, 84.) illud *κατέμον* esse *κοταμὸν* apparet, at M critico nostro haud dubie antiquior, item editio vet. mirum hoc *patemon* praebent.

V, 26 *Stagnum a graeco quod nomen habet primam.*

(F *a greco* quod ii STEΓNON *quod.*) utrum noster in libro suo lacunam invenerit necne incertum; correxit *stagnum quod graece στάμνον quod . . primum.*

V, 29. *Tiberis quod caput extra Latium . . nihil latinum, ut quod oritur ex Samnio Volturnus . .*

sic codices omnes, praeter F M, noster vero *latinum ετινοδώτον ut* praebet; nempe servavit quod in suo codice corruptum invenerat. in M scriptum est ЄΤΙΝΟΛΟΤΟΝ, cuius litterae ΛΟ si in ΔϢ mutantur, habes monstrum illud; est vero quod in F legitur *ετυμολογον.*

V, 58 *nam neque quas Samothracia ante portas statuit, . hi . . dii . . sed hi mas et femina et hi quos augurum libri scriptos habent sic Divi potes sunt pro illo qui Samathraces. haec duo caelum et terra.*

sic Laetus sine lacunae indicio quam veteres explent *Samothraces θεοὶ δυνατοί. haec,* nec corrector noster lacunae signum in suo libro repperisse videtur; verba sic refingit . . *quas Ambracia . . hei . . sed hei . . et hei . . potes et sunt pro illis qui in Samothrece heic* caelum . . certam Laeti correctionem *Samothracia* pro *Ambracia* aut ignoravit aut improbavit, Latinos vero ionicam formam in hoc vocabulo praeferre bene tenuit; F *non quas ambracia* praebet.

V, 76 *ut quidam graeci greges gergera.*

sic libri. B *ut quidam graeci τὰ γέργερα;* vides articulum iterum male insertum.

V, 77 *aquatilium vocabula . . . foris murena quod myraena graece cisibium et thynnus, cuius item partes graecis vocabulis omnes, ut melandrya atque uraeon.*

vocabulum *cisibium* quod in libris variat, corruptum esse vidit, *cobium,* non *cybium* reddens, mutavitque locum, ut huius, non thunni partes melandrya et uraeon essent; sic enim scripsit: *murena quod muraena, tynnus κώβιον cuius item . .*

V, 96 *hinc est quod graecis illis usus bus bos, quod taurus, item ovis quod ois.*

sic Laetus, a quo differt M, *quod graecis usus quod his bos quod bus taurus quod item . .* meliora affert F . . *qui graecis usus, quod hys, bos quod BYC taurus quod item . .* Iam corrector noster de suo dedit: *hinc est quod Graecis πρόβατον et bos βοῦς, quod taurus ταῦρος, item ovis οις.*

V, 96 *vitulus quod graece antiquitus itulus.* codd. *italos,* graecas litteras B reddit *ἰτοῦλος.*

V, 97 *Athenis in libris sacrorum scriptum est porce porco. Aries* sic libri, nisi quod F *porcae* scribit; callide noster rem egit, qui

quod prorsus incertum est reliquit; etenim Victorius ad illa verba sic: † † *spatium relictum est*, sed vereor, ne quod vulgata non inepte excogitatum graece protulit, *κάπρῳ καὶ πόρκῳ*, ut cetera omnia sic hoc quoque nostro debeat auctori, adeo convenit illud *καὶ*.

V, 101 *apri . . nisi si a graecis, quod apros.*

graecis litteris scripsit *απρος*, ut statim in verbis: *lepus quod e Siculis quidam graeci leporem*, ubi codex F *λέποριν*, noster lepide graecis litteris . . *in Siculis* . . *λέπορεμ* praebet. Similiter VII, 82 quod in libris est *andromachete*, hoc est *ἀνδρὶ μάχεται*, graecis induit litteris *Ἀνδρομαχήτη* scribens.

V, 103 *item haec graecis vocabulis serpyllum, rosa, una littera commutata, item ex his graecis latina coriandron malachen, cyminon, item lilium ab lirio et malva a malache et sysimbrium a sysimbrio.*

sic Laetus, B vero: *item ex graecis vocabulis herpilon rhodon addita et commutata una littera serpyllum rosa, item et graeca coriandron μαλάχη cyminon, item latina lilium ab λειρίου, malva ab malache et susimbrium a sysibriu.*

in quibus imprimis attende genetivum graecum a Varronis usu alienum *ab λειρίου* . . *a sysibriu* ab auctore haud dubie graece scriptum. idem supra in verbis *ruta quam nunc appellant* graecum vocabulum *nunc πήγανον* in codice suo non invenit.

V, 106 *Milium a graeco, nam id melin. libum . .*

sic Laetus *melin*. praeter F soli VM litteras graecas servant, in ceteris est lacuna, et F quidem ΜΕΛΙΝΕ (H supra E) exhibet, quod probum est vocabulum. quid vero noster criticus? *id prius μελην, post μεδιν, libum. μέλη* est poculi genus ab hoc loco alienum; *μέλην* graece scriptum est ex *melin* quod Laetus dedit, et illud Aldus qui critico nostro aetate posterior est recepit, *μέδιν* vero unde haustum est? ni fallor ex M, quem saepius sequitur, ibi ΜΕΔΙΝΕ exstat, id in suo quoque libro inventum ita cum *melin* coniunxit, ut non more suo *μέλην καὶ μέδιν*, sed nova ratione nobis *prius μέλην, post μέδιν* procuderet. paulo supra *quod graeci* *a quo* ex codice suo reddit *κρόκην*; nam F cum aliis *id κρόκην* praebet.

V, 107 *caetera fere opera a vocabulis graecis sumpta ut thrion et placenta.*

B *ut triton θρύλλον καὶ τρύφον et placenta*, vulg. om. *triton* vel quod libri habent *thrion*.

V, 108 *olea ab elea quod ea antiquitus archemora.*

sic Laetus et B nisi quod *ab olea* scribit. M *antiquo*, veteres vero *eam attico orchemmora*, itaque Laetum aut codicem quo ille est usus, secutus est.

V, 111 *ab hoc Graecos puto appellasse.*

sic nullo lacunae indicio Laetus, noster *puto δυπλον ἤντερον appellasse*, F verum *τυφλὸν ἔντερον* praebet. criticus noster invenisse videtur quod in M est ΤΥΡLΟΝ, unde *δυπλον* finxit.

V, 112 *nacte ab eo quod greci* *Item greci singillatim ut ovium lana graecum ut Polybius et Callimachus scribunt.*

sic Laetus; veteres libri, i. e. F et qui hunc sequuntur, *mattae ab eo quod greci* *ματτυε, item grecis singillatim haec ovum bulbum lana graecum* . . criticus noster quod in suo codice Laeto proximo legerat sic mutavit: *matae ab eo quod graeci μάτιαι καὶ μάκιαι, item graeci sigillatim ut οων lana, ut Polybius* . . nisi ipsum Laetum secutus est, vocabulum *bulbum* in libro suo non invenit et lana deleta male locum tractavit. sed unde duplex illud graecum vocabulum? repperit quod plerique nostri tenent *ματτυε,* in altero autem id quod M praestat ΜΑΠΥe, unde ne alterum utrum periret, utrumque coniungens de suo scripsit *μάτιαι καὶ μάκιαι.*

V, 118 *hinc graeci trullam.*

F: TRULLan, ut aperte graeca lateat vox; noster audacter supplevit *hinc graeci τρυβλίον, nos trullam.* ex latinis graecum vocabulum natum non est, neque *τρυβλίον* satis convenit, id infra indicatur.

V, 119 *postea accessit magnus cum graeco nomine.*

acute *μάγινος* reposuit, sed neque certa vox est et potius *nanus,* quod Turnebus invenit, requiritur.

V, 120 *tryblia et canistra . . sunt graeca, triplion enim et canastron de graeca reliqua quod aperta sunt, unde sint relinquo.*

F *canunun* pro *canastron,* noster . . *graeca, τρυβλίον καὶ κανέον* graeca sunt.

V, 121 *a graeco cyliceo a poculo cylice qui illa capit.*

B: *a graeco τοῦ κύλικος qui* . . . Ibidem: *pocula a potione, unde potatio et etiam postea haec possunt a poto quod potos potio graece origo potionis.* B: . . *a poto πότω πωσῶς graeca origo* . .

V, 147 *ea loca etiam nunc Lacedaemonii vocant macellum, sed Iones ostia ortorum macellotas ortorum et castelli macelli.*

B . . *vocant μακελλώτας* . . *ostia hortorum et castelli μακελλούς.* supra V, 133 *parapechia clamides* (ubi M *parapecheia*) noster *παραπεχεία χλάμυς* scribit.

V, 166 *feretrum nostri, graeci feretron.*

B apud Victorium *graeci φέρτρον et φέρετρον,* magis ex more nostri vulg. *φέρτρον καὶ φέρετρον.* aut invenit in aliquo libro *fertron* aut ipse finxit hanc varietatem; conf. ad VII, 52. infra 168 *graeca sunt peristromata et peripetasmata* postrema duo omittit, nostri omnes servant.

V, 175 *dos* . . *graece dotine, ita enim hoc Siculi, ab eodem domum, nam graece ut ipse donion ut alii . . . Attici dosin.*

sic Laetus et M, item B nisi quod hic *ut ipse δόμον alii* . . *δόσις.*

V, 179 *mutuum quod Siculi meton, itaque scribit Sophron meton anthymo.*

B . . *μοῖτον* . . *μοῖτον ἀνατίθημον.* verum est substantivum, non tamen ex Hesychio MDXIV primum edito haustum, sed ex M, qui cum aliis *moeton* scribit, alterum vocabulum inepte fictum suo ingenio debet.

V, 182 *stipa ab* *fortasse graeco verbo.*

sic lacunam Laetus quam veteres STOEBE iuste explent, i. e. *stips ab* στοιβῇ, noster στόνε, quod nihil est, scripsit; corruptum quod in suo codice invenit, reddidit; sic in M est CTOPE, quod non multum ab isto στόνε discrepat, porro sine causa mutavit *graeco vocabulo.*

VI, 9 *ver . . nisi quod Iones dicunt ver.*

sic Laetus solus, libri *dicunt et ver*, i. e. ἦρ ver, noster particulam non agnoscit sua auctoritate *dicunt* βηρ ver mutans.

VI, 10 *putabant inter prioris mensis senescentis extremum diem et novam lunam esse diem, quem diligentius Attici menecenean appellarunt.*

sic libri, id est ἕνην καὶ νέαν, noster novum monstrum μηνηκοῖαν finxit.

VI, 11 *aevum . . hinc aeviternum, quod factum est aeternum, id ait Chrisippus esse* *Ab eo Plautus . .*

sic solus Laetus cuius lacunam noster addito vocabulo αἰῶνα explet, at libri omnes sic . . *aeternum quod Graeci* αἰῶνα, *id ait Chrysippus esse* EON. *Ab* . . ergo Laeti editione usus est, nisi huius codex ei ad manum fuerat.

VI, 39 *quare si etymologos principia verborum postulet mille.*

sine causa noster ἐτυμολογία. ibidem *ideo locutus difficillimus est quod neque his fere societas cum graeca lingua neque* . . sic Laetus, B *difficillimus est* τάτυνα *quod neque* . . quid hoc? in F *est* TYMA, h. e. ἔτυμα, itaque graecas litteras invenit in suo libro, in M vero extat *est* TYNA, quod criticus addito articulo auxisse videtur.

VI, 84 *quod graece golo, latine gustat . . ab eadem lingua quod poton potio, unde poculum.*

sic Laetus, F *geuete*, M vero ΓοΓco, unde Laeti *golo* fluxisse videtur, noster B *graece* γεύω, *gusto latine . . ab eadem lingua* πότω, *unde potio, unde poculum.*

VI, 96 longiorem locum quo Varro latina verba cum graecis comparat, quemadmodum noster aliis transpositis, aliis deletis interpolavit, integrum descripsimus: *ut scalpere sternere, lingere, ferre, providere errare, quae omnia graeca sunt, item ab* γίγνομαι *gigno et ab eo quod dicunt* στραγγαλέειν *strangulare*, θιγάνειν *tinguere, praeterea* μαλακίζειν, *ab eo nos ut gargarizare, sic malaxare, potare, domare, mulgere ab* ἀμέλγειν, *ut runcinare a runcina, cuius origo graeca* ῥίγχος.

VII, 52 *latrones . . et qui conducebantur, ea enim merces dicitur graece cerdon.*

sic Laetus et ceteri usque ad Aldum qui graecum vocabulum κέρδος scripsit; iam in M extat KEPδωρ mala coniectura illatum, nam veteres exhibent σατρον. emendator noster B omisso *graece*, quod cur negligeret, nulla erat causa, *merces dicitur* λάτρον *et* σάτρον. hoc vetustiorem quoque codicem, in quo σατρον erat, ut in F H a, ei ad

manum fuisse probatur, ipse coniectura verum invenit *λάτρον*, sed ne quod in codice invenerat, perditum iret, more suo utrumque coniungens scripsit *λάτρον et σάτρον*, vel ut vulgata dedit *λάτρον καὶ σάτρον;* conf. supra ad V, 166.

VIII, 23 *de eo Graeci Latinique libros fecerunt multos, partim cum alii putarent in loquendo ea verba sequi oportere, quae ab similibus similiter essent declinata, quas appellarunt ἀναλογίας, alii cum id neglegendum putarent ac potius sequendam dissimilitudinem, quae in consuetudine est, quam vocarunt ἀνωμαλίαν.*

in his quae aperta sunt libri omnes *sequendam similitudinem quae,* tum Laetus graecum vocabulum *ἀνωμαλίαν,* cuius vestigia FM servant, omittit, Rholandellus vero explet addens *συνήθειαν* idque editiones omnes usque ad Augustini vulgatam tenent. mirum, unde Rholandellus qui bonos semper libros sequitur neque coniecturis abutitur, hoc sumpserit, sed multo magis mirum quod Victorius ex B adnotavit: *ac potius sequendam συνήθειαν dissimilitudinem quae . . . quam etiam vocant ὁμάλειαν,* unde vulg. dedit *sequendam συνήθειαν dissimilitudinemque quae . . quam etiam vocant ἀνομαλίαν.* Graeculum hunc esse audaci ingenio in latinis luxuriantem credas; nam eum *ὁμαλίαν,* non *ἀνωμαλίαν* voluisse additum *etiam* docet. Utrum ex hoc B hausit Rholandellus istud *quam vocant συνήθειαν,* an hic ex illo? nam casu id factum non est. at graecum potius verbo *consuetudine* adscriptum videtur. Quid vero illi *dissimilitudinem,* quae proba est correctio, commune est cum hac *συνηθείᾳ?* fortasse doctus ille indicare voluit hanc similitudinis *συνήθειαν* re vera esse dissimilitudinem, ut praeter morem suum Varronis verba *similitudinem quae in consuetudine est* his explanaret, non emendaret; quicquid est, egregie invento suo *ὁμάλειαν* lapsus est, vocabulo ex glossariis solis noto (*ὁμαλία* planitudo), cum totius loci sententia aperte centies in his libris repetitum vocabulum anomaliae flagitaret. hoc exemplum veterem librum F et qui hunc sequuntur solos audiendos, doctorum saec. XV commenta fere semper negligenda esse docet.

Quae graeca quamquam nullius sunt pretii, tamen latina quaedam iure suo restituit, et nisi malo mutandi pruritu ductus esset,*) haud dubie meliora profecisset; VIII, 9 *etiam vixerat magis cur,* enumerantur adverbia correxitque Laetus *vix,* melius noster *vix magis cras,* sed verba quod transposuerit non video. Verbis VI, 31, 32 *Dies qui vocatur sic: quando Rex comitiavit, Fas* acutissime ex Kalendariis litteras praeposuit *sic. Q. R. C. F.* et fortasse ipse *notatur* scripsit,

*) Quidquid a vulgari usu recedit mutando removit, ut VIII, 7 *fortasse an in quibusdam sint lapsi,* in qua formula Varroni coniunctivus solemnis est, criticus noster B: *forsitan in quibusdam sunt lapsi.*

non *vocatur.**) VII, 107 *in dolo* ex Nonio correxit *in Doloreste.* V, 145 corruptum locum: *in oppido vici a via, quod dextra qui parte viae sunt aedificia,* egregie *quod ex utraque parte* emendavit. VII, 50 Laetus *Turpilius,* codices *opillus,* B recte *Opilius.*

Alia sunt, quibus ipse quidem non recte manum admovit, sed quae ut accuratius examinentur, monent, quod ut fiat nos invitat; huius generis exemplum est IX, 23:

quae enim est pars mundi, quae non innumerabiles habeat analogias? caelum an mare an terra quae in his? ubi cum infra IX, 28 aves quae in aere sunt memorentur et ipse dicat: *an aliter hoc fit quam in aere in aqua?* acute post *terra* B inserit *an aer et cetera,* quae facile intercidere poterant, sed illud *cetera* his aptum non est; distinguuntur enim a mundi partibus ea quae in his sunt, itaque non recte *cetera* dicitur pro *et ea* vel *et quae.* praeterea infra § 26 post *scripsi* lacunam indicavit Scioppius, haud dubie quod quae sequuntur non terram ipsam, ut superiora caelum et mare, sed ea quae in hac sunt exponerent, ut deinde quae in aere, in aqua existunt. tum vero non convenit, quod denuo quae in terra sunt animalia comparantur; itaque fructuum genera, flumina, montes terram ipsam indicant, a quibus terrestria animalia separantur, ut potius § 27 post verba *habet Asia* et aeris mentionem et eorum quae in caelo sunt intercidisse conicias. at nihil desideratur, quod recte iam Müller in addend. p. 305 monuit; caelum, mare, terra memorantur, tum animalia quae in aere, aqua, terra sunt, h. e. αἰθὴρ et ἀὴρ hac in causa non distinguuntur. nihilo minus haereas in verbis *quae in his,* utrum sufficiant necne; *an quae* voluit Müller, *quaeque* ego conieci, quod num auctoris usus admittat, quaeritur; puto neutrum flagitari et quod libri exhibent probum esse.

Ingenii et insignis doctrinae exemplum V, 74 invenimus de aris Tatii regis voto Romae dedicatis:

nam ut annales dicunt, vovit Opi Florae Vediovi Saturnoque Soli Lunae Volcano et Summano itemque Larundae Termino Quirino Vortumno Laribus Dianae Lucinaeque.

ubi postrema verba in B sunt *Dianae Cloacinaeque.* miram hanc deam Dianae adhaerentem ut alia multa animi causa ex ingenio sumptam esse censui, nec in Dionysio II, 50, qui eandem rem tractat, quidquam traditum est; postea vero eius originem in Augustini libro de civitate dei IV, 23 repperimus: *ut quid Titus Tatius addidit Saturnum Opem Solem Lunam Vulcanum Lucem et quoscunque alios addidit, inter quos etiam deam Cloacinam Felicitate neglecta?* Augustinum ex Var-

---

*) Recentior ergo est criticus noster repertis illis Kalendariis quae secutus est; ceterum *notatur,* quod iam Augustinus probavit, Müller iure repudiavit; non enim quomodo illi dies notentur, sed quomodo vocentur, exponit Varro.

ronis antiquitatibus plurima hausisse constat, idem VI, 10 ex Senecae libro contra superstitiones: *Cloacinam Tatius dedicavit deam;* putavit igitur iure suo doctus corrector horum locorum haud immemor eum honorem Cloacinae ex annalium auctoritate, quos nuper Ennii quidam esse putantes numeris innumeris vinxerunt, etiam in libro de lingua latina negandum non esse et Lucinae loco Cloacinam substituit. Se ipsum in hariolando superavit V, 57:

principes Dei Caelum et Terra. hi dei idem qui Aegypti Serapis et Isis, etsi Harpocrates digito significat, ut TA TAS EAM, *idem principes in Latio Saturnus et Ops.*

sic F (non quod Victorius refert *taceas eam*), item ceteri, sed disiunctum *tata seamidem principes*, Laetus illa omittit *ut idem* coniungens, Politianus *taceas*, Turnebus *taceam* corrigit; interpolator noster haec ita reddit: *princupes dei . . hiei de idem qui in Aegypto Serapis . . significat, qui sunt Taautes et Aschartem apud Phoenicas, ut idem principes . .* atque Anton. Augustinus *Astarte* scribens recepit. Quis ex his Varronis verba divinando restituere poterat? has interpolationes omnes exturbasse prioris editionis nostrae erat meritum.

Ant. Augustini recensio hac nullius fidei auctoritate nixa saepius a Gallis et Batavis, postremo MDCCLXXXVIII Biponti recusa ad nostram usque aetatem omnibus probabatur, quamquam iam decem post lustra MDCV novam curaverat editionem Gasp. Scioppius*) memoratu dignissimam, sed adeo raram seu neglectam, ut praeter Fred. Gronovium neminem qui Varronis verba ex ea laudarit invenias. Scioppius de his Varronis libris suaque eorum editione in praefatione haec dicit: *Quid enim, si verum quaerimus, in his de lingua latina libris legimus, quod neque inepti hominis neque ingenio et otio intemperanter abutentis industria studioque non potius alienum et indignum quam et decorum consentaneumque existimari debeat? quam inania et contemnenda, quam levitatis et futilitatis plena, quam denique bona fide grammatica sunt quae hic de verbis scribit pleraque omnia? . . . Et vero non vereor, ne hac mea non tam de scriptore quam de his ipsis libris iudicii libertate gratiam emendatione librorum eius collectam effundam et audire merear*

ἀπώλεσας τὸν οἶνον ἐπιχέας ὕδωρ.

*) *M. Terentii Varronis de lingua latina nova editio. Gasp. Scioppius recensuit. Sapiens dominabitur astris. Cum gratia et privilegio Caesareae Maiest. Ingolstadii, ex Typographeo Adami Sartorii. Anno domini MDCV.* in minima forma, cuius sub finem p. 238: *Gasp. Scioppius Patricius Urbis Romae et sacri apostol. palat. aulaeq. lateran. comes recensui.* Qui de huius editoris vita et moribus plura quaeret, ea in H. Kowalleki dissertatione Ueber Gaspar Scioppius (Forschungen zur deutschen Geschichte XI, 401—82) egregie collecta et exposita inveniet; philologica quidem Scioppii studia et labores parum attingit p. 407, 412, nam huius ecclesiae tribuni vita publicis gravioris momenti certaminibus turbata est, sed Scioppium aliorum inventa sibi vindicasse docent etiam ea quae ibi p. 438 leguntur.

Quae enim partim per me ipsum, partim Gabrielis Faerni hominis ingeniosissimi et doctissimi, cuius ex veteribus Varronis codicibus exceptas lectiones Fulvius Ursinus meus transscripserat, ipsius denique Fulvii opera adiutus in restituendis Romani hominis monumentis Romanus ipse praestiti, ea non vereor ne non ultro CIVICAM meruisse me vociferentur, si quis modo cum prioribus editionibus hanc nostram studiose contendere et comparare velit: in qua ut operam sedulo dedimus, ne quid nisi de auctoritate veterum librorum immutaremus, ita penitus omnique ex parte recte se habere codicum illorum scripturam praestare nequaquam volumus. Atque hoc consilio sine ullis scholiis et observationibus libros hosce exire volui, ut ne quis hac una editione contentus reliquas consulere nihil moretur aut contemnat, quas notis Augustini, Vertranii et Turnebi, ingeniosissimisque denique Iosephi Scaligeri Coniectaneis auctas nemini non paullo humaniori studiose lectitandas existimo. Sane civicam meruit, at non sua sed aliorum opera; istum per se ipsum nihil praestitisse certus sum; non enim is erat Scioppius, qui horum librorum artem criticam exerceret, et falso dixit sedulo se operam dedisse, ne quid nisi de auctoritate veterum librorum immutaretur; nam laude digna est haec recensio, quod plurima quae corrupta in omnibus libris extant, acute et vere ex ingenio correcta, alia invitis codicibus suppleta, alia deleta sunt. Non desunt tamen quae iure vituperes, quaedam nimis temere tentata sunt, et iusto saepius sequitur vulgatam Augustini; nec enim quae esset librorum scriptorum ratio, critici illius aetatis perspiciebant. Callide, ne quis fraudem detegeret aut ipsum accusaret, se Gabrielis Faerni (1561 †) et Fulvii Ursini (1600 †) copiis instructum esse fatetur, plura huius conamina in margine indicans, ut reliqua ipsius esse inventa censeas. Iam perscrutare Ursini scripta et invenies Varronem saepissime emendatum et correctum, quae omnia fere tacite in Scioppii editionem transierunt; quodsi istius plurima evolveris volumina, rarissime Varronis verba excussa videbis, et si quando mentionem facit, ineptissime fabulatur, ut Parad. Litter. (MDCXXVIII) p. 75: *at enim valde vereor, ne Varroni ea in re fiat iniuria; nam in Ingolstadiensi eius editione fide optimarum membranarum, quibus Faernus usus fuerat, ita scriptum habemus: Cum perventum est ad millenarium, adsumit singulare neutrum, quod dicitur Hoc mille, a quo multitudinis sit Millia. verum tamen sic quoque tenebrosus est Varronis locus, neque facile quisquam, quid verba eius sibi velint, expediverit.* inde haec ex Faerni codicibus restituta esse credas, sed ex ingenio sunt correcta (non Scioppii, qui ipse se haec intellegere negat, sed) Itali cuiusdam, haud dubie Ursini, qui quod omnes codices exhibent *mille quartum* in *millenarium* mutavit, vocabulo *denarium,* quod post *mille,* et *denaria,* quod post *milia* in omnibus libris additum est, deletis. conf. IX, 82.

A Faerno iam Augustinum in curanda editione sua adiutum esse

eumque pleraque emendasse supra vidimus. nisi igitur postea hos Varronis libros denuo recensuit, quod probabile non videtur, nescio quae nova ex illo in Scioppii recensionem transierint, nec quibus codicibus usus sit constat (Mediceus enim omnes praeter Victorium latuit); sed si quid singulare in Scioppii editione apparet quod in nostrorum aliquo inveniatur, id non reticuimus. semel tantum eius in margine mentionem facit ad VIII, 10 *et in his rebus quae copulae sunt ac his iunguntur verba* addens *Faernus delebat ac.* id iam Augustinus monuerat: *atque heis scribendum vel ac delendum, ut Faerno nostro placet,* c enim primus *ac* sequente vocali non dici, sed *atque* ad Cic. Philipp. II, 10 docuit. at mirus est Faernus illud *ac* delens; nam omnes editiones ante vulgatam, omnes codices pronomen *his* ignorant, solus B *hieis* inserit et ex hoc uno Augustinus vulgatae *heis* intulit, ut nesciam quae Faerni fuerint copiae, nisi forte ipse isto B vel simili libro est usus, reliquis vero i. e. integro fonti nullam habuit fidem. ceterum male *hieis* inseruit corrector, debebat potius *ac iungunt, verba* scribere quod Müller vidit.

In margine saepius Turnebi et Fulv. Ursini apparent nomina, et huius quidem egregii viri coniecturae aliunde non notae hae sunt:

V, 28 *item Antemnae quod ante amnem qui influit in Tiberim, quod in bello male acceptum consenuit*] *Fulv. Ursin. in velo mali accipi consuevit.* intelligt antennas velis ornatas malorum, sed neque recte hoc dictum est et iuvenilius excogitatum quam ut possit probari.

V, 74 *Lucinaeque*] *Fulv. Ursinus Cluacinaeque,* id ex Augustini loco de civ. dei, sed iam vulg. ex B *Cloacinaeque* praebet. conf. supra p. XXVII.

V, 77 *cuius*] *V. C. quoius. Fulvius putat esse nomen piscis depravatum.*

§ 96 *usus hys*] *Ful. Ursin. sus ὗς.*

98 *nostri ariuga*] *Fulvius aringa,* ut paulo post: *arvigem*] *al. aringem, al. ariugem.*

105 *κρόκεν*] *Fulv. Ursinus κρόκην.* ita iam Aldus, illud codices exhibent.

116 *tunicam*] *Fulv. loricam.*

123 *δεπέσταν*] *δέπαστρον Fulvius.* ita iam Augustinus ex Poll. XI (immo Athen. XI, 468, apud Poll. X, 75 extat λεπαστή). a Fulvio fort. acceptum Augustinus hoc ut alia rettulit; rectius λεπαστὰν Müller scripsit.

127 *ab urbo*] *Fulv. a bura.* idem paulo post Augustinus pro *urbum.*

153 *a muris parte*] *Fulv. Ursinus murcis.*

159 *iniceret*] *Fulv. inigeret,* recte; ita etiam Scaliger.

166 *sublimes*] *Fulv. subiices.* at subices non in lecticis ponebant, sed lecticas subicibus imponebant, idque voluisse videtur, finxit vero ex Enniano *sublimes subices.*

182 *stipa a stoepe*] *F. Urs. a* στοιβάζειν, non verbum, sed vocabulum requiritur, idque est στοιβή.

VI, 18 *virgam*] *Fulv. Ursin. ex Macrob. lac legendum putabat.* aliam fabulam sequi videtur Varro.

VI, 51 *adiacendo*] *Fulv. Ursin. a dicendo,* optime.

§ 71 *suae spontis*] *Fulv. Ursin. sponti.* dativus inusitatus est.

86 *tabulis*] *Fulv. Ursin. commentariis vel libris, Agellius 2, c. 10.*

90 *circum aras*] *Fulv. Ursin. moeros,* egregie.

90 *Rogum*] *Fulv. Rocum, quod est Creperei cognomen. Idem legit: auspiciorum endo sede dum aut, ut reliqua sint gloss. Plin. 18, 3.*

VII, 7 *Fulv. Urs. id est hemisphaerium, ubi terra caelo saepto stat, ut ait Naevius.*

§ 16 *dii*] *Fulv. Ursin. alii.*

17 *caeli ac terrae linea*] *Fulv. Ursin. tetragoni linea.*

21 *Cassius*] *Ful. Ursin. C. Attius.* nescio, unde sit *Cassius,* nam libri *quasi* praebent.

27 *est*] *Ful. Urs. ex,* recte.

28 *carioreas*] *Ful. Urs. caries eas, malim Charoneas.* vix ex Scioppii ingenio hoc natum, *carioras* libri, unde *cariosas* coniecimus.

57 *adscriptos*] *Ful. Urs. adscriptum*, recte, si accusativus *ferentarios* pro nominativo sic ferri potest, sed attractio videtur pro: et eos ferentarios esse adscriptum.

58 *arbitrio*] *Ful. accio.*

63 *alii*] *Ful. Urs. Aelius*, satis infeliciter.

99 *ferre quem oportet*] *Ful. Ursin. fert qui quae oportet.*

106 *Acilium*] *Ful. Urs. Caecilius.* at in libris est *apud Atilium.*

IX, 34 *ut ab Romulo Roma a Tibure Tiburtes*] *Ful. Urs. Tiburno*, id si dedit, necessario, quod neglexit Scioppius, *a Tiburno Tibur* correxit, ut urbis nomen a conditore derivatum conveniret; id aptum quidem, sed non requiritur, nec vulgatam mutandam esse censeo.

Haec quidem pleraque dubia non magni sunt momenti, maximi vero quae tacite in ordinem recepta leguntur, v. c. V, 143 editum erat: *cippi pomerii stant et circum arae quaedam et circum Romam;* urbis nomen flagitari doctus quidam Italus perspexit, unde in B *circum areolam ardeam et* invenitur, ex quo Augustinus *Ardolam Ardeam et* edidit, in libris vero exstat *circum ars clamet circoum,* unde *circum Ariciam et circum* apud Scioppium emendatum legitur. V, 98 recte *vi* pro *ut*, VII, 67 *bovis* pro *vobis* emendatum, IX, 2 *iei qui* scripsit solus pro *ii*, statim vero *iei* cum F, ubi codices *lei*, ut § 5. VI, 4 acutissime in Scioppii editione a Varrone primum solis quotidianum, deinde annuum describi cursum intellectum est, et posterior § 8 verbis: *alter motus solis est alter caeli, quod movetur a bruma ad solstitium*

deletis vocabulis *alter caeli* integer adest, prior vero corruptissime in his latet: *tempus esse dicunt intervallum mundi et motus. id divisum in partes aliquot ab solis et lunae cursu. itaque ab eorum tenore temperato tempus dictum, unde tempestiva et a motu eorum qui toto caelo coniunctus mundus deo. Motus casu venit, quo tempus id ab hoc deo dies appellatur.* iam in Scioppii editione invenimus excusum: . . *tempus dictum, unde tempestas: unus motus solis est, quo toto coniunctus mundo ab ortu in occasum venit, tempus id ab hoc deo dies appellatur.* audacissime quidem haec sunt inlata, sed ad rem et sensum quod attinet verissime, digna sane Fulvii Ursini ingenio, nec enim aliunde nata existimo, in quo miror auctorem huius emendationis codicum vestigia non artius pressisse; nam Laetus quem editores secuti sunt, de suo *deo motus* dedit, scripti libri omnes exhibent *duo motus casu venit,* unde in medio lacunam inesse duorumque motuum priorem quotidianum solis qui dicitur cursum describi apparet; id ut perspiceretur totusque Varronis locus recte intelligeretur, Scioppianae debemus recensioni.

VI, 31 *Dies qui vocatur sic: quando rex comitiavit, fas. is dictus ab eo quod eo die rex sacrificulus dicat ad comitium, ad quod tempus est nefas, ab eo fas.* Ursinus ad Festum p. 23 . . . *quod eo die rex sacrificulus itat ad comitium . . sic enim legendus Varro, non ut amicus meus, quod eo die rex sacrificat ad comitium . . . ex Festi autem fragmento . .* TAT *satis patet apud Varronem itat legendum esse pro dicat.* Quaeritur quis ille sit Fulvii amicus, nam hunc ipsum secutus est Scioppius in editione sua, neque in Festi exemplo p. 87, 16 (278, 15 M.) . . TAT, sed . . AT extat. Nisi igitur Ursinus ipse sententiam suam mutavit, aliorum etiam ineditis copiis Scioppius usus est; quidquid est, multas ei debemus gratias, qui utinam omnes omnium doctorum illius aetatis curas Varroni feliciter navatas seu iure seu iniuria conquisitas in publicum edidisset! nam multum haec nos adiuvat recensio, quam Scioppii opera confectam non esse certissimum est.

Scioppius porro has lectiones in margine proponit, quas ab ipso profectas esse censeamus. V, 92 *miser a minus, cui minus nullo est*] *fort. nihilo,* potius *hilo* cum Palmerio; genetivum *nihili* agnoscit Varro, ablativum *nihilo* improbare videtur.

V, 117 *vallum vel quod ea varicare nemo possit*] *fort. opus sit.* quaeritur de varicandi significatione; si est ὑπερβαίνειν, quod glossaria tradunt, sana est vulgata.

§ 138 *in aere*] *fort. area.*
172 *bes ut olim des*] *f. dues.*
178 *concessum. Si datur*] *f. concessum sit. Datum,* sic nostri V p.
VI, 64 *homine*] *f. nomine,* male.
§ 80 *Actiacum*] *f. Attiacum.*
VII, 11 *quis*] *f. nam quis,* invitis numeris.

§ 41 *cum orato res maior erat*] *f. oratu.* at illud in nullo legitur libro, omnes *cum res maiore ratione* exhibent.

IX, 34 *quod et homines*] *f. ea.* ita libri scripti, Laetus *et* dedit.

Interdum codicum dicit lectiones, quae doctorum sunt commenta, ut VI, 67 *hinc nil me increpitando commoves*] *Alius V. C. hinc machinae in crepitando commovent.* in nullo libro varietas apparet, nisi in p *increpando*, ut qui illud excogitaverit ingenio male abusus sit. VI, 95 *inlicium*] *q. v. c. Ellegium.* in nullo hoc invenitur scripto, sed tacite ita Ciacconius ad col. rostr. p. 20 Varronis locum affert. VII, 12 *vellus tueor*] *Q. V. C. pupillum tueor,* quae aperta est interpolatio, nec *vellus* libri praebent, sed *bell.* VIII, 51 *indiligentius*] *q. V. C. indignantius.* egregia est emendatio *indiligentius,* nam libri omnes *indulgentius* praebent, in nullo vero inveni *indignantius.*

X, 37 *Sequitur tertius locus quae sit ratio et proportio, quae a Graecis vocatur ἀνάλογον, hinc dicta analogia*] *q. V. C. proportione. a Graeco vocatur ab ἀναλέγω dicta.* scriptoris usui adversatur illud ab *ἀναλέγω* nec in libris apparet. in his cum sit *ratio proportione a graecis vocantur analogon, ab analogo dicta analogia,* simpliciter scribendum est: *ratio proportione. ea Graecis vocatur ἀνάλογον, ab analogon dicta analogia.*

haec variis istorum codicum lectionibus aliunde non confirmatis nullam fidem esse habendam docent.

Nos fontem lectionis, i.e. codicem F in corruptis, ne coniecturae locus emendaturo deesset, in dubiis et incertis, ne deteriora melioribus praeferrentur, in omnibus fere, ut quae ex antiquitate nobis tradita essent constaret secuti sumus; huius integra addita est varietas neglectis apographis, quae ubi quid scitu aut memoratu haud indignum tradunt, apparent; quare et nostrae et aliorum opiniones haud improbabiles in inferiore margine indicantur et raro factum est, ut doctorum emendationes, nec nisi quae omni cavillatione viderentur esse superiores reciperentur.

Priorem nostram operam, quam nobis ipsis non placere confessi sumus,[1]) paulo post Odofr. Müller excepit; is qui iam antea in corruptis *esquilis* OVIS *lucum terticeps*OIS *lucum, quarticeps*OS *lucum* praepositiones OULS et CIS latere perspexerat[2]) et huic critico muneri parem neque grammaticis inferiorem se ostendit, si minus celeriter Varronem absolvisset (eius enim editio inscripta est verbis: emendata et annotata anno MDCCCXXXIII), non dubito quin scriptori multo feliciorem operam praestitisset; insunt enim compluria, quae a nobis frustra tentata egregie expedivit.[3])

---

1) Emendat. Varron. specimen I. 1830.

2) Ueber die sacra Argeorum. Böttiger Archaeologie und Kunst 1828. p. 69—94.

3) conf. censuram nostram Jahrb. f. Philol. 1834. XI, 1—20. Zeitschr. f. Altert. 1846 nr. 18. Ueber die Kritik der Varr. Bücher de ling. lat. 1854, p. 20. Commentatio de emend. ratione librorum M. T. Varronis de l. l. 1858.

Carolus Lachmann, vir omnibus copiis quibus meliores redderet hos libros instructus, in Museo Rhen.[1]) et adnotationibus in Lucretium quosdam locos tractavit, qui nisi immatura morte abreptus esset, haud dubie nos hoc iterum edendi Varronem onere liberasset; monendi igitur amici, ne quae in eius scriniis latent intereant. Lectiones Varronianas scripsit Guil. Pape,[2]) locum de urbe Roma edidit B. Ten Brink,[3]) coniectaneaGuil. Christ,[4]) quaedam Nic. Madvig[5]) misit aut sodales seminarii contulerunt;[6]) quae vero nostra aetate plurima de Varronis operibus disputantur, hos libros non attingunt,[7]) sed nuperrime Aug. Wilmanns de Varronis libris grammaticis docte disseruit[8]) et C. F. W. Müller editionis Müllerianae censuram exhibens multos locos sano tractavit iudicio.[9])

II.

De Varronis de l. l. libris.

Haec Varronis operis fragmenta in F servata et lacera et valde corrupta nobis tradita sunt. ex foliorum numero, quae pluribus locis deerant, qualis fuerit codex unde noster descriptus est, ratione assequi licet.[10]) constitit quaternionibus XVI, qui etsi non integri erant et in altero fortasse folium abundabat, in altero deficiebat,[11]) tamen in integros iure solvi possunt.

V, 162 *hic defecit exemplar foliis duobus.* intercidit folium IV et V quaternionis V.

VI, 97 *hic deest in exemplari folium I.* intercidit folium II quaternionis VII.

VII, 23 *hic deest in exemplari folium I.* intercidit folium VII quaternionis VII.

---

1) 1838, VI, 106. 1842, II, 356. 1845, III, 610.
2) Berol. 1829.
3) Trai. ad Rhen. 1855.
4) Philol. XVI, 450, XVII, 59, quibus ipse quaedam addidi XVII, 279—306.
5) haec nobis anno 1859 oblata nunc multis aliis additis in Adv. II, 165—78 (1873) edita leguntur.
6) ut Anton. Miller.
7) conf. Merklin Die Varron. Literatur seit 1826 in Philol. XIII p. 683—751.
8) Berol. 1864.
9) Berol. 1865. Zeitschr. für Gymnasialwesen XIX, 421—24. 792—800. 867—74. Haec dudum iam nostro opere absoluto accepimus; quaedam eadem qua nos ratione restituit.
10) vid. Ueber die Kritik der Varronischen Bücher de l. l. p. 5—12.
11) codex F XXXVI foliis constans sic compositus est:
fol. I—XVI, duo quaterniones, quorum alter nunc deperditus est,
fol. XVII—XXIII, septem folia, quorum duodevicesimum insertum est,
fol. XXVIII—XXXII, novem folia, quaternio, cui ultimum folium adhaeret,
fol. XXXIII—XXXVI, duernio.

VIII, 84 deest quaternio XI.

X, 23 *hic desunt tria folia in exemplari.* sunt folia I. II. III quaternionis XV.

X, 34 *hic desunt tria folia.* sunt folia VI. VII. VIII quaternionis XV.

foliorum traiectionem libri quinti V, 41, 32 primus Buchananus perspexit; primum quinti quaternionis quarto praepositum turbam dedit, quibus commutatis omnia recte procedunt et conveniunt.

Integrum opus, cuius vigesimum quartum Priscianus laudat, XXV constitisse libris Originis docent verba,*) argumentum ipse sub finem septimi describit: *quoniam omnis operis de lingua latina tris feci partis, primo quemadmodum vocabula imposita essent rebus, secundo quemadmodum ea in casus declinarentur, tertio quemadmodum coniungerentur, prima parte perpetrata, ut secundam ordiri possim, huic libro faciam finem;* eadem ab initio octavi libri repetita leguntur. Primam partem sex libris compositam, cuius priores tres desunt, paucis VII, 109 his comprehendit: *quare institutis sex libris quemadmodum rebus latina nomina essent imposita ad usum nostrum, e quis tris scripsi P. Septumio qui mihi fuit quaestor, tris tibi quorum hic est tertius, priores de disciplina verborum originis, posteriores de verborum originibus, in illis qui ante sunt, in primo volumine est quae dicantur cur ἐτυμολογικὴ neque ars sit neque ea utilis sit, in secundo quae sint cur et ars ea sit et utilis sit, in tertio quae forma etymologiae. in secundis tribus quos ad te misi, item generatim discretis, primum in quo sunt origines verborum locorum et earum rerum quae in locis esse solent, secundum quibus vocabulis tempora sint notata et eae res quae in temporibus fiunt; tertius hic in quo a poetis item sumpta ut illa quae dixi in duobus libris soluta oratione.* conf. V, 1. hanc tripartitam rationem item secunda pars operis persequitur, VIII, 24 de analogia et anomalia: *de quibus utriusque generis declinationibus libros faciam bis ternos; prioris tris de earum declinationum disciplina, posteriores de eius disciplinae propaginibus. de prioribus primus erit hic quae contra similitudinem declinationum dicantur, secundus quae contra dissimilitudinem, tertius de similitudinum forma, de quibus quae expediero, singulis tribus, tum de alteris***) *totidem scribere ac dividere incipiam.* itaque alteros tres itidem divisit, si dis placet, ad loca et tempora et poetarum usum relatos, et si eadem concinnitate vel ingenii lusu tertiam partem gravissimam, quemadmodum vocabula coniungerentur, item primum σκεπτικῶς καὶ θεωρητικῶς, ut et contra syntaxin et pro ea et de ea verba faciat, aggressus est, tres supererant libri quibus veram ver-

---

*) vid. Ritschl die Schriftstellerei des M. Terentius Varro p. 5, 44—48.

**) requiritur vocabulum quod supra propagines eius disciplinae dixit ut VIII, 1, VIII, 20 *de copia verborum,* X, 33 *de formulis verborum.*

borum constructionem exponeret, quod ad locorum et temporum et poetarum rationem translatum, nisi lectorum risum captare voluit, vix factum esse credas. sic XVIII tenemus libros vel XIX; nam singularem primum, qui de omnibus praefaretur, praemissum esse grammaticorum testimoniis et codicis fide, quibus qui quartus, V est, qui nonus, X, constat. at erat opus XXV librorum. nova igitur hexas addita. nisi iam libro XIV, quo copiam tertiae partis, syntaxin, illustraret, alium ordinem secutus est.*) poterat vero quod in antiquitatum libris fecisse Augustinus refert etiam hic repetere. rerum humanarum erant XXV, divinarum XVI ex quadripartita ratione hominum, locorum, temporum, rerum; rerum igitur humanarum

sex libri de hominibus, qui agant,
sex libri de locis, ubi agant,
sex libri de temporibus, quando agant,
sex libri de rebus, quid agant.

sed unum singularem qui communiter prius de omnibus loqueretur in capite posuit. rerum divinarum erant

tres libri de hominibus qui exhibeant sacra,
tres libri de locis ubi exhibeant,
tres libri de temporibus, quando exhibeant,
tres libri de sacris, quid exhibeant;

sed quia oportebat et maxime id exspectabatur, quibus exhibeant, de ipsis quoque diis tres conscripsit extremos, ut quinquies terni quindecim fierent, unum et his singularem, qui prius de omnibus loqueretur, apposuit. erant autem omnes illi quinquies terni iterum tripartiti, quos ut eandem divisionem triplicem in nostro quoque de lingua opere observatam esse appareat, hic referemus.

trium qui ad homines pertinent primus de pontificibus, secundus de auguribus, tertius de quindecim viris,

trium qui ad loca pertinent primus de sacellis, secundus de sacris aedibus, tertius de locis religiosis,

trium qui ad tempora pertinent primus de feriis, alter de ludis circensibus, tertius de scenicis,

trium qui ad sacra pertinent primus de consecrationibus, alter de sacris privatis, tertius de publicis,

trium qui ad deos pertinent primus de diis certis, secundus de incertis, tertius de diis praecipuis atque selectis.

haec igitur ne in nostro quidem opere divisionem tripartitam, novem libris comprobatam, a Varrone in ceteris quindecim neglectam esse evincunt, et quemadmodum ibi quattuor trinis libris tres alios novos de diis subiecit, sic hic tribus senis eum sex alios item in bis ternos divisos addidisse admodum probabile est. Sed mittamus deperdita quae nescimus, consideremus quae servata et ipsa dubia sunt.

---

*) conf. Wilmanns de Varronis libris grammaticis p. 20—2, 37.

Cum tres primos libros P. Septumio, ceteros Ciceroni misisset, illos Varronem publicasse mihi constare videtur; quod si non fecisset, integrum opus, XXV libros, non XXII ei dedicasset. poterat iam posteriores tres primae partis ut illos priores ad Septumium, sic hos ad Ciceronem hac ratione ab eo laudari gestientem mittere. negat Müller praef. V—VII, quod in Academicis Atticus Varronem quae moliretur celare dicat, Varro ipse se magnum opus ad Ciceronem quod politius limaretur instituisse profiteatur. Quae Cicero ibi Atticum vel Varronem loquentem fingit, non ea sunt quae quodammodo persuadeant, ut hos libros in scriniis reconditos et ab homine litterarum amantiore exceptos, et ne penitus perirent, qua forma et specie incondita erant, librariis permissos, transscriptos, in publicum editos esse credamus. id neque aliorum testimonio neque ipsis libris admodum corruptis confirmari potest, et ne critici amplius maiore licentia in refingendis et pervertendis his fragmentis grassarentur, eorum argumenta et exempla accuratius examinata refutavimus.*) accedit Originis indicium Varronem ipsum ex XXV epitomen IX libris constantem fecisse.

De libro quinto.

Quinti libri duo folia in F transposita, quae supra memorata sunt, legentes non morantur, sed alia in iis quae infra leguntur traiectio esse videtur. Scriptor ipse quae expositurus sit indicat singulisque enarratis ad novam rem transit; V, 57: ***immortalia et mortalia expediam, ita ut prius quod ad deos pertinet dicam.*** § 75: ***quod ad immortalis attinet haec; deinceps quod ad mortalis attinet videamus. de his animalia in tribus locis quod sunt, in aere, in aqua, in terra, a summa parte ad infimam descendam.*** sic avium origines, deinde aquatilium, tum amphibiorum quae in terram exeunt explicantur; inde terram aggressus est § 80: ***quae sunt hominum propria primum, deinde de pecore, tertio de feris scribam;*** his expositis § 102 τοῖς ζῴοις apte quae Graeci ζῶντα dicuntaddit: ***proxime animalia sunt ea quae vivere dicuntur neque habere animam ut virgulta.*** Iam ea quae homines ipsi in usum comparaverunt sequuntur, ita ut et his quem sequatur ordinem rite tradat § 105: ***quae manu facta sunt dicam, de victu, de vestitu, de instrumentis et si quid aliud videbitur his aptum.*** Haec non eo quo debebant ordine exposita esse facile intelliges; victus verba leguntur 105—112: ***de victu antiquissima puls . . . . item graecis singillatim haec, ovum, bulbum.**) Lana graecum . . purpura . . poenicum*** . . vides

---

*) Ueber die Kritik der Varr. Bücher p. 15—46.

**) non sine causa haec duo vocabula *ovum, bulbum* Müllerum offenderunt; quid enim ista inter verba quae victus causa manu facta sunt? at quis haec alium praeter Varronem addidisse credat? haud improbabile igitur inde factos cibos memoratos esse; maiorem enim lacunam post bulbum intercedere certum est.

scriptorem nihil monitis legentibus a victu ad vestitum transire, in quo si etiam ea quibus milites armati et vestiti sunt enumerat, id mirum non est; exponit enim ut § 87 quae in re militari inveniuntur vocabula; magis mireris his coniuncta adhaerere quae longius absunt, ut est vallum, cervi, vinea, testudo, aries, sed et haec si non aequo, at iniquo animo ferenda sunt; dixit enim se additurum esse *et si quid aliud videbitur his aptum.* Quae vero § 118—28 *mensam escariam . . . bisellium dictum**) leguntur, inepte vestitus vocabulis interiecta sunt; redit enim ad vestitum muliebrem 129—33 *mundus muliebris . . . duplex virorum.* quid sibi volunt hic mensae, vasa aliaque supellex, quae vestium vocabula earumque origines dirumpunt? nam quae deinceps sequuntur usque ad libri quinti finem, pleraque conveniunt; tertium enim genus supra dictum apparet § 134—40 *instrumenta rustica quae serendi aut colendi fructus causa facta.* Sequuntur aedificia, oppidum et quae in oppido sunt, ut vici, qua in re statim Romae vicos, fora, loca et, ut supra vetusta Argeorum sacraria, sic hic suae aetatis urbem et aedificia describit § 141—159, quo facto sic pergit: *quoniam vicus constat ex domibus, nunc earum vocabula videamus.* sunt autem haec, domus, aedis, cavum aedium, testudo, impluvium, tuscanicum, atrium, cella, penaria, cubiculum, caenaculum, tum post duorum foliorum lacunam porta Naevia, rauduscula, lavernalis, mugionis, romanula, Ianualis, unde Varronem aeque atque supra a domus porta ad Romae urbis portas transisse constat. his absolutis nova sequuntur lectulorum, denique pecuniae vocabula usque ad libri finem § 166—9 *super lectulis origines quas adverti hae . . graeca sunt peristromata et peripetasmata, sic aliquid item convivii causa ibi multa. Pecuniae signatae vocabula sunt, aeris et argenti haec.*

Hic ordo rerum vulgaris cum stare nequeat et frustra ab Müllero ad § 105 defendatur, qua ratione difficultas solvi possit quaerendum. Trium generum eorum quae manu facta sunt, de victu, de vestitu, de instrumento, primi finem et alterius initium lacuna devoratum esse certum est, sed non minus certum, quod monuimus, secundo de vestitu male interiecta esse § 118—28 *mensam escariam . . bisellium dictum,* domesticas res quae ad cenam et convivium pertinent. Tertium genus de instrumento ad finem usque haec tractat:

instrumenta rustica, quae ferendi aut colendi fructus causa facta . . frumentum § 134—138.
quibus comportatur fructus [*ac*] *necessariae res . . dictae* § 139.
de his quae iumenta ducunt . . asseres lignum § 139—140.
Aedificia nominata a parte ut multa . .

---

*) verba quae sequuntur *Arca quod . . armarium et armamentarium . . declinata aliter* iam a sedibus seiungenda esse censeo; cohaerent potius cum iis quae § 117 de re militari referuntur . . *ut vineae testudo aries,* quibus transitus ad mundum muliebrem fit.

oppidum . . in oppido vici . . quoniam vicus constat ex domibus, nunc earum vocabula videamus . . anno apertam § 141—165.

Super lectulis origines quas adverti hae . . causa ibi multa § 166—168.

Pecuniae signatae vocabula sunt .. dicam § 169—184.

Huic igitur tertio generi illa quae secundo adhaerent inserenda sunt; nam ad convivium pertinent quae de mensa escaria, vinaria, vasaria leguntur; sed ubi vel quomodo non constat. Conicias haec lectulis sic addenda esse: *peripetasmata, sic alia. Quae convivii causa ibi, multa.* ‖ *mensam escariam appellabant . . bisellium dictum.* ‖ *Pecuniae signatae . .* — nam quod vulgo coniungunt *Multa pecuniae* praeter morem scriptoris dictum non placet, quamquam obstat gravis Prisciani auctoritas qui numeros e Varrone reddens a verbis *multa pecuniae* incipit, nisi eum iam turbatum codicem manibus tenuisse credas — itaque disiecta grammatici membra hac ratione componenda esse: *peripetasmata, sic item alia. Convivii causa ibi* ‖ *mensam escariam cillibam appellabant . . bisellium dictum.* ‖ *Multa pecuniae . .* nam quae in domo extat supellex enumerat et quae convivii causa ibi inveniuntur exponit. Sed offendunt sedes a lectulis separatae, neque quid lectulis sit commune portis Romanis quibus adhaerent, aut quid pecuniae sedibus adiectae apparet; potius sedes et lectuli coniungenda sunt: *mensam escariam . . . bisellium dictum* ‖ *Super lectulis . . peripetasmata, sic alia quae item convivii causa ibi multa* ‖, et uterque locus a Varrone cenaculo quod § 162 pluribus exponit, ubi duorum foliorum lacuna extat, insertus esse videtur; § 165 post *anno apertam* quaedam intercidisse quibus transitus ad postremam libri partem, ad pecuniam, factus, iam Augustinus monuit secutique sunt Vertranius et Scioppius.

De libro sexto.

Liber sextus vocabula continet temporum et earum rerum quae in agendo fiunt vel cum tempore aliquo coniuncta dicuntur. Et illa quidem pars § 1—34 magna cura et diligentia exposita est, nam et naturalia et civilia tempora distincta sunt, qui dies deorum gratia, qui hominum causa constituti, ut quae desint, quae plura referantur, Fastis collatis intelligas. Difficultas in iis est quae cum tempore aliquo fiunt, quorum quum tripartitam actionem scriptor exhiberet cogitandi, dicendi, faciendi § 35—42, prima pars multa misere disiecta praestat 43—50, secunda melius servata 51—76, tertia faciendi initium dat 77—85, deinde aliena inserit, quae quid velint nescimus 86—95, ut paucis vocabulis expositis non minus mirus finis libro addatur 96—97. haec accuratius consideranda sunt.

Agitatus mentis etyma VI, 43—51 sequuntur hoc ordine, qui

quam malus et scriptore indignus sit ostendit: *cogitare, concilium, consilium* ‖ *reminisci, comminisci, reminisci, meminisse, amens* ‖ *metuo, tremo* ‖ *curare, recordari, volo, libere* ‖ *metuere, formido, pavor,* ‖ *meminisse a memoria, monere, monimenta* ‖, *maerere, laetari* ‖ *narro*, quo postremo verbo ad secundum mentis gradum, h. e. ad dicendum transit. quae inter se cohaerent ab iis quae praecedunt et sequuntur aliena lineis interiectis indicavimus. Animi agitatus exponitur, ut a tranquillo statu ad maiores eius motus et turbidos et laetos transeat; itaque cohaerent . . ‖ *metuo, tremo* ‖ *metuere, formido, pavor* ‖ *maerere, laetari*, quod unum feliciter commoti animi verbum apparet, desideratur *gaudium*, ex Iuventio ab ipso Varrone allatum, *alacritas, hilaritas, iocus*, alia, ut intercidisse quaedam conicias; sed haec scriptor parum curat, itaque et *timendi* originem neglexit; utriusque generis naturalia verba infra § 65 referuntur. Non offendit post *metuo* repetitum *metuere,* ibi enim ad ostendendam formidinis et pavoris originem varii commoti animi motus exponuntur et omnis vis in verbis *a quodam motu*, quod supra dixit *mentem quodammodo motam*, posita est. verba *curare a cura* . . *Libitina, sic alia* ne praeponamus, monent ista *cura quod cor urit*, quae a commota mente separanda non sunt. integer vero rerum ordo sic servatur, si § 49 *meminisse* . . *monimenta dicta* sic praemissa ponuntur: *conciliari dicitur.* ‖ *Meminisse a memoria* . . *monimenta dicta.* ‖ *sic reminisci* . . *ab eo pavore* ‖ *Maerere* . . hoc si probatur, verba *ab eadem mente meminisse dictum et amens* . . integra non sunt, et delendum *meminisse* aut scribendum *qua meminisse;* id malum effugit Müller verbis *meminisse a memoria* . . *monimenta dicta* positis post . . *amens qui a mente sua discedit.* sic vero neque illa *sic reminisci quom ea* . . qua ratione cum praecedentibus cohaereant apparet et composita *reminisci* . . *comminisci* simplex verbum *meminisse* antecedunt; item parum placet *ab eadem mente meminisse dictum* . . , *meminisse a memoria* . .

Secunda pars agendi a dicendo sumpta continet etyma, quorum ordo et forma haec est: *fatur, loqui, pronuntiare et nuntiare, dico, disputatio et computatio, disserit, legere, murmuratur, spondere, canere, oro.* Mirari licet vel in his Varronis dicendi morem, si verborum formas mutavit nec substantivis abstinuit, ceterum desiderari nihil videtur.

Tertiam agendi partem faciendi verba explicantem magnam etymorum copiam exposuisse par est; at quid est quod docemur, quid nobis restat? postquam varium agendi, gerendi, faciendi usum exemplo demonstravit, verborum enumeratio sic incipit § 79 *Qui Adlucet dicitur lucere ab luere, et luce dissolvuntur tenebrae; ab luce Noctiluca . . . Acquirere est ad et quaerere; ipsum Quaerere ab eo quod quae res ut recuperetur datur opera . . . Conquaestor.* Verborum *noctiluca* . . . noctem stellulis illustrabat Müller, sed parum hoc iuvamur; quid enim omnino inter se commune habent Lucere et Facere?

nec minus mirum, quod sequitur compositum *Acquirere.**) Transit autem ad sensuum vocabula: *Video a visu . . cerno . . spectare . . ab auribus verba videntur dicta audio et ausculto . . odor, olor . . ab ore edo, sorbeo, bibo, poto . . a manu manupretium, mancipium . . manipulus, manipularis, manica, manubrium . . mantelium ubi manus terguntur. Nunc primum ponam censoriis tabulis.* postrema ad tactum pertinent laudanturque sex vocabula substantiva, non verba a manu composita, at neque manus origo neque tangendi verbum memoratur, et quid ultima illa sibi volunt: *nunc primum ponam* . . quae risum excitans neglegentia est, si Varro hac ratione legentium venia abusus est? infra § 94 verba *quare non est dubium quin hoc inlicium sit*, *cum circum muros itur* eum de formula *inlicium vocare* exponere idque initio indicatum publicis testimoniis approbasse docent; itaque interciderunt quaedam ante verba *nunc primum ponam* nosque audacter id lacunae signis significavimus. At haec longior disputatio antiquitatum potius quam de lingua latina libris convenit idque Nonii auctoritate confirmari videtur p. 471: *Sortirent pro sortirentur. Varro rerum humanarum lib. XX: Quum venerint censores, inter se sortiant;* haec eadem sunt quae nostro loco ex censoriis tabulis § 87 allata sunt: *ubi praetores tribunique plebei quique in consilium vocati sunt venerunt, censores inter se sortiuntur, uter lustrum faciat.*

---

*) Varronis verba *qui quid administrat cuius opus non extat quod sub sensum veniat, ab agitatu, ut dixi, magis agere quam facere putatur; sed quod his magis promiscue quam diligenter consuetudo est usa, translaticiis utimur verbis* discrimen quod graecis philosophis est inter ποιητικὸν et πρακτικὸν indicant. videant alii num quae sequuntur: *nam et qui dicit facere verba dicimus, et qui aliquid agit non esse inficientem, qui adlucet dicitur lucere* arte cohaereant, et in *lucere* et *acquirere* tralaticium, quod nos fugit, lateat, ut tacite auctor ab iis quae sub sensum non cadunt ad ea quae sensibus percipiuntur transeat. Quorum primus est: *Video a visu; quinque enim sensuum maximus est in oculis; nam cum sensus nullus quod abest mille passus sentire possit, oculorum sensus vis usque pervenit ad stellas.* ubi Pauwii correctionem *Video a vi* secutus est Müller, quae et particula *enim* et vocabulo sequente *vis* flagitari videtur nec videndi origo a vi derivata Varrone indigna est; verba tamen *a visu* abesse non posse integer docet sensuum locus: *video a visu . . ab auribus . . ab ore . . a manu* .. nec initium *Ab oculis video a vi* fuisse puto, unde conicias: *Video a visu, id a vi,* sed incerta est coniectura, nec si Varro infra scripsit *oculorum sensus, visus, usque pervenit ad stellas*, vocabulum vis cogitavit. At ὀσμῆς, olfactus deest indicium; pauca huius sensus et disiecta leguntur vocabula: *littera commutata dicitur Odor Olor, hinc olet et Odorari et Odora res, sic ab ore Edo* . . haec non convenire vides, sed facile in ordinem rediguntur:

(*Odor*) *et Odorari et Odoratus et Odora res, sic* (*alia*)*; littera commutata dicitur Odor Olor*, *hinc Olet.*

cum vero adsit *a visu . . ab auribus . . ab ore .. a manu*, his quoque praeposita verba *a naribus* non defuisse patet. Iam quae post sensuum vocabula exposita fuerint, coniectura assequi non licet, sed multa desiderari conicias, quod sextus liber dimidiam modo quinti, cui ipsi duo desunt folia, partem continet.

Facile igitur conicias nostrum locum ex libro XX antiquitatum huc male translatum esse, sed ipse Nonii locus parum valet; non enim convenit praesentis exemplum *sortiant* imperfecto tempori *sortirent pro sortirentur*, hoc igitur imperfecti exemplum intercidit. pergit Nonius *Moderant pro moderantur . . Sortiunt, Ennius Cresphonte, an inter se sortiunt urbem atque agros.* huic demum noster locus addendus erat. neque quae postea similia § 94 affert *illici, inlicis, pellexit, elicius* antiquitatum libris apta sunt, et ipse longiorem hanc disputationem verbis excusat § 96: *sed quoniam in hoc de paucis rebus verba feci plura, de pluribus rebus verba faciam pauca.* ut priore libro Argeorum sacraria praeter opinionem protulit, sic h. l. quae de verbo *inlicium* dicuntur ferenda sunt.

De libro septimo.

Septimus liber vocabula a poetis usurpata rerum quae libro quinto et sexto tractatae sunt continet. Quadripartitionem sequitur V, 13 *quare quod quattuor genera prima rerum, totidem verborum; e quis de locis et iis rebus quae in his videntur in hoc libro summatim ponam. sed qua cognatio eius erit verbi quae radices egerit extra fines suas persequemur; saepe enim ad limitem arboris radices sub vicini prodierunt segetem.* V, 57: *Quod ad loca quaeque his coniuncta fuerunt,*) dixi; nunc de his quae in locis esse solent* . . . quae ad finem usque libri exponuntur, ubi § 184: *ad vocabula . . ea quae loca et ea quae in locis sunt satis ut arbitror dicta . . quare in proximo . . de temporibus dicam.* VI, 1: *Origines verborum quae sunt locorum et ea quae in his in priore libro scripsi; in hoc dicam de vocabulis temporum et earum rerum quae in agendo fiunt aut dicuntur cum tempore aliquo, ut sedetur, ambulatur, loquontur; atque si qua erunt ex diverso genere adiuncta, potius cognationi verborum quam auditori calumnianti geremus morem.* VI, 35: *Quod ad temporum vocabula latina attinet, hactenus sit satis dictum; nunc quod ad eas res attinet quae in tempore aliquo fieri animadverterentur dicam, ut haec sunt legisti, cursurus, ludens.* ad finem usque ubi § 97 . . *ad te misi duo, priorem de locis et quae in locis sunt, hunc de temporibus et quae cum his sunt coniuncta.*

Iam septimum nostrum attigimus librum, cuius argumentum VII, 5 his refertur: *Dicam in hoc libro de verbis quae a poetis sunt posita, primum de locis, dein quae in locis sunt, tertio de temporibus, tum quae cum temporibus sunt coniuncta dis ut quae cum his sint coniuncta adiungam, et si quid excedit ex hac quadripertione, tamen in ea ut comprehendam.* corruptum illud *dis* Müller in *ita ut* au-

*) Verba *quaeque his coniuncta fuerunt* alibi non locis sed temporibus addita leguntur.

dacter mutavit, mihi quod alii iam viderunt *de iis* esse videtur loco suo detractum et supra ponendum *tum de iis quae.* Quae sequuntur minus probe dicta sunt, *cum his* enim quod praecedit significat; habes igitur: ut quae cum iis quae cum temporibus sunt coniuncta sint coniuncta adiungam; aptior fortasse oratio altero *coniuncta* deleto; requirimus simpliciter ut VI, 1 *quae cum temporibus fiunt aut dicuntur, ut quae* aut quod infra VII, 80 *quae tempora adsignificant, ut quae.* Non sine causa vero cavet scriptor a calumnia huc aliena esse immixta, nam rari hanc verborum cognationem intelligent, ut talia concoquant. Id ut appareat et Varronis usus in poetis laudandis perspiciatur, horum nomina et vocabula quae explicantur ex ordine huc congesta invenies; nomen ubi deest, aut is qui praecessit aut Ennius intelligatur; verbum quod exponitur prima maiore littera exaravimus; primum igitur de locis § 6—24:

Incipiam hinc.
unus erit quem tu tolles in caerula caeli
Templa . .
quod est apud Accium . . Polum . . Sidera . .
quod est . . Anfracta . .
Ennius . . Titanis Trivia . .
o sancte Apollo qui Umbilicum certum terrarum obtines.
Pacuvius Calydonia . .
Acci Mystica . .
Enni Areopagitae . .
musae quae pedibus magnum pulsatis Olympum.
quasi (?) *Hellespontum et Claustra*
Pacui . . Aegeo Freto
ferme aderant Aequore in alto Ratibus repentibus.
Hic deest in exemplari folium I.

haec omnia locorum sunt vocabula; nam *aequor* iure huc referri potest, *ratis* vero occasione data ut alibi similia additum. In lacuna transitus erat ad secundam partem, ad ea quae in locis sunt, et iam hic miraberis Varronis fiduciam:

. . Agrestis . . Infulas Cornutam . .
musae quas memorant . . esse Camenas.
veteres camenas Cascam rem volo profari.
apud Lucilium . . Ambages . . . .
apud Valerium Soranum . . Adagio . .
in Medo . . Camilla . .
apud Ennium Subulo . .
versibus quos olim Fauni Vatesque canebant.
corpore Tartarino prognata Paluda virago.
Plautus Epeum Fumificum . .
apud Naevium . . Lucam . .
apud Ennium Orator . .

apud Ennium Olli . .
apud Ennium . . Ancilia
Libaque Fictores Argeos et Tutulatos
apud Ennium . . Cata . .
apud Lucilium . . Thynno . . Cobium . . Saperdae . .
apud Ennium . . Cortina . .
apud Ennium . . Perduellibus.
apud Plautum . . Iugula . . Vesperugo . .
Naevius . . Supremum . .
in Cornicularia . . Latrocinatus . .
apud Naevium . . Cassabundum . .
idem Diabathra . . Epicroco.
in Menaechmis . . . Carere
in Persa . . Congerro . .
in Menaechmis . . Adscriptivis . .
in Trinummo . . Ferentarium . .
in Trivolaria . . Rorarii . . Accensi . .
Pacuvius cum deum triportenta)*
in Mercatore . . Dividiae . .
in Pagone . . Syncerasto . .
in Parasito pigro . . Tramite . .
in Fugitivis . . Vivices . .
in Cistellaria . . Limaces . .
Diobolares, Scenicolae, Miraculae.
ibidem Scratiae Scrupedae Strittabillae . .
in Astraba Axitiosae . .
in Cesistione . . Stribulo . .
in Nervolaria Scobina . .
in Poenulo . . gratatorem . .
in Truculento . . . Praefica.
apud Ennium . . Coclites . .

Haec vocabula quae in locis sunt auctore Varrone explicant, in his Plauti versus

neque iugula, neque vesperugo neque vergiliae occidunt

ad tempus pertinet ibique VI, 6 iam laudatus est; quid vero ista . . *cascas res . . ambages . . adagio . . olli . . cata . . supremum . . carere . . dividiae . . vivices . . axitiosae?* haec et alia num in locis sunt? vix ea intelliges, si quartae adhaerent parti; nam hanc quoque excedunt. Sequitur tertium VII, 72—79:

Nunc de temporibus dicam.
quod est apud Cassium (?) . . Intempesta . .
quid noctis videtur . . Temo . .

---

*) Tribus his verbis sensu cassis Pacuvius Plautinas fabulas interrumpit, ut haec ad explicandum prioribus addita esse conicias, sed plura interciderunt, nisi male aliunde translata hic leguntur.

aliquod lumen Iubarne . .
apud Plautum in Parasito pigro . . Crepusculo.
in Trinummo Concubium . .
in Asinaria . . Conticinio.

Haec omnia tempora significant, sed poetarum versus primus, tertius, sextus supra iam VI, 6—7 laudati nec praeter temonem quidquam est quod ibi expositum non legatur, ut socordiam auctoris eadem repetentis mireris. Restat postrema et longissima pars 80—108, cuius exempla eadem ratione oculis supposita referemus.

Nunc de his rebus quae assignificant aliquod tempus, cum dicuntur aut fiunt, dicam.

apud Accium Reciproca . .
apud Plautum . . Transversus . .
apud Ennium Andromachae . .
apud Accium . . Auroram Rutilare . .
apud Terentium Scortatur . . .
apud Accium . . . Numenque . .
apud Plautum . . Epityrum . . Insane . .
apud Pacuium . . Lymphata . . Bacchi . .
Origo in his omnibus graeca ut quod
apud Pacuium Alcyonis Ritu . .
apud Ennium . . Comiter . .
apud Atilium Cape . .
apud Pacuium . . Cicurare . .
apud Naevium . . Ferme . .
apud Plautum Euax Iurgio . .
effutitum naturaliter est, ut
apud Ennium Hehae . .
apud Ennium Eu . .
apud Pompilium Heu . .
apud Lucilium . . Clepsere . .
apud Matium . . Mandier . .
apud Matium Obscaeni . . Ominis . .
apud Plautum . . . Crevi
apud eundem quod est . . Frequentem . .
apud Ennium . . . Fossari (?) . .
apud Ennium . . Mussat . .
apud Pacuium . . . Averruncassint,
in Aulularia Pipulo . .
multa ab animalium vocibus tralata in homines,
*partim quae**) *sunt aperta, partim obscura;*
perspicua ut Ennii . . Latrat.

---

*) F *partimque,* nos quod magis ex more scriptoris est cum aliis *partim quae* divisimus, conf. X, 64. rarus est particulae *que* in his libris usus, saepius ex B insertus vulgatae, ut V, 65 *eundemque* pro *eundem,* V, 105 *post-*

Plauti Gannit . .
Cilii (Caecilii) *) *. . dibalare . .*
Lucilii . . . Rudet . .
eiusdem . . Hinnitum . .
minus aperta Porcii ab lupo . . . Ululantis.
Ennii a vitulo . . Mugit.
eiusdem a bove clamorem Bovantes **)
eiusdem ab leone . . Fremendi
eiusdem ab aedo . . Vagit.
sueta frendice frunde et frutinni suaviter.
Maccius in Casina a fringuilla quid fringuttis, quid istuc tam cupide cupis?
sues avoluerat ita tradedeq. in reneq. in iudicium Esopi nec theatri trittiles.
in Colace Nexum . .
in Casina . . . Delicuum.
multa apud poetas reliqua esse verba . . ut apud Naevium in Esiona Lingula . .

---

eaque pro *posteaquam*, V, 107 *idque* pro *itaque*, sed certa sunt exempla V, 57 *quod ad loca quaeque his coniuncta fuerunt*, VII, 47 *piscium nomina sunt eorumque in Graecia origo*, VIII, 23 *de eo Graeci Latinique libros fecerunt*, X, 64 *in aedificiis et signis faciendis ceterisque rebus*, VIII, 30 *ceterisque omnibus*, ubi Laetus *que* omittit. VIII. 32 *ex ebore*
rebus disparibus figuris lacunam addito *aliisque* explet Laetus, simul *disparibusque* scribens, quem omnes secuti sunt; in codicibus neutrum apparet; IX, 33 *claudicantemque*, ubi scrib. *claudicantemve;* V, 22 *ambitus circuitus ab eoque XII tabularum interpretes . . describunt*, ubi *eo quod* Vp Laetus, *eo quidem* G. V, 153 *pinnis turribusque* vulg. sed libri *qui.* V, 143 *postmoerium dictum eiusque auspicia*, Turnebus *eius quo.* IX, 26 *itemque ab his*, scrib. *item quae*, IX, 114 *itemque*, sed libri *item quae.* IX, 68 idemque; V, 150 *idque* Gf pro *id quod.* Nihilo minus IX, 6 Müllerum secutus sum *eaque* scribentem pro *ea quae* facili et probabili correctione, fort. nimis audacter, cum alii *et quae* habeant, et ipse IX, 3 *similibus verbis eorumque declinationibus* reposui pro *eorum quod*, idem VII, 99 *fertque quae oportet* conieci pro *ferret quem oportet*, et IX, 69 *eaeque complures* pro *eae cum plures.* Quae in his libris raro apparet particula, in iis de re r. frequentatur locosque omnes hic enumeravimus: I, 3 *eaque est scientia*, I, 4, 5 *ianuaque*, I, 7, 5 *seri nascique*, 6 *itemque*, I, 17, 5 *dandaque opera*, II, 59, 2 *pavimentaque faciunt*, II, 4, 5 et 5, 11 *noxisque praestari*, II, 4, 12 *eiusque suis*, II, 5, 11 *deque pecore*, II, 7, 12 *eosque*, II, 9, 2 *eoque* (Pol. *eo*), II, 9, 10, *acrioresque*, II, 10, 5 *noxisque solutum*, 6 *eosque*, III, 3, 4 *saginasque*, III, 5, 4 *cibumque* (al. *cibum quod*), III, 10, 4 *iisque* (al. *iis.*).

*) *cilii* non esse *Lucilii* ex sequenti *Lucilii* non apparet; saepius enim idem nomen repetitum invenimus, sed ex eo quod deinde legimus *eiusdem;* id enim iam secundo loco scriptum esset; proximum igitur est *Caecilii*, non *Atilii.*

**) Libri *clamorem bovantes*, Aldus *clamore*, quod annalium numeris convenit; vocabularium infra laudandum *boves mugiunt vel reboant*, ut fort. *clamorem reboantes* sit reponendum.

in Clastidio Vitulantes . .
in Dolo Caperata . .
in Demetrio Persibus . .
in Lampadione Protinam . .
in Nagidone Caudacus . .
in Romulo Sponsus . .
in Stigmatia Praebia . .
in Technico Confictant . .
in Tarentilla Pacui dum
in Tunicularia Exbolas
in bello punico . . Sarrare . .

His congestis quae sit Varroni in poetis laudandis varietas perspicere possumus. Primae haud integrae partis i. e. locorum duodecim sunt versus, quorum quinque poetarum nominibus destituti sunt. primus et tertius Ennii est, item quartus et quintus, quibus haud dubie nomen deest, quod Ennius praecedit, postremus versus Naevii videtur esse. Incipit secundus versus a verbis *quod est apud Accium,* tertius omisso nomine *quod est* . . in ceteris plus LXX locis infra invenitur § 72 *quod est apud Cassium,* et § 98 *apud Plautum . . apud eundem quod est.* *) Nominativus bis legitur *Ennius* . , *Pacuius* . . tum vero ter, et si, quod recte coniecerunt, in *quasi* poetae nomen latet, quater continuo genetivus apparet § 19—22 *Acci* . . *Ennii* . . *Cassi* . . *Pacui,* qui in sequentibus nunquam recurrit.

Secundae partis, i. e. eorum quae in locis sunt, cuius initium desideratur, duo et triginta loci laudantur; primus mutilus, secundo et tertio poetae nomen deest, ceteris adest; id ubi desideratur, § 36, 37, 44 quod praecedit *apud Ennium* intelligendum; aut fabulae nomen apparet praeter § 64, nam verba *diobolares scenicolae miraculae* non e Cistellaria, quae praecedit, sed auctore Gellio e Nervolaria sumpta sunt, et cum sequatur *ibidem,* intercidisse puto *in Nervolaria,* infra § 68 iterum laudata, ut § 54—56 *in Menaechmis* repetitum legitur. Quater decies extat *apud,* quater repetitum § 41—46 *apud Ennium,* bis § 48, 49. deinde § 53 *apud Naevium* . . *idem,* 65 . . *ibidem* i. e. in eadem fabula, ut infra § 98 *apud Plautum* . . *apud eundem quod est,* 103 *Lucilii* . . *eiusdem* . . *Ennii* . . *eiusdem* . . *eiusdem* . . *eiusdem* . . nominativus tribus invenitur locis § 38 *Plautus,* 51 *Naevius,* 59 Pacuvius. Imprimis notandum est § 54—70 septendecim locos (§ 59 male verbis, ut monuimus, *Pacuvius cum deum triportenta* interruptos) e fabulis Plautinis coniunctos afferri, quorum primus *in Menaechmis,* postremus *in Truculento* est; eo magis mirum est hanc disputationem verbis *apud Ennium* finiri. Nec alia fortasse negligenda sunt: § 56—58 e tribus Plautinis fabulis militaria nomina congerit,

*) § 47 *apud Lucilium quidem,* quod olim conieceram *quod est,* nec Müller probavit et ipse improbo; corruptum istud *quidem* poetae verbis addendum est.

adscriptivis . . ferentarium . . rorarii . . accensi; alibi litteras sequi videtur, ut *Camenas cascas, ambago, adagio,* ut vix casu conveniant § 41, 42 *Orator, Olli.*

Tertia de temporibus pars paucis absoluta est sex locis allatis, quorum tres posteriores e Plautinis fabulis eandem sequuntur litteram, *crepusculo . . concubium . . conticinio.* Advertendum est § 77 *apud Plautum in Parasito pigro,* alterutrum sufficit, aut poetae *apud Plautum,* aut fabulae nomen *in Parasito pigro* ut § 62. unus huius generis extat locus, qui multorum movit dubitationem, infra § 104 *Maccius in Casina.**)

Postrema pars earum rerum quae tempus aliquod adsignificant multa quae quomodo cum his cognata sint haut facile dicas continet v. c. *Andromache, euax, ferme, comiter,* sed hoc non curamus, nec si quis ad certum rerum vel poetarum ordinem demonstrandum ingenio abutatur, invidebimus. quod si legentes confusum in superioribus poetas citandi morem, quem notavimus, aegre tulerunt, primos viginti locos hic eadem ratione praepositione praemissa rite incipere haud iniquo ferent animo, quorum primus est *apud Accium,* postremus *apud Pacuium;* repetitum legitur *apud Matium,* item *apud Ennium* et, quod supra iam attulimus, *apud Plautum . . apud eundem quod est.* Finem faciunt huius quartae partis tres loci e Plautinis fabulis § 103—106 *in Aulularia . . in Colace . . in Casina.* iam quid est, quod non hic quoque *apud Plautum* legamus? an ut facilius haec ubi extarent inveniamus? parum hoc probabile. vocabulum *pipulo* ex Aulularia sumptum Varronem ut longiorem adnotationem vel excursum de verbis ab animalium vocibus translatis adderet movit, ut haec omnia postea inserta esse conicias, sed reliqua duo exempla: *in Colace nexum . . in Casina . . delicuum* absonam esse hanc coniecturam docent.

Huiusmodi vocabulis ab animalium vocibus fictis veteres libenter usos esse Ennii huc congesti docent loci, Varro ipse apud Nonium p. 450, 8, maxime vero Caracallae frater, Geta, de cuius studio et lusu vitae auctor, Spartianus puto, p. 135 Cas. haec tradit: *familiare illi fuit has quaestiones grammaticis proponere ut dicerent singula animalia quomodo vocem emitterent, velut agni balant, porcelli grunniunt, palumbes minurriunt, ursi saeviunt, leones rugiunt, leopardi rictant, elephanti barriunt, ranae coaxant, equi hinniunt, asini rudunt, tauri mugiunt, easque ex veteribus approbare,* ubi Salmasius p. 168 F adnotat: *habeo penes me paginam manuscriptam veteris fragmentum vocabularii, in qua diversorum voces animalium exponuntur, quam h. l. proposuissem et explicassem, si per otium mihi licuisset; in eo igitur inter alia legebatur ursi uncare vel servire, mendose*

---

*) Alias utrumque non respui par est, ut in hoc ipso libro § 54 *idem hoc est verbum in Cemetria Naevii,* § 60 *in Corollaria Naevius . . itaque idem* (Plautus) *in Curculione ait,* § 78 *apud Naevium in Clastidio.*

pro sevire. haec pagina extat in Frising. codice, qui Syri versus servavit, fol. 162, item in Emerano dimidiatum F. VIII, fol. 131, cui praecedit carmen auctoris Philomelae quod dicitur.*) His ad postrema Varronis verba, quae corrupta extant, emendanda uti non licet; nam *fringuilla* ibi non legitur, nec quae praecedentibus insunt: *sueta frendice frunde et frutinni suaviter.* sed simile invenitur *cygni dessitant, cicadae fretinniunt,* vel ut in altero *cigni drensitant, cicadae frecinniunt,* et in carmine v. 35:

et cuculi cuculant et rauca cicada fritinit.

sic cod. non quod vulg. productum *fritinit rauca cicada.* Hirundinis ergo vox non est, quod Scaliger censuit; legimus enim ibi: *hirundines trissitant vel trissant* et in carmine v. 26 *trissat hirundo,* quod in ultimo tertii loci vocabulo *trittiles* latere conicias, si quae praecedunt *suas a voluerat* concedant. Suetii poetae nomen a Bothio vel Putschio deceptus ante Müllerum repperisse mihi visus eram,**) sed meliora docuerunt quae H. Keil ex Charisii codice p. 103 protulit. Cum duo sint vocabula *frunde* et *frutinni,* animalia quoque duo praemissa esse censui: *a sue et a frendice grundi et fritinni suaviter,* sive frendix (ut perdix) corruptum est, sive minus notum τέττιγος vocabulum; ab initio *eiusdem* ter iam repetitum intelligendum, non addendum esse, ut VII, 41—43 ter *apud Ennium* . . praecedit, tum eiusdem poetae non nominati versus exponitur. sed hoc proferre ausus non essem, nisi postea Popmam dudum eandem proposuisse sententiam invenissem *et a sue Sueta grundire, ab irundine Fritinni suaviter.* proxime litteris accedit, quod in *sueta* latere *Suei a* putant; ut *fringuttis* aptum est *fringuillae,* sic utrumque verbum *frunde et frutinni* ab eiusdem animalis nomine translatum et, si proba est illa verborum forma, *frundice* reddendum esse videtur. Quodsi post Plauti exemplum in *sues avoluerat* eiusdem poetae nomen, quod putant, redit *Suei a* . . ., id a Varronis more non recedit, ut VII, 83—85 *apud Accium . . . apud Terentium . . apud Accium . .* et postea *apud Pacuium . . apud Ennium . . apud Pacuium;* multo magis offendit praeter verba *in Casina* addita et nominativum nomen ipsum *Maccius,* conf. VIII, 36, aequo animo ferendum nec mutandum. Ceterum *trittiles,* non minus quam *trissites* si extaret, verbi coniunctivum esse, nam verba sunt quae hic referuntur, dubium non est. sed talia larga hereditate, quam summa cum fortuna cernant, felicioribus trado, certus haec non ita corrupta esse, ut alia delenda, alia addenda, alia denique mutanda sint; non probantur, quae O. Ribbeck Com. fr. p. 101 et postea Mus. Rhen. 27 p. 181—83 disseruit.

---

*) est Aldhelmi ap. Mai. auct. V, 569, vid. Reiffersch. Sueton. reliq. p. 248—54.

**) Invenerat iam P. Victorius adnotans: *sueta frendice, corrige Sueti a frendice.*

Sub finem exempli causa § 107—108 Naevii fabulas affert, ut quae alia singularia verba exponi possint ostendat; has ex litterarum ordine enumeratas O. Müller, et *Aesiona*, non *Esiona* vel *Hesiona* fuisse monuit Buecheler. aperte corruptum est ibi *in Tarentilla pacui dum ab luce illustre.* Pacuvio nullum hic locum esse praeter alia postremum ex bello Punico docet exemplum; requiritur vocabulum minus usitatum a luce derivatum quod latet in *pacui dum;* non ineptum Mülleri *praelucidum,* sed delendum videtur *illustre.*

De libro octavo.

Octavus liber qui primus est trium de analogia librorum eamque impugnat, sub finem decurtatus est, sed rerum index praepositus quae desiderentur docet; quare ut scriptoris ratio appareat, ipsius verbis argumentum paucis exponemus.

Docet, *cur* et *in quo* et *quemadmodum* verba declinata sint.

1. CUR. § 1—8 necessaria de causa, quod tantum verborum numerum discere non possimus.
2. IN QUO. § 9—20 *causam cur verba ab impositis nominibus declinarint quoniam ostendi, sequitur, in quo voluerint declinari aut noluerint ut generatim ac summatim item informem.* sunt

indeclinabilia

declinabilia

1. nomina § 12—19
2. verba § 20.

NOMINA declinantur

1. aut in earum rerum discrimina, quarum nomina sunt, ut ab Terentius Terenti;
2. aut in earum extrinsecus, quarum ea nomina non sunt, ut ab equo equiso.

1. In sua discrimina declinantur

aut propter ipsius rei naturam de qua dicitur,

aut propter illius qui dicit.

Propter ipsius rei discrimina

aut ab toto, ut ab homine homunculus,

aut a parte. quae a parte declinata,

1) aut a corpore, ut a mamma mammosae,

2) aut ab animo, ut a prudentia prudentes,

3) aut extra hominem, ut pecuniosi.

Propter eorum qui dicunt usum,*) declinati casus, § 16.

---

*) supra dixit *propter illius qui dicit*, i. e. naturam, quod cum tam multis verbis interpositis intelligi non possit, Wilmanns corrigit *dicunt naturam;* vulgo *dicuntur, sunt;* at neque *sunt* ex more scriptoris hic extat, et in F non s̄ (sunt) apparet, sed *dicuntur. Sū;* praetuli igitur Vertranii emendationem *dicunt usum.*

Propter ea verba quae erant proinde ac cognomina, ut prudens . . propter incrementum . . accessit declinationum genus, ut a candido, candidius, candidissimum, § 17.

2. Quae in eas res quae extrinsecus, declinantur, ut ab equo equile, § 18.

VERBA propter tempora, numeros, personas mutata infra explicabuntur.

3. QUEMADMODUM. Quoniam dictum de duobus, declinatio cur et in quo sit, iam tertium quod relinquitur, quemadmodum, nunc dicetur, § 21—84.

voluntaria declinatio, in qua est anomalia;
naturalis declinatio, in qua magis est analogia.

A. Dicam prius contra universam analogian, § 25—43.
B. Dein tum de singulis partibus, § 44—84.

A. Contra universam analogian.

1. a natura sermonis incipiam. oratio brevis et aperta esse debet, idque consuetudine fit, nihil igitur opus est analogia.
2. omnia utilitatis causa inventa sunt, quam si consuetudine consequimur, nihil prodest analogia.
3. accedit quod quaecunque usus causa ad vitam sunt assumpta, in his utilitatem, non similitudinem quaerimus; ergo inaequabilitas in sermone quoque, qui usus causa constitutus, non repudianda est.
4. quodsi quis putat non utilitatem, sed et elegantiam esse sequendam, in hac quoque dominatur dissimilitudo; confitendum igitur verborum quoque dissimilitudinem, quae est in consuetudine, non esse vitandam.
5. quodsi analogia sequenda est, aut ea observanda est quae est in consuetudine, aut quae non est. illa praeceptis non indiget, hanc sequi insani est. non ergo est sequenda.
6. quodsi oportet, [id est]*) ut a similibus similiter omnia declinentur, sequitur ut a dissimilibus dissimilia debeant fingi, quod non fit.
7. denique si est analogia, quod in multis verbis est similitudo verborum, sequitur, quod in pluribus est dissimilitudo, ut non sit in sermone [sequenda] analogia.
8. postremo si est in oratione, aut in omnibus eius partibus est aut in aliqua; sed in omnibus non est, in aliqua esse parum est.
9. qui analogias esse dicunt, utrumque ignorant et in quo [loco] similitudo debeat esse et quemadmodum spectari [soleat], simile

*) novum hoc est et sextum argumentum nec ex praecedenti dependens, ut intelligas *sequi* idque addito *id est* sequentibus verbis explicetur. nec recte Müller *ita esse* mutavit; delendum est *id est*, quod iam vulg. recte omisit.

sit necne. quae cum ignorent, sequitur, ut cum analogiam dicere non possint, sequi non debeamus. § 39—43.*)

B. Quod ad universam verborum naturam attinet, haec attigisse modo satis est, quod ad partis singulas orationis, deinceps dicam . . dividitur oratio secundum naturam in quattuor partis:

I quae habet casus,
II quae habet tempora,
III quae habet neutrum,
IV quae habet utrumque.

has vocant quidam

appellandi, ut homo et Nestor,
dicendi, ut scribo et lego,
iungendi, ut que, . .
adminiculandi, ut docte et commode (?).

Appellandi partes sunt quattuor, e quis dicta a quibusdam

a) provocabula, quae sunt ut quis, quae,
b) vocabula, ut scutum [ut] gladium,
c) nomina, ut Romulus, Remus,
d) pronomina, ut hic, haec.

duo media dicuntur nominatus, prima et extrema articuli. primum genus est infinitum, secundum ut infinitum, tertium ut [ef]finitum, haec singulatim triplicia esse debent, quoad sexum, multitudinem, casum. in his omnibus est dissimilitudo.

Nunc videamus [in] illa quadripertita:

a) in infeineiteis articulis nulla est analogia.
b) de nominatibus qui accedunt proxime ad infinitam**) naturam articulorum atque appellantur vocabula, ut homo, equus, eorum declinationum genera sunt quattuor:

1. nominandi, ut ab equo equile,
2. casuale, ut ab equo equum,
3. augendi, ut ab albo albius,
4. minuendi, ut cista cistula.

1. nominandi § 54—62.

hoc genus fere triplices habet radices, quod
et a vocabulo oritur, ut a venatore venabulum,
et a nomine, ut a Tibure Tiburs,
et a verbo, ut a currendo cursor.

in nullo horum analogiam servari videbis, neque in compositis extat, § 60—62.

---

*) hoc nonum argumentum longius enarratum octavo, quod vocabulo *postremo* indicavit, mirum videatur; illa vero omnia ex re sumpta sunt, quorum illud postremum est, hoc de personis quae rem tractabant agit.

**) libri *ad finitum*, quod iure mutavit Augustinus, nam et supra § 45 vocabula *ut infinitum* dicuntur et infra § 80 *cum vocabula sint infinita* legimus; mirum illud § 45 *ut effinitum* fortasse natum est ex Varronis scribendi ratione *utei feineitum.*

2. casuale § 63—74.

relinquitur (?) de casibus, in quo Aristarchei suos contendunt nervos.

1. primum si in his esset analogia, dicunt debuisse omnes nominatus et articulos habere totidem casus, quod non est; non esse ergo in casibus analogiam.
2. secundo quod Crates, cur litterae graecae singulos habeant casus . . . sic Graeci nostra senis casibus, quinis non dicere debebant, quod cum non faciunt, non est analogia.
3. quae si esset, negant ullum casum duobus modis debuisse dici, quod fit contra.
4. item cum, si sit analogia, debeant ab similibus verbis similiter declinatis similia fieri et id non fieri ostendi possit, despiciendam eam esse rationem. atqui ostenditur.
5. item*) quoniam simile est recto casu Sciurus, Lupus, Lepus, rogant, quor non dicatur proportione item Sciuro, Lupo, Lepo.
6. item si esset analogia, similiter ut dicunt Oves, Aves, Sues, dicerent item ut Ovium, Avium, Suium.
7. si analogia est, inquit, cur populus dicit Dei Penates, Dei Consentes?
8. item quaerunt, si sit analogia, cur appellent omnes aedes Deum Consentum, et non Deorum Consentium.
9. item quor dicatur mille denarium, mille assarium.
10. item secundum illorum rationem debemus secundis syllabis longis dicere Hectōrem, Nestōrem.
11. et non debuit dici quibus das quis das.**)
12. cum dicatur da patrifamilias, si analogias sequi vellent, debuerunt dicere da patri familiae, et plures patres familiarum . . . neque oportebat consuetudinem natare, alios dicere boum greges, Ioum signa, alios boverum, Ioverum, nec cum in obliquis convenirent casibus, ut Iovis, bovis, struis, Iovem, bovem, struem, dubitare in rectis, nunc dici Iupiter, bos, strues.

3. augendi § 75—78.

deinceps dicam de altero (?) genere vocabulorum, in quo contentiones fiunt, ut album albius albissimum, in quo item analogias non servari apparet . . . . quod ad vocabulorum huius

---

*) praecedunt verba § 67 *ut in neutro sit sic item*, unde vulgo male distinguunt *Sic item*, natum istud *sic* ex *sit* et delendum. ceterum attendas in eadem sententia repetitum *item* et hic et § 70.

**) requiritur et hoc loco, nam novum est quod affert, ab initio non *et*, sed *item non debuit*, tum *quibus das, sed quis das*, aut *quibus das* omisso *quis das*; Müller correxit *his das*. sed totus locus facile male insertus videatur; vocabula enim aguntur, non articuli, nisi Varronem casibus constrictum reliqua parum curasse credis, ut supra quoque Hectoris nomen non optime vocabulis inseruit.

generis exempla pertinet, multa sunt reliqua, sed ea quae dicta ad iudicandum satis sunt, quor analogias in collatione verborum sequi non debeamus.

4. minuendi, § 79.

magnitudinis *) vocabula cum possint esse terna, ut cista cistula cistella, media desunt, item minima. in hoc genere vocabulorum quoniam multa desunt, dicendum est non esse in eo potius sequendam quam consuetudinem rationem.

c) quod ad vocabulorum genera quattuor pertinet, ut in hoc potius consuetudinem quam analogias dominari facile animadverti possit, dictum est; sequitur de nominibus, quae differunt a vocabulis ideo quod sunt finita ac significant res proprias, ut Paris, Helena, cum vocabula sint infinita ac res communes designent, ut vir, mulier, e quibus sunt alia nomina a nominibus, ut Ilium ab Ilo et Ilia ab Ilio, alia a vocabulo, ut ab albo Albius, ab atro Atrius. in neutris servata est analogia. § 79—84.

iam prima exemplorum verba non recte conveniunt: *nam et cum sit a Romulo Roma, proportione non est, quod debuit esse, Perpenni filia, non Perpennae: Perpenna mulieris nomen esse debuit et nata esse a Perpenno.* haec cohaerent atque illud *et cum* alterum desiderari exemplum docet; itaque lacunam ante *Perpenni* iudicavit Müller, sed haereas, utrum ante *quod debuit esse* an post haec quaedam intercidisse credas. Roma non a Romulo, sed a Romo declinatum, et Perpenna, ut Sisenna, Vibenna aliaque tusca nomina virilia muliebrem formam praeter vulgarem Latinorum usum induit. Tertium exemplum nominum ab oppidis dictorum neque integrum est et verbis corruptum; nam reliqua ingens hausit lacuna. Ne prima quidem pars quadripertitae divisionis, nominandi, absoluta est; desunt enim nomina quorum initium videmus, et pronomina. Ceterae tres, dicendi adminiculandi iungendi, desiderantur, quae quomodo exposuerit Varro, coniectura assequi non licet; si eadem ratione qua primum, plura octavi libri folia intercidisse apparet; in F eorum numerus traditus non est.

Huc pertinent quae Gellius II, 25 ex hoc libro profert: *Me Varronis ad Ciceronem de lingua latina liber octavus nullam esse observationem similium docet, inque omnibus paene verbis consuetudinem dominari ostendit. Sicuti quum dicitur, inquit, lupus lupi, probus probi et lepus leporis, item paro paravi, lavo lavi, pungo pupugi, tundo tutudi et pingo pinxi. quumque, inquit, a ceno et prandeo et poto cenatus sum et pransus sum et potus sum dicamus,* [*et*] *ab adstringor tamen et extergeor et lavor adstrinxi et extersi et lavi*

---

*) quae supra § 52 minuendi dixit vocabula, nunc magnitudinis, non quod exspectamus minutionis appellantur verba; parum constanter, neque tamen corrigendum; infra in eadem re explicanda IX, 74 item dicit *ubi magnitudo animadvertenda sit in unoquoque gradu;* cum in his vocabulis maius et minus sit § 74, iure utrumque dici potest.

dicimus. item quum dicamus ab Osco Tusco Graeco Osce Tusce Graece, a Gallo tamen et a Mauro Gallice et Maurice dicimus. Item a probus probe, a doctus docte, sed a rarus non dicitur rare, sed alii raro dicunt, alii rarenter. Idem M. Varro in eodem libro, sentior, inquit, nemo dicit et id per se nihil est, assentior tamen fere omnes dicunt, Sisenna unus assentio in senatu dicebat, et eum postea multi secuti, neque tamen vincere consuetudinem potuerunt. Sed idem Varro in aliis libris multa pro analogia tuenda scripsit; sunt igitur hi tamquam loci quidam communes, contra analogiam dicere et item rursus pro analogia.

Exemplum lupi et leporis in hoc libro legitur § 68, cetera ex secunda dicendi parte, quae verba tractavit, sumpta sunt, quibus quo iure adhaereat adverbiorum exemplum, i. e. adminiculandi, si integrum locum Gellius descripsit, nescio; haec ex conclusione argumentorum, quae Mülleri sententia est, hausta esse praeter morem Varronis est. Gellii verba *in aliis libris* nonum indicant de lingua latina, non alios, quod L. Lersch (Sprachphilosophie der Alten I, 119) censet. is plura, quae in hoc libro tractata nunc desunt, confutat.

De libro nono.

Nonus liber, cuius principio pauca desunt, adversariorum analogiae argumenta refellit; Aristarchus nos in declinatione similitudinem verborum sequi iubet, quoad patiatur consuetudo; ex hac ipsa quodammodo nata est analogia, sed discernendum de trinis copulis primum naturae et usus, tum multitudinis et finis, denique personarum; nam harum quoque partes sunt diversae; populus universus debet in omnibus verbis uti analogia, et si perperam est consuetus, corrigere se ipse, cum orator non debeat et minus quam poeta possit. itaque ut suam quisque consuetudinem, si mala est, corrigere debet, sic populus suam.

Nunc iam primum dicam pro universa analogia, cur non modo videatur esse non reprehendenda, sed etiam cur in usu quodammodo sequenda; secundo de singulis criminibus, quibus rebus possint quae dicta sunt contra solvi, dicam ita ut generatim comprehendam et ea quae in priori libro sunt dicta et ea quae possunt dici atque illic praeterii.

A. Pro universa analogia.

1. quod aiunt, qui bene loqui velit, consuetudinem sequi oportere, non rationem, quod alterum si neglegat, sine offensione facere non possit, alterum si non sequatur, quod sine reprehensione sit futurum, errant, quod qui in loquendo consuetudinem qua oportet, utitur, sequitur eam non sine ratione . . si quis in oratione ita declinat verba, ut dicat disparia, quod peccat redigere debemus ad ceterorum similium verborum rationem.

2. cum duo peccati sint genera declinationum, unum quod in consuetudinem perperam receptum est, alterum quod nondum est et perperam dicitur, unum dant non oportere dici, quod non sit in consuetudine; alterum non concedunt, quin ita dicatur — id quod stulte faciunt.
3. cum vituperandus non sit medicus, qui e longinqua mala consuetudine aegrum in meliorem traducit, quare reprehendendus sit, qui orationem minus valentem propter malam consuetudinem traducit in meliorem?
4. pictores Apelles Protogenes alii artufices egregii non reprehendundi, quod consuetudinem superiorum non sunt secuti, Aristophanes improbandus, qui potius in quibusdam veritatem quam consuetudinem secutus?
5. quodsi viri sapientissimi et in re militari et in aliis rebus cum laude multa contra veterem consuetudinem mutarunt, despiciendi sunt qui potiorem dicunt oportere esse consuetudinem ratione?
6. an cum quis perperam consuerit quid facere in civitate, non modo non patiemur, sed etiam poena afficiemus, idem si quis perperam consuerit dicere verbum, non corrigemus, cum id fiat sine poena? . . sed modice hoc faciendum; consuetudo loquendi est in motu, itaque solet fieri e meliore deterior et e deteriore melior. quare qui ad consuetudinem nos vocant, si ad rectam, sequemur; in ea quoque enim est analogia; si ad eam invitant quae est depravata, non sequemur, nisi cum erit necesse.
7. qui non amissa modo quaerunt, sed etiam quod indicium det, idem ex sermone si quid deperiit, non modo nihil impendunt, ut requirant, sed etiam contra indices repugnant, ne restituatur?
8. verbum quod novum et ratione introductum quominus recipiamus vitare non debemus; nam ad usum in vestimentis aedificiis*) supellectili novitati vetus consuetudo non obstat.
9. si usquequaque non esset analogia, tum sequebatur ut in verbis quoque non esset, non cum esset usquequaque, ut est, non esse in verbis; quae enim est pars mundi, quae non innumerabiles habeat analogias, caelum an mare an terra, quae in his? habent animalia, hominis partes, quarum octava est qua vocem

*) analogiae studium defendendae scriptoris animum ita movet, ut eloquentia abutatur; tanto invehitur impetu in consuetudinis patronos, nec semper feliciter, sic h. l. § 20 sq. primum vestimenta explicat, sequi debebat aedificiorum exemplum, ut postremo vasa ex supellectilis genere apparent; aedificiorum vero loco praepostere haec leguntur: *an non saepe veteres leges abrogatae novis cedunt?* et tamen eorum mentio eo minus erat negligenda, quod adversarii VIII, 28 sq. inde argumentum contra analogiam sumpserant. Ceterum in omnibus libris multitudinis numerus *supellectilis*, quod convenit *vestimentis*, *aedificiis*, ablativus aliunde mihi non notus; supra VIII, 30 *in vestitu aedificiis*, *sic in supellectile*, IX, 46 *in vestitu*, *in supellectile*, 47 *ex eadem supellectili licet.*

mittimus. quoniam igitur qua loquimur voce, oratio est, hanc quoque necesse est natura habere analogias . . quare qui negant esse in oratione analogiam, non vident naturam non solum orationis, sed etiam mundi; qui autem vident et sequi negant oportere, pugnant contra naturam.

10. quod autem duo genera esse dicunt [analogiae], unum naturale, alterum voluntarium et huius esse verba, quod homines ad suam quisque voluntatem fingant, ego declinatus verborum et voluntarios et naturalis esse puto, et in voluntariis declinationibus esse inconstantiam, in naturalibus constantiam, quas utrasque quom non debeant negare esse in oratione, quom in mundi partibus omnibus sint, et declinationes verborum [naturales esse] innumerabiles, dicendum est esse in his analogiam.*)

B. Quod ad universam pertinet causam, cur similitudo et sit in oratione et debeat observari, et quem ad finem quoque, satis dictum; quare quod sequitur de partibus singulis expediemus ac singula crimina quae dicunt contra analogias solvemus . . incipiam hinc.

1. quod rogant ex qua parte oporteat simile esse verbo verbum, a voce an a significatione, respondemus a voce . . . VIII, 39—41.
2. quod dicunt, simile sit necne nomen nomini, imprudenter Aristarchum praecipere oportere spectari non solum ex recto, sed etiam ex eorum vocandi casu, errant . . . VIII, 42—43.
3. quod aiunt, cum in maiore parte orationis non sit similitudo, non esse analogian, dupliciter stulte dicunt, quod et in maiore parte est, et si in minore sit, tamen sit. VIII, 37.
4. quod dicunt nos sequi dissimilitudinem, itaque in vestitu, in supellectile delectari varietate, respondeo, si varietas iucunditas, magis varium esse in quo alia sunt similia, alia non sunt. VIII, 28—30.
5. rogant, si similitudo sit sequenda, cur malimus habere lectos alios ex ebore, alios ex testudine, sic item genere aliquo alio; ad quae dico non dissimilitudines (solum nos, sed similitudines) quoque sequi saepe.
6. cum, inquit, utilitatis causa introducta sit oratio, sequendum non quae habebit similitudinem, sed quae utilitatem.**)

---

*) haec in universum pro analogia dicta multa quae vera et scitu haud indigna sunt, continent, debebat vero singula crimina in superiore libro contra rationem congesta ex ordine confutare, id quod negligit; multo magis mirum est, quod plura quae huc pertinent et ibi exstant, hic singulis partibus illata leguntur, quod index qui sequitur ipsius scriptoris verbis conceptus demonstrabit.

**) vides quattuor postrema haec argumenta ad universam partem, non ad singulares pertinere, ut suo deiecta loco esse credas, sed et primum et secundum item ibi in universis, non singularibus leguntur, scriptoris, non librariorum culpa; neque quintum argumentum distat a quarto, ut magis exempla et copiam dicendi quam praecepta et doctrinam ostendere videatur.

7. quod aiunt, ut persedit et perstitit sic . . percubuit quoniam non sit, non esse analogiam, in hoc errant . . .*)
8. qui dicunt, quod sit ab Romulo Roma et non Romula, neque ut ab ove ovilia, sic a bove bovilia, non esse analogias, errant . . . VIII, 54, 80.
9. dicunt, quod vocabula litterarum latinarum non declinentur in casus, non esse analogias, ii quae natura declinari non possunt, eorum declinatus requirunt . . . VIII, 63—65.
10. quod dicunt esse quaedam verba quae habeant declinatus, ut caput, quorum par quod reperiri non possit, non esse analogias, respondendum . . .
11. negant cum omnis natura sit aut mas aut femina aut neutrum, non debuisse ex singulis vocibus ternas vocabulorum figuras fieri, ut albus alba album . . ad haec respondeo . . . VIII, 47.
12. qui autem reprehendunt, quod alia vocabula singularia sint solum, ut cicer, alia multitudinis, ut scalae, analogiae fundamentum esse obliviscuntur naturam et usum . . . VIII, 47.
13. item qui reprehendunt quod non dicatur . . acetum, aceta, faciunt imperite . .
14. item reprehendunt analogias, quod dicantur multitudinis nomine publicae balneae, non balnea, contra quod privati dicant unum balneum, plura balnea non dicant . . . VIII, 48.
15. item reprehendunt de casibus, quod quidam nominatus habeant rectos, quidam obliquos, quos dicunt utrosque in vocibus oportere; quibus idem responderi potest, in quibus usus aut natura non subsit, ibi non esse analogiam.**)
16. item dicunt, cum sit simile stultus, luscus, et dicatur stultus,

---

*) mirum hunc articulum ex verborum numero, quae IX, 94 — X, 24 exponuntur, sumptum hic reperiri, igitur lacunae signa ante verba *quod aiunt* dedit Müller; maius sane vitium est, quam ut scriptoris esse credam, sed et ea quae sequuntur cum his minime cohaerent, ut qua ratione hoc disiectum membrum explicandum sit nesciam; si IX, 104 legerentur, neminem offenderent.

**) verba *reprehendunt de casibus* transitum fieri ab aliis ad casus indicare videntur, et sane articulus undecimus § 55—62 genus, deinde tres 12—44 § 63—69 numeros tractant, recte igitur, si nunc casuum exempla promuntur, at nostro tres 16—18 augendi et minuendi loci § 72—74 succedunt, tum denique omnes ad casus referuntur. *quidam nominatus* item huic convenit, nam nomen et vocabulum comprehendit, quod utrumque postea apparet. sed sensus apertus non est; nam si v. c. intelligas Iupiter, Maspiter, Iovis, Martis, haec infra § 75—78 exponuntur; desiderantur enim exempla, quae nunquam desunt, ut intercidisse quaedam iam inde conicias; tum quae leguntur nomina derivata, non eorum casus tractant, ut lacunam post *analogiam* Müller adderet. desiderari quaedam etiam verba docent *sed ut dixi quod ab huiuscemodi cognominibus raro declinantur cognomina,* quod neque hic neque alibi memoravit; sed a quibus verbis hiatus incipiat, non constat.

stultior, stultissimus, non dici luscus, luscior, luscissimus, sic in hoc genere multa, ad quae dico . . . VIII, 75.

17. quod rogant, cur dicamus mane, nec manius, manissime, item de vesperi, in tempore vere magis et minus esse non potest, ante et post potest . . . VIII, 78.
18. item in huiscemodi dissimilitudinibus reprehenditur analogia, quod cum sit anus cadus simile, et sit ab anu anicula, anicilla, a cado duo reliqua quod non sint . . . VIII, 79.
19. quod dicunt casus alia non habere rectos, alia obliquos et ideo non esse analogias, falsum est . . . VIII, 49.
20. item reprehendunt quod dicatur haec strues, hic Hercules, hic homo . . . VIII, 74.
21. item negant esse analogias, quod alii dicant cupressus, alii cupressi . .
22. etiam illud putant esse causae, cur non sit analogia, quod Lucilius scribit, decuis sive decussibus est; qui errant, quod Lucilius non debuit dubitare quod utrumque.*)
23. . . . ubi erit *ὁμωνυμία,* obliqui casus quo minus dissimiles fiant, analogia non prohibet . . . VIII, 35.
24. reprehendunt, cum ab eadem voce plura sunt vocabula declinata, quas *συνωνυμίας* appellant . . . VIII, 66.
25. reprehendunt Aristarchum, quod haec nomina Melicertes et Philomedes similia neget esse . . . VIII, 68.

Quod ad nominatuum analogian pertinet, ita dictum arbitror, ut omnia quae dicuntur contra, ad respondendum ab his fontibus sumi

---

*) haec corrupta sunt, ut neque quid Lucilius scripserit, neque quid Varro voluerit, appareat; *decussi sive decussibus est* correxit Müller, quod falsum est; nam in hac quaestione non pluralis et singularis agitur; articuli qui praecedunt et omnes qui sequuntur ad finem usque § 74—95 casus vocabulorum ambiguos tractant; id igitur etiam hoc loco quaeritur, et cum dubitandum non sit de voce *decussibus,* aliam formam huius dativi a Lucilio dici constat; est vero, ut Varronis verba *et eius numero finiti casus omnes sunt* docent, *decussis.* vocabula a tressis usque ad centussis — itaque etiam decussis — omnibus casibus declinantur, ita ut singularis numerus sit neutrius, pluralis masculini generis; Lucilius etiam indeclinabile *decussis* esse censuit; unde *quod utrumque* non significat *dicitur* vel *in usu est*, sed corrigendum *verum.* plura de numeris refert, ut aliud quod vituperabant confutet *stulte quaerunt*, *cur as et dupondius et tressis non dicantur proportione*, simul hac oblata occasione etiam illam solvit quaestionem qua adversarii VIII, 71 urgebant, cur *denarium* pro denariorum dicatur. docet Varro id in numeralibus fieri ibique analogiam constare, *non solum in denariis*, *victoriatis*, *drachmis*, *nummis*, *sed etiam in viris idem servari . . triumvirum, decemvirum;* omisit sestertios frequentissimum vocabulum, nec dubium de nummis, quamvis editores v. c. Tacit hist. XI, 5 *quadringentis nummorum milibus* aliaque servent; sed notandum quod de victoriatis et drachmis dicit; Cic. pro Flacco 34 alii *drachmas* alii *drachmarum* habent, in Plauto *mille drachumarum* numeri servant. quid vero Varronem moverit, ut praeter causam iusto longius numerorum rationem enarraret nobisque eorum regulam, actus, gradus, decurias decantaret, nescimus.

possint; quod ad verborum temporalium rationem attinet, cum partes sint quattuor, temporum, personarum, generum, divisionum, ex omni parte quoniam reprehendunt, ad singula respondebo.

1. primum quod aiunt analogias non servari in temporibus, cum dicant legi, lego, legam . . . iniuria reprehendunt.
2. similiter errant qui dicunt ex utraque parte verba omnia commutare syllabas oportere aut nullam.
3. item male conferunt fui, sum, ero . .
4. etiam qui hoc reprehendunt, quod quaedam verba neque personas habeant ternas neque tempora terna, id imperite reprehendunt... ad haec addita si erunt ea quae de nominatibus supra sunt dicta, facilius omnia solventur.
5. (quod) quidam reprehendunt, quod pluit, luit dicamus in praeterito et praesenti tempore . . falluntur.
6. item reprehendunt quidam, quod putant idem esse sacrifico et sacrificor, lavat et lavatur.
7. item cur non sit analogia, afferunt, quod ab similibus similia non declinentur, ut ab dolo et colo.
8. de eo quod in priore libro extremum est, ideo non esse analogiam, quod qui de ea scripserint aut inter se non conveniant, aut in quibus conveniant ea cum consuetudinis discrepent verbis, utrumque (falsum?).

Haec sunt quae Varro pro analogia ad anomaliam confutandam contulit, ut qua ratione causam dixerit, perspicere possimus, neque praeter initium, ubi pauca desiderantur, in codicibus ut in ceteris libris foliorum iactura adnotata est. Quae in postrema parte de verbis temporalibus exponuntur, rem paucis absolvunt § 95—112, et quamvis inter se arte non cohaereant, nullus tamen apertus inesse hiatus videtur. eo magis nos offendit, quod supra § 49 nominatuum vocabulis art. 7 verbi fragmentum insertum legitur, quod non occasione data aliis adici, sed dedita opera singulare crimen ab adversariis oblatum refutare, prima verba quibus articuli novi indicantur, *quod aiunt*, ostendunt; nihilo minus scriptorem de verbis plura neque dedisse neque dare voluisse fortasse negandum non est.

Quod igitur ad verba temporalia attinet, omnia fere integra servata esse concedemus; quae vero praecedunt et ad singulas orationis partes referuntur § 7—95, quae singula dicit crimina, supra a nobis articulis XXV comprehensa, pleraque prima et media § 7—74 (artic. 1—18) negligenter, postrema § 75—95 (artic. 19—25) ex ordine tractata reperimus. Etenim primi articuli 1—6 ad universam partem pertinent, non ad singularia, ut inepte hoc loco positos esse ipso Varrone auctore dicas, qui in priore libro haec universis, non singularibus contra analogiam argumentis inseruit; art. 7 praeter opinionem, ut monuimus, verbi mentionem facit; 8 ex nominandi genere derivationem vocabulorum attingit, quae ad casus referri potest; 9—10 casus tractat;

11 genus; 12—14 numeros; 15 casus, ubi lacuna est, cuius postrema ut 8 derivationem attingunt; 16—17 augendi vocabula; 18 minuendi; 19—25 ad finem usque casus et vocabulorum et 23—25 nominum.

His crimina e singulis partibus hausta non confutantur et rerum divisio ab adversariis in notanda consuetudine proposita neglecta est; est vero quam supra enumeravimus in verba appellandi, dicendi, iungendi, adminiculandi, quarum prima pars appellandi constat ex nominatibus, i. e. vocabulis et nominibus, item ex articulis, i. e. provocabulis et pronominibus. priorum fit mentio in hoc libro § 70 *item reprehendunt de casibus, quod quidam nominatus habeant rectos, quidam obliquos,* quibus transitus ab aliis rebus ad casus indicari videtur, et § 95 *quod ad nominatuom analogiam pertinet.* articulorum vero nulla fit mentio, quos cum difficilius esset in his analogiam demonstrari, ideo nulla facta mentione neglectos esse probabile non est. in nostro ergo libro praeter nominatus et verba temporalia nihil invenitur; iungendi vero verba et adminiculandi sub finem posita non esse postrema huius libri pars docet, cui nihil praeterea additum fuisse certum est; ergo omnia quae desiderantur aut defensio neglexit aut interciderunt. Haec Mülleri est sententia, qui p. XLVII inter artic. 6 et 7 § 48 post verba *inter se sequi debemus* magnam lacunam esse statuit sic eam explicans: *Post haec multa deesse intelligitur. transibatur enim ab universa analogia ad*

II. analogiam in singulis orationis partibus observatam. Hic disputabatur:

A. *de appellandi verbis;*
  I. de provocabulis et pronominibus;
  II. de vocabulis et
    *a) de declinatione nominandi;**)
    *b) de declinatione casuali;***)
    c) de declinatione augendi;
    *d) de declinatione minuendi;****)
  III. de nominibus (post lacunam) homonymis et synonymis quaedam.
B. *de temporalibus verbis.*

quodsi vir doctissimus indicem rerum et articulorum, qualem exhibuimus, ante oculos habuisset — et haec est causa qua moti, ne alii et ipsi fallerentur et alios fallerent, descripsimus —, quae adversarentur huic

---

*) ad hoc argumentum pertinere censet articulos nobis enumeratos 7—8 de verborum inaequalitate, 9—10 de singularibus verbis, quorum nulla requirenda esse analoga, 11 de declinatione sexus, 12—14 in declinatione multitudinis analogiam coniungi cum usu.

**) art. 15 § 70, sed multa quae de analogia in casibus servata dicenda essent, deesse; contra quod ibi de Faustinis, Cascellinis legatur, pertinere ad superiorem de declinatione nominandi locum.

***) articulos 19—21 § 76—80 manifesto pertinere ad disputationem art. 15 § 69 inchoatam dicit.

opinioni, intellexisset. primum male distinguit inter singula crimina et singulas orationis partes, tum etiam in hac lacunae tabula desunt iungendi et adminiculandi partes, deinde ne ex hoc quidem sententiarum ordine apparet, cur verborum singulare reddat exemplum, ubi nominatus aguntur; sed non recte iudicavit;*) nam ut quadruplex genus, quod VIII, 52 indicatum est, nominandi, casuale, augendi, minuendi teneat, multa transponenda sunt, et ne sic quidem res recte procedit; nam art. 22, IX, 81 Lucilii versus ipse ad casus pertinet, et propter casum allatus est, nec locus proprius de numerorum vocabulis ex analogia impositis minuendi verbis addi potest. optime vero lacunam ibi § 88 esse et transitum a vocabulis ad nomina fieri Müller perspexit, neque tamen multa intercidisse videntur.

Difficilis est rerum huius libri quaestio; lacuna minor est § 88, alia maior ut videtur § 71. offendit maxime artic. 7, primum singulare ex verbis sumptum et nominatibus praepositum argumentum, § 49 quinque comprehensum versibus, non minus offendunt articuli omissi; quos si attigit, ut in superiore libro § 50 primum obtinuisse locum, § 49 igitur intercidisse probabile est,**) quibus qua ratione fragmentum illud verbale adhaereat, alii doceant. In analogia impugnanda graecum grammaticum, Cratetis socium, cuius tabulas sequeretur graecis cum latinis mutatis exemplis, in defendenda autem Aristophanis et Aristarchi sodalem elegisse videtur,***) quo factum ut defensio singulas accusationis partes minus diligenter attenderet.

De libro decimo.

Liber decimus ultimus est de analogia. haec sunt quae Varro exponit: quod nec fundamenta ut debet posita ab ullo, neque ordo ac natura ut res postulat explicita, ipse eius rei formam exponam; dicam de quattuor rebus quae continentur declinationibus verborum:

quid sit SIMILE ac DISSIMILE,
quid RATIO quam appellant *λόγον*,
quid PROPORTIONE quod dicunt *ἀνάλογον*,
quid CONSUETUDO,

quae explicatae declarabunt analogiam et anomaliam, unde sit, quid sit, cuiusmodi sit, § 1—2.

---

*) conf. L. Lersch Sprachphilosophie I, 125.

**) si contuleris quae X, 19, 30 de articulis leguntur, defensorem analogiae eos neglexisse fortasse non miraberis.

***) Graecos quos multos laudat, magis quam latinos auctores mihi secutus videbatur, ut IX, 114 *si id confecissent quod volunt, ut in lingua latina esset anomalia, tamen nihil egissent* olim de verbis *in lingua latina* dubitarem; nam si v. c. quas graecas accusatio dicit litteras VIII, 66, defensio in latinas transfert IX, 51, quisque hoc intelligit, sed cum ipse VIII, 23 tradat *de eo Graeci Latinique libros fecerunt multos,* amplius illa verba urgere ausus non sum.

I. Quid sit SIMILE ac DISSIMILE § 3—36. similitudinum quae in conferendis verbis et in declinandis sequendae aut vitandae sunt,

prima divisio in oratione quod alia verba nusquam declinantur, alia declinantur, § 14.

secunda divisio est de his verbis quae declinari possunt, quod alia sunt a voluntate, alia a natura, § 15.

tertia divisio est quod quae verba declinata, natura ea dividuntur in partis quattuor,

1. in unam quae habet casus,
2. in alteram quae tempora,
3. in tertiam quae utraque,
4. in quartam quae neutra, § 17.

1. Prima pars casualis dividitur in partis duas, in nominatus et articulos, § 18.

Nominatus § 20—29

nomen et vocabulum, similia esse debent

genere,
specie,
casu,
exitu,

ad hunc quadruplicem fontem derigitur

ordo transversus, a recto casu in obliquos,
ordo derectus, a recto casu in rectum.

casuum vocabula, nominativus . . .

Desunt tria folia.* § 23.

. . item figura verbi qualis sit refert . . ex quibus litteris quodque verbum constet et maxime extrema . . sed ubicunque commoventur litterae non solum eae sunt animadvertendae, sed etiam quae proximae sunt neque commoventur . . flexurae quoque similitudo videnda . .

Articuli § 30

relinquitur de articulis, in quibus quaedam eadem, quaedam alia; de quinque enim generibus duo prima habent eadem, quod sunt et virilia et muliebria et neutra, et quod alia sunt ut significent unum, alia ut plura, et de casibus quod habent quinos . . proprium illud habent, quod partim sunt finiti, partim infiniti.

2. Secundum genus, quae verba tempora habent neque casus, si habent personas, eorum declinatuum species sunt sex, una quae dicitur temporalis, altera personarum, tertia rogandi, quarta respondendi, quinta optandi, sexta imperandi.

---

*) quae sequuntur, tribus foliis amissis solos nominatus tractatos esse docent; eo magis mirum est quod Varro § 30 dicit: *quod ad nominatuom similitudines animadvertendas arbitratus sum satis esse tangere haec sunt.*

item sunt declinatuum species quattuor, quae tempora habent sine personis, in rogando, respondendo, optando, imperandi declinatus sintne habet dubitationem.
accedunt ad has species a copulis divisionum quadrinis, ab infecti et perfecti, ab semel et saepius, a faciendi et patiendi, a singularis et multitudinis.
huius generis verborum, cuius species exposui quam late quidque pateat et cuiusmodi efficiat figuras, in libris qui de formulis verborum erunt diligentius expedietur. § 30—33.

3. Tertii generis quae declinantur cum temporibus ac casibus ac vocantur a multis ideo participalia, sunt hoc ge

Desunt tria folia.* § 34.

II. (Quid sit RATIO.) § 35. 36.

* * * ratio quam dico utrubique, et in his verbis quae imponuntur et in his quae declinantur, neque non etiam tertia illa quae ex utroque miscetur genere.

III. Quid sit PROPORTIONE. § 37—83.

sequitur tertius locus, quae sit ratio proportione; ea graece vocatur *ἀνάλογον*, ab *ἀνάλογον* dicta analogia. . . analogia quae dicitur, eius genera sunt duo, unum deiunctum sic est: ut unum ad duo, sic decem ad viginti, alterum coniunctum sic, ut est unum ad duo, sic duo ad quattuor § 45 . . quadruplices deiunctae in casibus sunt vocabulorum, coniunctae sunt triplices in verborum tribus temporibus § 47 . . analogia fundamenta habet aut a voluntate hominum, aut a natura verborum, aut a re utraque § 51 . . analogiae tria sunt genera, unum quod in rebus, alterum quod in vocibus, tertium quod in utroque; duo priora simplicia, tertium duplex § 63 . . perfecta in qua et res et voces quadam similitudine continentur, cuius genera sunt tria, unum vernaculum ac domi natum, alterum adventicium, tertium nothum, ex peregrino hic natum § 69 . . neque rerum neque vocis similitudo ad has duplicis quas in loquendo quaerimus separatim satis est, quod utraque parte opus est simili ad analogias verborum exprimendas, quas ad loquendum ut perducas accedere debet usus § 72 . . usuis species videntur esse tres, una consuetudinis veteris, altera consuetudinis huius, tertia neutrae . . analogia non item eadem definienda, quae derigitur ad naturam verborum atque illa quae ad usum loquendi . . aperitur de singulis partibus, quid dicatur verbum, quid similitudo verbi, quid declinatio, quid similitudo declinationis non repugnante consuetudine communi, quid ex quadam parte . . in quibus non debeat analogia esse

---

*) Intercidit haec tertia pars, quae participia comprehendit, item tota quarta, quae neutra, neque casus neque tempora habet, ut docte et facete § 17. His nisi alia more suo addidit, prima res *quid sit SIMILE ac DISSIMILE* finita est; desideratur item initium secundae *quid sit RATIO*, paucis ut videtur comprehensa, quam quae sequuntur tractant.

ac proinde ac debeat soleat quaeri . . . item in quibus debeat quaeri analogia, quorum quattuor sunt gradus, ut sint res, ut earum sit usus, ut hae res vocabula habeant, ut habeant declinatus naturalis § 83.*)

III.

Codex F vario errorum genere abundat, aliis, ut fit, propter simile desinens omissis,**) aliis male repetitis, quae quod plura etiam nunc nondum animadversa inesse videntur, ut libri ratio perspiceretur, uncis inclusa servavimus.***) conferendi sunt loci a grammaticis ex his libris citati, quorum unus apud Gellium X, 21 ex VI, 59 parum nos iuvat, quod et pauca sunt, et quamvis ipsa Varronis verba afferre se profiteatur, prima *a quo etiam extremum novissimum quoque dici coeptum volgo* iure suo sic transposuit *quod extremum, inquit, dicebatur, dici novissimum coeptum vulgo*; restat varietas *ut Aelius sic senes aliquot, nimium novum verbum quod esset, vitabant*, ubi Gellius . . *senes alii, quod . . verbum esset* . . in quibus etiamsi *alii* praeferas, relativum ex more Varronis postpositum praestat. alter vero locus V, 169—174, quem Priscianus integrum de figuris numerorum p. 410 K. rettulit, maxime memorabilis est eumque alibi iam a nobis tractatum repetitis curis hic quoque consideremus. incipit a verbis *multa pecuniae signatae* (de quo supra dubitavimus; offendit enim *multa* nunquam sic a Varrone adhibitum), omittit vero ultimos tres versus § 174 *quod libram . . . quadrans assis* inepte, si ipse neglexit nec librariorum desunt culpa. in his quae notentur haec sunt: *deinde ab numero [reliquum dictum] usque ad centussis [ut as singulari numero] ab tribus assibus tressis et sic proportione usque ad nonussis. in denario numero hoc mutat, quod primum est ab decem assibus decussis, secundum ab duobus decussibus bicessis [quod dici solum a duobus bicessis]. reliqua conveniunt [quod est] ut tricessis proportione usque ad centussis, quo maius aeris proprium vocabulum non est.* inclusa desunt apud Priscianum, atque ab initio non modo quae gram-

---

*) desideratur verborum expositio *tertium ut hae res vocabula habeant, quartum ut habeant declinatus naturalis*, quo articulus *quid PROPORTIONE* finitus esse videtur; hunc deinde secutus est quartus et postremus locus supra indicatus § 2 *quid CONSUETUDO*, eoque decimus liber conclusus. Ceterum hi libri ad grammaticam illustrandam non multum conferunt, rationem vero qua usi veteres hanc artem tractabant dilucide demonstrant.

**) vid. Müller praef. p. XIX seq. conf. ad VII, 85.

***) repetita sunt V, 173 *denarii quod*, VIII, 9 *declinarint*, VIII, 35 *ab isdem vocabulis dissimilia*, 38 *esse parum* ex inferioribus, id quod rarissime fit, in superiora translata et a B deleta, IX, 3 *homo ex anima quod est*, ubi vulg. ex B minus recte primum vocabulum retinuit, X, 8 *nominum sint eodem*, 44 *atria quae scilicet*, ubi vulgo *tria quae scilicet* corrigunt, 56 *de litteris ostendunt*, ubi vid. adn.

maticus omittit, sed etiam quae servat verba *usque ad centussis* abundare et ex inferioribus translata censeo, non falsa quidem, sed quae melius absint; transit enim Varro primum ab tressis ad nonussis, deinde a decussis usque ad centussis. verba *quod dici . . bicessis* glossema esse quondam putavi, sed illa propter simile cadens facile interciderunt, et cum Priscianus *vicessis*, non *bicessis* reddat, alium sensum his inesse intellexi. *solum* corruptum et a Turnebo recte in *solitum*, nisi *solet* praeferas, mutatum, ex codice suo, ut dicit, quod dubito, nam in p dilucide *solum* legitur; puto vero locum sic corrigendum esse *ab duobus decussibus Bicessis, quod dici solitum* [*ab duobus*] *Vicessis* deletis duobus verbis male repetitis, ut hoc exemplis supra congestis sit addendum; viginti asses vulgo vicessim, non bicessim dicebant. minus vero recte desunt apud Priscianum verba *quod est*, quae si desunt, requirimus *tricessis et sic proportione.* § 171 *semuncia quod dimidia pars unciae.* [*Se valet dimidium ut in selibra et semodio.*] *uncia ab uno.* Priscianus inclusa praeterit, et sub finem addit *dicta*, quo facile caremus. deinde *septunx a septem et uncia conclusum. reliqua obscuriora, quod ea quae deminuuntur ita sunt, ut extremas syllabas habeant, ut de una dempta uncia deunx, dextans dempto sextante, dodrans dempto quadrante, bes ut olim des dempto triente*, apud Priscianum recte *conlisum*, tum vero . . *habeant una dempta uncia deunx*, quae Priscianum corrupto Varronis exemplo usum esse docent, hunc *habeant, ut deunx dempta uncia, dextans dempto sextante* scripsisse verborum ordo docet. § 173 *sestertius quod semis tertius; dupondius enim et semis antiquus sestertius; est et veteris consuetudinis, ut retro aere dicerent ita ut semis tertius, quartus semis pronuntiarent; ab semis tertius sestertius dictus.* Priscianus *sestertius duobus semis, dupondius . . ita ut semis quintus, semis quartus, semis tertius nuntiarent* . . illud *duobus semis* vix intelligi potest, ut Müller *quod duobus semis additur* audacter corrigeret; natum videtur propter sequens *dupondius et semis*, sed nulla est causa, cur hoc ei quod F praebet praeferamus. Prisciani libri non *aera*, sed *aere* (P. *aero*) scribunt parvo discrimine, sed neutrum placet, nam sestertius non aes, sed argenteus est nummus, et in universum est dictum, non de solo aere aut argento. itaque Varronem scripsisse malim *ut retro dicerent ita ut semis tertium, quartum pronuntiarent;* nam quod in libris est *quartus semis* male positum pro *semis quartus;* vocabulum *semis* explicandi causa insertum videtur; apud Priscianum *ita ut semis quintus, semis quartus, semis tertius* (*pro*)*nuntiarent* nescio quid sibi velint verba retro posita quintus, quartus, tertius, neque nummus est semis quintus aut semis quartus.

Haec Priscianum Varronis codice a nostro paulum diverso, nam plura quae non flagitantur et iure abesse possunt ibi desunt, nec incorrupto usum esse ostendunt, si quod in F est *ut de una dempta uncia deunx* et omissis vocabulis primis *ut de* apud Priscianum legitur,

recte in *ut deunx dempta uncia* mutavimus, et coniectura nostra traiectionis in principii verbis *multa pecuniae* non fallit.

Explicandi causa saepius a librariis verba addita esse constat, nec mirum si pleraque illa supra a Prisciano omissa post eius aetatem addita sint, sed inveniuntur sententiae, quae sine causa interiectae ordinem rerum perturbent, ut eas a Varrone scriptas esse neges, ut V, 44 *velabrum a vehendo; velaturam facere etiam nunc dicuntur qui id mercede faciunt. Merces dicitur a merendo et aere. huic vecturae qui ratibus transibant quadrans.* ineptissime haec etymologia Varronis ingenio haud indigna interiecta est. sed quam facilis sit error et ne in eis quidem quae certissima videantur nobis ius exilio multandi datum esse docent haec VI, 4 *meridies . . D antiqui, non R in hoc dicebant, ut Praeneste incisum in solario vidi. solarium dictum id in quo horae in sole inspiciebantur, quod Cornelius in basilica Aemilia et Fulvia inumbravit,* ubi B verba *solarium . . inspiciebantur,* Laetus etiam verbum quod praecedit *vidi* omittunt, at quae sequuntur *quod . . inumbravit* illa flagitant. quare caute in his rebus agendum nec probandum, si v. c. Wilmanns VI, 43 verba *sic e lacte coacto caseus nominatus* delenda esse censet.

In orationis usu multa Varroni sunt propria, semper dicit *ut . . sic* nunquam *ut . . ita,* quare falsum est quod VIII, 1 *ut propago omnis natura secunda, quod prius illud rectum, unde ea sic declinata, itaque declinatur in verbis rectum Homo, obliquum Hominis* vulgata dedit *sit declinata, ita.* Varro scripsit *quod prius illud unde ea, sic declinatus in verbis,* cetera male addita sunt. item dicit *quod,* non *quia,* quod ubi legitur corruptum est, ut VI, 24 *in Velabro quia in novam viam exitur* pro *qua* a Laeto restituto, nec minus corrupti sunt loci VI, 36, 41, VII, 7; hae particulae in libris saepe confunduntur, ut VI, 65 p *quia,* non *quod* scribit. tum non leguntur nisi contracta verba *appellarunt, quaesierunt, declinarit, aberraro;* vocabulo *scilicet* usus esse non videtur, vid. ad X, 18, 44. praeterea *nam* dicit, non *namque* quod X, 74 GH scribunt; particulam *que* rarissime in his libris inveniri supra dictum est. *at enim* pro *ut enim* non recte Müller IX, 73 coniectura protulit, alienum est ab huius dicendi usu. praeterea frequentat *quotquot annis,* non *quotannis,* et *fortasse an* cum coniunctivo pro *forsitan,* quamquam *quotannis* interdum in F invenitur, ut V, 85, VI, 25, 54. singulare est quod transitum facit *incipiam hinc* absolute dictum VI, 41, IX, 39, de re r. II, 1, 7, ut corrigendum sit p. VIII, 1, vid. adn. et facile etiam de re r. III, 1 sub finem *de quibus exponendis initium capiam hinc* solemne illud fuisse . . *initium faciam. incipiam hinc* conicias. Frequens est locutio *in quo* praeeunte plurali numero, non modo ubi universum comprehendit, sed etiam ubi multitudinem quae praecedit notat, VI, 2 *Chrysippus et Antipater et illi in quibus si non tantum acuminis, at plus litterarum, in quo est Aristophanes et Apollodorus,* V, 108

contenti his quae suapte natura ferebat sine igne, in quo erant poma, VI, 55 *et sic composititicia alia item ut declinata multa, in quo et Fatuus et Fatuae.* X, 41 *sic item in aliis rebus omnibus proportione dicuntur ea, in quo est sic quadruplex natura.* VI, 82 *sic alia, in quo etiam Expecto.* VIII, 1 *nesciunt docere quam discere, quae ignorant, in quo fuit Crates.* de re r. I, 65 *genera sunt vini, in quo Falerna, quae* . . de l. l. VIII, 63 *relinquitur de casibus in quo Aristarchei suos contendunt nervos,* X, 8 *certae similitudines opus sunt, in quo est ut* . . sic vetusti libri in aut. ad Herenn. I, 16 *quoniam de rerum inventione disputandum est, in quo singulare consumitur oratoris officium* praebent, non *in qua.* quaeritur VII, 26 *in multis verbis in quod antiqui dicebant S, postea dicunt R,* ubi *in quo* M, Laetus, et inde omnes editi, utrum praestet an *verbis quod,* in hac re alibi usitatum, sit reponendum. huic non dissimile V, 112 *locis certis quo id imponeretur,* conf. Halm ad Cic. pro Sulla p. 116, Iordan pro Caec. p. 178. — VI, 21, ubi *suffibulum* derivandum est, *id dicitur ne ab suffiendo subligaculum,* sic omnes cum F; alii *ne* delent, alii *ut* scribunt, Müller transponit *ut subligaculum,* mihi interrogatio *diciturne,* quamvis alibi nusquam occurrat, idonea causa cur mutaretur non est visa. similiter VI, 18 *Nonae Caprotinae, quod eo die in Latio Iunoni Caprotinae mulieres sacrificant et sub caprifico faciunt; e caprifico adhibent virgam. cur hoc, togata praetexta data eis Apollinaribus ludis docuit populum,* postrema quamquam iterum Varro nusquam talia prodit, sana sunt; vulgata scripsit *docui,* alii post *eis* lacunam ponunt, fefellit omnes editores Laetus *ob hoc toga praetexta* excudens, qui fabulam indicari non intellexit.

Haec certa videntur, in aliis scriptor ipse variat; vocabulum analogiae libro octavo et nono saepissime repetitum legitur, XLIII singularis numeri sunt loci, XXI multitudinis, et interdum mire coniunctim, ut IX, 114 *confitendum esse analogias; item quom ea* . . *patiatur uti consuetudo communis, fatendum.* sic modo *attinet,* modo *pertinet* IX, 95 *quod ad nominatuom analogiam pertinet,* . . *quod ad verborum temporalium rationem attinet,* X, 64 *partim sunt quae ad orationem non attineant, partim quae pertineant* . . *non pertinent* . . *quae pertinent* et sic saepe; similiter *tangere* X, 30, *tetigi* VIII, 51, quod Victorium in F male *attigi* interpretatum esse supra dictum, sed *attigisse* de eadem re VIII, 43, item alibi. VII, 110 *primo* . . *secundo* . . *tertio,* X, 79—82 *primum* . . *secundo* . . *tertio* . . *quartum* et statim ibidem § 83 *primum* . . *secundum* . . *tertium* . . *quartum.* haec igitur et similia mutare non licet.

In explicandis verborum originibus indicativo modo id dicit, quod res ipsa requirit, ut *territorium quod maxime teritur;* si rem factam indicat, interdum imperfectum tempus invenitur, ut *lorica quod e loris de corio crudo pectoralia faciebant;* si cur vel quam ad rem sit factum demonstraturus est, relativo et coniunctivo

utitur, ut V, 80 *consul nominatus qui consuleret,* ubi male Aldus *quod,* vim coniunctivi exponit B corrigens *qui consulere debet;* exempla ibi congesta rem aperte docent:

praetor dictus qui praeiret . .
censor ad cuius censionem censeretur populus,
aedilis qui aedes sacras et privatas procuraret,
quaestores a quaerendo qui conquirerent . .
tribuni militum quod terni tribubus . . olim
ad exercitum mittebantur,
tribuni plebei quod ex tribunis militum . . facti
qui plebem defenderent,
dictator quod a consule dicebatur,

et V, 87 iterum *in re militari praetor dictus qui praeiret exercitui,* sed quod sequitur exemplum non convenit *imperator ab imperio populi qui eos, qui id attemptassent, oppressi hostis,* sic F cum omnibus libris, *oppressit* vulg. ex B male correxit; quid Varronis usus requireret, perspexit Bentinus in Gryphiana *opprimeret* exhibens; nam coniunctivum flagitari praecedens *attemptassent* docet, et fort. *qui eo qui . . opprimeret* reponendum. pergit Varro

legati qui lecti publice, quorum opera . . uteretur . .
quive nuntii . . essent,
exercitus quod exercitando fit melior,
legio quod leguntur milites in delectu.
cohors quod . . ex manipulis pluribus copulatur,
cohors quae in villa quod circa eum locum
pecus cooreretur.

sic libri, alii *coerceretur,* indicativum requiri sensit B *coercetur* corrigens, sed recte stat coniunctivus, si Varro scripsit *cohors quod ut in villa . . copulatur; cohors in villa qua circa . . cooreretur.* de postremo verbo non dubitandum; cohortem a cooriendo dictam esse fortasse ex ipso Varrone tradit Velius Long. p. 2229, apud Wilm. p. 183. non offendit igitur VI, 57 *hinc dictus Loquax qui nimium loqueretur,* ubi Laetus *loquitur* correxit. Etiam indicativus cum relativo iure positus est, si res, non causa indicatur, ut V, 89 *hastati dicti qui primi hastis pugnabant,* 90 *praesidium dictum qui extra castra praesidebant* (ubi *quia* Laetus, *quod* H b Scioppius), vel si relativum praecedit V, 124 *qui vinum dabant, ut minutatim funderent, a guttis guttum appellarunt,* vel 129 *qui ea ministrabat a cinere cinerarius est appellatus,* et praesente tempore 39 *ager restibilis qui restituitur,* et VI, 66 *ab legendo leguli qui oleam aut qui uvas legunt.* haec neminem offendunt, sed ubi particulae *quod* sine ratione coniunctivus adhaeret, quaeritur, utrum ferendus sit necne; nam si ex prioribus pendet, iure positus est, ut V, 154 *intumus circus ad Murcim vocatur, ut Procilius aiebat, ab urceis, quod is locus esset inter figulos,* nec offenderet § 21 si scriptum esset *terra dicta ab eo, ut Aelius*

scribit, quod teratur, at omnes tenent *teritur.* complures id genus loci ex F nunc remoti sunt, ut 65 *pater quod patefaciat semen,* nam sic soli M et Laetus, ceteri recte *patefacit,* et VI, 55 iidem soli *faciat* pro *facit,* V, 115 F *fit,* non *fiat,* VI, 14 male Victorius *se dent* pro *sedent,* nec huc pertinet VI, 54 *fana nominata quod pontifices . . fati sint finem,* nam in libris est *quae,* non *quod* (sic solus Laetus), quamquam ne sic quidem coniunctivus iure positus est. restant haec V, 40 *praedia dicta . . a praestando, quod ea pignori data publice mancupis fidem praestent,* § 120 *patinas a patulo dixerunt, ut pusillas, quod his libarent coenam, patellas.* 181 *et hinc dicuntur milites aerarii ab aere, quod stipendia facerent hoc,* ubi imperfectum potius *dicti* quam *dicuntur* requirit, VI, 46 *cura quod cor urat,* 49 *monere quod is qui monet proinde sit ac memoria,* VII, 22 *dictum fretum a similitudine ferventis aquae, quod in fretum saepe concurrat aestus atque effervescat.* quorum si unum alterumve fortasse quodammodo tueri possis, ferendi non sunt loci, in quibus utrumque coniunctum legitur, V, 117 *vallum vel quod ea varicare nemo possit, vel quod singula ibi . . habent figuram V;* scrib. *potest;* VI, 62 *hinc doceo declinatum vel quod cum docemus dicimus, vel quod qui docentur inducantur in id quod docentur,* et quod praecedit § 61 *hinc iudicare quod tunc ius dicatur, hinc iudex quod iudicat . . id est . . dicendo finit.* 50 *maerere a marcere quod etiam corpus marcescere,* ubi Laetus *dicitur,* B *videtur,* vulg. *videatur* inserit, ego male *marcesceret* conieceram a Müllero receptum, Varro simpliciter *marcere quod etiam marcescere* scripsisse videtur.

Haec igitur haud raro dubia ex usu et more dicendi scriptoris consideranda et diiudicanda sunt. neque vero in verborum formis sibi constat; gerundio utitur ut par est, ut *ab legendo Leguli . . ab legendo Ligna quoque . . indidem ab legendo Legio,* et sic plerumque, quare V, 2 *a qua re sit pertinacia quom quaeritur, ostenditur esse a pertendo* iure Rholandellus *a pertendendo* correxit; nam si prima praesentis persona utitur, id ad verborum tempora pertinet, ut *ab lego legi legam.* sed etiam infinitivus invenitur, non solum V, 83 *Pontufices ut Scaevola Quintus P. M. dicebat a posse et facere ut Potifices,* nam huius verbi gerundivum non est, sed etiam ubi facile vitare poterat, ut VI, 50 *maerere a marcere,* 75 *omnium enim horum quid a canere,* 79 *qui adlucet dicitur lucere ab luere,* ibidem *adquirere est ab ad et quaerere,* VII, 80 *ab recipere reciprocare fictum,* 108 *ab serare dictum;* similiter VI, 44 *a con et mente,* VII, 107 *a perite . . a protinus,* si modo haec omnia sana et magis notanda quam corrigenda sunt.

Difficile est saepe in etymologiis quid Varro voluerit ostendere; non enim vera aut probabilis, sed plerumque inepta et ficta vocis origo exponitur et interdum mirabilia sequitur, ut quae cuivis praesto essent, in his nugis negligeret, ut V, 36 *quod primum ex agro*

plano fructus capiebant, Campus dictus; posteaquam proxuma superiora loca colere coeperunt, a colendo Colles appellarunt; quos agros non colebant propter silvas aut id genus, ubi pecus possit pasci, et possidebant, ab usu suo Saltus nominarunt. haec etiam Graeci νέμη, nostri Nemora. quid haec significant? an ab suo et alendo saltus derivatur? sed acuit verba *possidebant, ab usu suo*, ut Lachmanni commentum *ab usu salvo* Varronis sententiam divinasse videatur, nosque id in ordinem recepimus. at quis est, qui non haec potius exspectet, *ubi pecus posset pasci et salire, pascua et saltus nominarunt?* nolumus vero in his rebus Varronis ingenium superare, sed acumen correctoris B, qui graecum vocabulum ἄλσος intulit, egregie elucet. sub finem *etiam* sensu caret, neque tamen cum Aldo delere licet, aptum est inserto relativo *haec etiam quod Graeci νέμη, nostri nemora,* sic alibi quoque dicit neque dativus necessarius est.

Haec puerilis veterum in explicandis vocabulis ratio efficit, ut cum verba haud raro sint incerta, saepe haereamus nec quid velint facile intelligamus, ut in limine operis V, 18:

> *Caelum dictum scribit Aelius quod est caelatum aut contrario nomine celatum, quod apertum est. non male, quod posterior multo potius a caelo quam caelum a celando. sed non minus illud alterum de celando potuit dici, quod interdiu celatur quam quod noctu non celatur.*

Plinii verba II, 4, 9 *caelum quidem haut dubie caelati argumento diximus, ut interpretatur M. Varro* aliunde hausta nostrum locum non attingunt, conf. Isidorus p. 414 L. de rerum nat. c. 13; duplicem caeli originem a caelando, quod stellis sculptum est, et a celando ab Aelio referri constat, sed verba corrupta varie et explicari et refingi possunt. postrema magistri sententiam a verbo celandi sumptam corrigunt, non opus esse illa ἀντιφράσει, qua caelum quod noctu non celetur, i. e. apertum sit, dictum censeat, non minus recte quod interdiu celetur et stellae ac sidera non aspiciantur dici posse. num κατ' ἀντίφρασιν latine translatum sit *contrario nomine* quaeritur (*ex contrario* latine hanc dicit Charisius p. 276), sed negatio abesse nequit sive addenda, sive ex *nomine* restituenda. quae sequuntur, non conveniunt; quid enim Varro *non male* dicens probat? Aelium scilicet caelum a celando, non caelando derivasse, at eius verba hoc non docent. audacius Müller *posterior* mutavit in *prius*, alteram sententiam non improbat vel priori potius praefert Varro, unde eum scripsisse probabile est: *non male posterius, quod multo potius a caelo (caelare) quam caelum a caelando.*

V, 65 hoc ordine F verba exhibet:

et idem hi dei celum et terra Iupiter |
et Iuno quod ut ait Ennius istic est is Iupiter quem dico quem greci vocant aerem qui ventus |

est et nubes imber postea atque ex imbre frigus ventis post fit aer denuo haec |
propter Iupiter sunt ista quae dico tibi, qua mortalis atque urbes beluasque omnis iuvat. |

Graeci vocant aerem Iovem, ut apud Philemonem p. 391 seq. M. ipse Aer loquitur:

Ἀὴρ ὃν ἄν τις ὀνομάσειε καὶ Δία.

graecam vocem *Ἀέρα* ab Ennio scriptam esse librorum Ha lacuna non probat, nam F *aerem* praebet; cum idem esset vocabulum, forma latina retineri potuit. Elementa quomodo mutentur, veteres tradunt, ut Cic. de nat. II, 84—101 *et quum quattuor sint genera corporum, vicissitudine eorum mundi continuata natura est. nam ex terra aqua, ex aqua oritur aer, ex aere aether, deinde retrorsum vicissim ex aethere aer, ex aere aqua, ex aqua terra infima.* idem Lucret. I, 782. plenius Plato Tim. p. 49 haec dicit *πρῶτον μὲν ὃ δὴ νῦν ὕδωρ ὠνομάκαμεν πηγνύμενον ὡς δοκοῦμεν λίθους καὶ γῆν γιγνόμενον ὁρῶμεν, τηκόμενον δὲ καὶ διακρινόμενον αὖ ταὐτὸν τοῦτο πνεῦμα καὶ ἀέρα, συγκαυθέντα δὲ ἀέρα πῦρ, ἀνάπαλιν δὲ πῦρ συγκριθὲν καὶ κατασβεσθὲν εἰς ἰδέαν τε ἀπιὸν αὖθις ἀέρος, καὶ πάλιν ἀέρα ξυνιόντα καὶ πυκνούμενον νέφος καὶ ὁμίχλην, ἐκ δὲ τούτων ἔτι μᾶλλον ξυμπιλουμένων ῥέον ὕδωρ, ἐξ ὕδατος δὲ γῆν καὶ λίθους αὖθις, κύκλον δὲ οὕτω διαδιδόντα εἰς ἄλληλα ὡς φαίνεται τὴν γένεσιν.* sic alii, Ennius primarium *στοιχεῖον* neglectis terra et igni aerem dicit, qui in aquam vertatur et inde in aerem redeat, sic: aer, ventus, nubes, imber, eademque retro dicta imber, frigus, ventus (*ventis* librarii error), aer, ubi frigus nubibus *ὁμίχλῃ καὶ νέφει* substitutum, quod *πάθημα* est, offendit, nam idem vel simile requiritur vocabulum. Quarto versu neque *istaec*, quod Turnebus coniecit, neque *haece*, quod ego malueram, verum est, scribendum simpliciter:

haec propterea Iupiter sunt ista quae dico tibi.

postremum versum:

qua mortalis atque urbis beluasque omnis iuvat

male turbatum esse et numeri docent et res; quid enim urbes mortalibus et beluis omnibus interpositae volunt? probam sententiam invenit Laetus *atque arbores herbasque* reddens qua *τὰ ζῷα* et *τὰ ζῶντα* inferantur, vide supra in censura edit. principis; possis numeris et litteris propius accedere eodem sensu *urbes* mutans in *arbusta*, ut *mortalis* homines intelligantur, sed parum probabile est; infelix etiam Turnebi coniectura *qui mortales urbes atque*, aliosque ut melius quam quod ego proposui reperiant adhortor:

quia mortalis homines atque beluas omnis iuvant.

in quo *iuvant* certum videtur; subiectum enim non Iupiter, sed istae res, quae, quod omnia iuvant, Iovis nomine celebrantur.*)

X, 45—50:

*Analogia quae dicitur, eius genera sunt duo; unum deiunctum sic est, ut unum ad duo, sic decem ad viginti; alterum coniunctum sic est, ut unum ad duo, sic duo ad quattuor . . quadruplices deiunctae in casibus sunt vocabulorum, ut Rex Regi;***) *coniunctae sunt triplices in verborum tribus temporibus, ut Legebam Lego Legam, quod quam rationem habet legebam ad lego, hanc habet lego ad legam. In hoc fere omnes homines peccant, quod perperam in tribus temporibus haec verba dicunt, cum proportione volunt pronuntiare. nam cum sint verba alia infecta, ut Lego et Legis, alia perfecta, ut Legi et Legisti, et debeant sui cuiusque generis in coniungendo copulari, et cum recte sit ideo lego et legebam, non recte est lego ad legi, quod legi significat quod perfectum, ut haec Tutudi, Pupugi, Tundo, Pungo, Tundam, Pungam, item haec catus sum, verberatus sum, verberabor, iniuria reprehendunt, quod et infecti inter se similia sunt, et perfecti inter se, ut Tundebam Tundo Tundam, et Tutuderam Tutudi Tutudero, sic Amabar Amor Amabor, et Amatus eram, Amatus sum, Amatus ero. Itaque reprehendunt qui contra analogias dicunt, cur dispariliter in tribus temporibus dicantur quaedam verba. natura cum quadruplex sit analogia, id nonnunquam, ut dixi, pauciores videtur habere partes, sic etiam alias pluris, ut cum est quemadmodum ad tria unum et duo, sic ad sex duo et quattuor, quae tamen quadripertita comprehenditur forma, quod bina ad singula referuntur, quod in oratione quoque nonnunquam reperietur, sicut Diomedes confertur Diomedibus, sic dicitur ab Hercules Herculi et Herculibus, et ut haec ab uno capite, ab recto casu in duo obliquos discedunt, sic contra multa ab duobus capitibus recti casuum confluunt in obliquom unum.*

longiorem locum, ut qua de re agatur quisque perspiciat nec in iudicando fallatur, descripsimus; de re nihil novi docuit Varro, eadem supra IX, 96—100 iisdem exemplis additis leguntur. *dispariliter . . quaedam verba* quid sibi velint, explicat IX, 99: *ex utraque parte verba omnia commutare syllabas oportere aut nullum,* alia enim non mutant, ut lego legi legam. apte igitur conveniunt *itaque reprehendunt . . quaedam verba;* quae sequuntur *natura cum quadruplex . . pluris* item deleto verbo *dixi* quod male inculcatum est, integram exhibent sententiam; infeliciter Müller primam vocem correctam praece-

---

*) [ego facilius mihi visus sum scribere: *Qui mortalis* [*aeque*] *atque urbes beluasque omnis iuvat.* A. Sp.]

**) quadruplex forma requiritur, unde *Lex Legi* Müller addidit, idem ego conieceram, sed praepositum; poterat vero etiam *Grex Gregi, Rex Regi* scribi; utrum enim vocalis corripiatur an producatur, hic nullius est momenti; illud tamen probabilius est.

denti adiunxit sententiae sic: *itaque reprehendunt . . . naturam. cum . .;* hoc ut faceret, vulgata quae nullo auctore idem vocabulum repetit *sit natura analogia* deceptus est. Ceterum ab initio perfectum activae et passivae formae tempus solum indicandum est, quaeritur vero de *item haec catus,* vulgata *item necatus* ex coniectura dedit, quod litteris accedit et similia verba pungendi, tundendi, necandi, verberandi cumulat, quibus infra *amatus* male respondet; idem et hic requiritur, quod etiam supra IX, 97 exempli vicem tenet. scrib. *item amatus sum;* antiquo correctori in his *verberatus* latere videbatur, et male ut supra futurum quoque tempus addidit. At qui sententiarum est nexus? deleto verbo *est* haec coniungenda videntur . . *et cum recte sit ideo legi et legebam, non recte [est] legi ad legi, . . iniuria reprehendunt;* tamen quo minus hoc probe dictum probarem, verba *itaque reprehendunt . . . verba* quae ibi sola stare non possunt, monuerunt. Quod saepius in his libris factum est et supra X, 19 O. Müller egregio exemplo ostendit versus esse disiectos, qui recte coniuncti integram reddant sententiam, id hoc loco accidit; res ipsa integram sententiam sic procedere docet, seclusis quae male inculcata sunt, ut natura textus appareat:

> *nam cum sint verba alia infecti, ut lego [et] legis, alia perfecti, ut legi [et] legisti, et debeant sui cuiusque generis in coniungendo copulari, et cum recte sit ideo legi [et] legebam, non recte est lego [ad] legi, quod legi significat quod perfectum, ut haec tutudi, pupugi, [tundo pungo, tundam pungam], item amatus sum [verberatus sum, verberabor]: itaque quod reprehendunt qui contra analogias dicunt, cur dispariliter in tribus temporibus dicantur quaedam verba, iniuria reprehendunt, quod et infecti inter se similia sunt et perfecti inter se . . . .*

hanc sententiae formam praetulimus, ne si deleto *est* ceteris sic coniunctis apodosis sit, *iniuria reprehendunt, qui contra analogias . . quaedam verba, quod et infecti inter se similia sunt . .* necessario vocabula *itaque reprehendunt* delenda essent. sub finem exempla laudantur quibus ex uno recto casu duos obliquos et ex duobus rectis unum obliquum fieri posse demonstretur; ego olim *Diomedi et* supplevi, quod Müller probat negans gravius inesse mendum, quod Diomedes et Hercules et singularis et pluralis numeri casus rectus sit; id falsum est, nam heterocliton eiusdem numeri sive singularis sive multitudinis flagitatur, quorum alterum supra VIII, 26 legitur *utrum Herculi an Herculis clava dici oporteat;* reddenda igitur erit quadripertita forma *quod in oratione quoque nonnumquam reperitur sic, ut Diomedes confertur Diomedi et Diomedis, sic [dicitur ab] Hercules Herculi et Herculis,* si modo ferendum est nude positum istud *confertur* pro vulgari *sic, ut dicitur ab Diomedes . . sic ab Hercules . .* In postremis verbis *ab uno capite, ab recto casu,* ut F ante correcturam exhibet, alii cum F corr. *capite ab recto* praebent, respondent postea *a duobus*

capitibus recti casuum, ubi genetivus offendit, ut reddendum sit *rectis casibus,* et si supra non *ac*, sed *ab* verum est, ne hic quidem praepositio negligenda erit.

Novam corrigendi difficultatem liber VII praebet, quo poetarum versus i. e. vocabula quae Varroni memoratu digna videbantur exponuntur, qui aequalibus satis noti, a nobis, quibus opera unde sumpti sunt non restant, restitui nequeunt. quis v. c. VII, 98:

apud Plautum, quia ego antehac te amavi valet constitui, itaque heres cum constituit se heredem esse dicitur cernere, et cum id fecit, crevisse

supplendo, nam intercidisse quaedam verbum quod explicatur docet, illustrare auderet, nisi Cistellariae pars nobis servata post *amavi* verba *et mihi amicam esse crevi* intercidisse doceret? nec § 106 *In casinea ēessine quod lubet id faciat* facile quisquam inveniat id quod fabula superstes *in Casina sine amet, sine quod* . . reponendum esse monet; similiter § 57 ex Trinummo quae desunt propter simile desinens, nam poetae verbum, quod Varro explicat, repetitum legitur, quo factum ut media librariorum oculi omitterent. § 87 *apud Pacuium flexanima tamquam lymphata dicta a lympha . . Bacchi et Liber, cuius comites Bacchae.* inter repetitum *lymphata,* quod explanatur, quaedam intercidisse in iisque nomen Bacchi fuisse ex Varronis verbis patet, integrum versum Cicero de divin. I, 80:

flexanima tamquam lymphata aut Bacchi sacris commota

servavit, conf. Accii versus § 11.

§ 24 deest folium, tum F sic pergit:

agrestis ab agro dictas apparet infulas hostiis quod velamenta his e lana quae adduntur infulae itaqūe tum quod ad sepulchrum ferunt frondem ac flores, addidit non lanas sed velatas frondentis comas cornua taurum umbram iaci dicere apparet cornutam a cornibus, cornua a curvore dicta quod pleraque curvamus Ac quas memorant nosce nos ēē camenarum priscum vocabulum ita natum ac scriptum est . .

quemadmodum Varronis verba sine causa male mutata fuerint ut quivis intelligat, primos versus quales Laeti editio princeps, quam ceteri secuti sunt, exhibeat, referam:

agrestis ab agro, Infulas dictas apparet, quod velamenta hostiis e lana quae adduntur dicuntur infulae, intra hostiarum cornua velamenta erant: Itaque nunc cum ad sepulcrum ferunt frondes ac flores addunt non lanas: ideo Nevius ait sed velatas frondentis comas . .

vix credas tantam interpolationem nasci potuisse; nam cuius poetae verba exponantur incertum est; eius nomen in lacuna latet, et nescio cuius ingenium Naevium in Laeti editione (nullum in M vestigium et ipse B haec ignorat) procuderit; nisi certa esset codicis F auctoritas,

omnes Naevio applauderent. Iuvenili studio ductus,*) qui vetustam lectionem restitui, male poetae esse quae Varronis sunt verba finxi *frondem ac flores addidit,* nec Müller mutavit. poeta infulas exornans scripsisse videtur:

non lana sed velatas frondenti coma;

priora sana nec *infulatas hostias,* quod Müller dedit, corrigendum. incerta vero sunt quae sequuntur; non novum est exemplum quod Müller excogitavit:

in cornuatam tauram umbram iaci,

nec intelligi potest, sed eiusdem exempli a Varrone supra in iis quae desiderantur laudati amplior expositio, in quo erant verba *cornutam umbram iaci*, male corrupta in *cornua taurum;* hoc quae praecedunt suadent, et glossator Laeti supra *infulae intra hostiarum cornua velamenta erant* inserens intellexisse videtur. ut vocabulum *agrestis,* sic alia quae in illis versibus inerant, more suo explicat, conf. § 44, 50, 87, 96. Deinde in *curvamus Ac* latere *curva. Musas* vel *Musae* Scaliger perspexit, sed hexametrum explere non contigit; nam quae docti excogitarunt memoratu digna non sunt, vid. Vahlen. accedit Bergk corrigens:

Musae quas memorant Osci nostrique Camenas,

qui unde hoc audierit et quid Ennium ut Romanos id doceret moverit nescio; ultimum versus vocabulum *Camenas* propter sequens *Camenarum* intercidisse apparet, nec cetera valde corrupta videntur; fortasse erit qui sine mutatione vel paucis additis litteris aptum sensum elucere magno supercilio nos moneat, sed sanum editorem argutias captare non decet, id interpretes curent, quibus aliquid nescire nefas est.

§ 48. *Apud Ennium quaeque in corpore causa ceruleo faelo orta nare ceptat, cava cortina dicta, quod est inter terram et caelum ad similitudinem cortinae Apollinis; ea a corde, quod inde sortes primae existimatae.* vides haec corruptissime tradita esse; interpretatur Varro, quid sit in Ennii versu *cava cortina*, quare nisi plura intercidisse credas, quod Augustinus, qui ante *cava* inseruit *Desunt quaedam,* censet, in *orta nare ceptat* certissime *cortina receptat* latet. sed etiam cava versui inerat, itaque Scaliger Pii correctioni *freto* confisus, nihil deesse dicens:

quaeque freto cava caeruleo cortina receptat

verum sibi restituisse visus est; scriptis libris destitutus verba *in corpore causa* casu in editione principe intercidisse vir optimus scire non potuit, quae in omnibus codicibus servata primus reduxi; invenerat autem Turnebus in Victoriano suo corrigens:

cava quaeque in
corpore caeruleo caeli cortina receptat.

---

*) similiter § 66 prosae orationis verba in numeros cinxeram, quod ipse postea cognovi, Müller non vidit, Ritschl vero Mus. Rhen. X, 446 iure castigavit.

mendum est in faelo et desunt quae integrum reddant versum, sed illa *quaeque in corpore causa* quomodo coniungenda sint, non apparet, ut post haec quaedam desiderari conicias; Müller edidit:

quae cava corpore caeruleo cortina receptat

probatque Vahlen Enn. v. 9. quis vero haec probabilia putet? talia dixeris, ne tacuisse videaris; lacera poetae membra ne attingas, si certam aut probabilem medicinam afferre nescies.

Si versus nulla lacuna laborat, interdum feliciter ingenio uti licet, abuti non licet; nolo carminis Saliaris fragmentum VII, 26 tangere aut versus § 104 supra memoratos, sed § 68 *In Nervolaria scobinam ego illum actutum adrasi enim. scobinam a scobe; lima enim materia fabrilis est*, ubi Müller *ad raserim*, cui *actutum* parum convenit. Lachmannum scribentem:

scobina ni ego illum actutum adraso senem

ad postremum vocabulum quod attinet, verum vidisse puto, ut quod praecedit exemplum § 67 *In Cesistione distribula ut de lumbo ob-*
o v
scenabis cerastribula ut Opilius scribit circum coxendices sunt bovis, egregie Müller *obscoena viscera*, *stribula* correxit, quod in textum recipere non dubitavimus.

§ 62 *In parasito pigro domum ire coepi tramite dextra via. trames a transverso dictus. In fugitivis agerge, spectavi deuiuices quantas iam inspexi quidem esset uiuices. alii excitatum verberibus corpus.* in his coniungendum esse *specta vide vivices* unus alterve librarius apographorum vidit; *quidem* compendio scriptum solus F, quod notandum, nam ceteri *quid* vel *quod*, ut quivis quod Scaliger dedit *quid est?* corrigat respondentis verba et nullius istas vivices momenti esse monentis, nam plura intercidisse quibus illud *esset* defendatur, sic fere . . *Inspexi quidem. quid esset (essent) vivices alii . . . alii excitatum* probabile non est, *alii* vero sensu caret. an fuit *vivices, alii vibices?* at hoc monitu indignum est, etiam *excitatum* offendit et interpretatio inepta est; nam vibices non sunt corpus verberibus castigatum, sed insunt in corpore, et tamen fortasse Varro nil scripsit nisi *vivices alte excitatum verberibus corpus.* ab initio versus Turnebus trochaicis numeris qui animo commoto conveniunt *age respecta* scripsit, sed simplex verbum praestat, melius *age, age, specta* Scaliger, poterat etiam *a tergo* vel *age ergo* dici. in Parasiti versu *dextera* numeros explere quivis videt, idque G, Bentinus et Müller praebent; litterae paragogicae amasii aliam medelam praeferent, etiamsi Bothii numeros *tramited extra viam* reprobant, Bothius se ipse non male correxit *tramitis dextra via* scribens; itaque servavi *dextra.**)

[*) recte se habet *tramitē dextra via* producta *e* finali. illud *trámite dexterá via* et propter vocabulum dactylicum (*tramite*) et propter duos iambos versum terminantes, isto modo inter vocabula distributos (*dextĕrā vĭā*), improbandum. A. Sp.]

§ 16 *Titanis dicta quod eam genuit ut ni Plautus latoea ut scribit Manilius est coecreata titano, ut idem scribit Latona parit casta complexu Iovis. delia dōs geminos id est Apollinem et Dianam. dii quod titanis deliadae eadem.*
in his recte *coecreata* Müller mutavit in *Coeo creata*, quod ipse videram, sed non versus sunt verba, quod ego male finxi et ille retinuit. admodum mirum est *ut ni Plautus* (F *plaut;* quod est *plautus,* non *plaut,* ut M dedit); quod si Varro re vera Plauto auctore utitur nec maior inest corruptio, id ad vocabulum *Lato* pro *Latona* pertinet; tum fortasse non improbandum *ut inquit Plautus,* ne ter *scribit* verbum solemne in hac re repetatur; absolute *inquit* Graecorum modo φησί legimus VIII, 70, IX, 48, alibi *inquam* dicit. *Delia dōs* (sic F) est *Deliades* vel *Deliadas* idque occasione data more suo in iis quae sequuntur explicat, in quibus item male versus vestigia olim invenisse mihi visus eram; postrema *deliadę eadē* (sic F) nihil nisi *Deliades* significant litteris male repetitis, ut quae interciderint quivis ipse non monitus intelligat. totum igitur locum sic refingendum esse opinor:

Titanis dicta quod eam genuit, ut in(quit) Plautus, Lato; ea, ut scribit Manilius, est Coeo creata titano, ut idem scribit:
Latona pariit casta complexu Iovis
Deliadas geminos
id est Apollinem et Dianam; dii quod Titanis (Deli eos peperit) Deliades.

Lachmannum *ut in Plocio Lato, ea* corrigentem versus
Latona parit casta amplexu
Iovis Deliadas geminos ◡ ◡ –
restituisse, postrema vero verba *dii quod Titanis deliadae eadem* ex margine translata et delenda esse censuisse tradit Mommsen, quae omnia praeter *Deliadas* improbabilia esse dico.

§ 19 *Ennii Areopagitae quid dedere quam pudam? Areopagitae ab Areopago, is locus Athenis.*

Musae quae pedibus magnum pulsatis Olympum, caelum dicunt Graeci Olympum, montem in Macedonia omnes, a quo potius puto dictas Musas Olympiadas.
criticis persuasit Scaliger, etiam G. Hermanno, priorem versum ex Aeschyli Eumenid. v. 684:
Ἄρει δ' ἔθυον, ἔνθεν ἔστ' ἐπώνυμος
πέτρα πάγος τ' Ἄρειος
translatum esse, sed quae ipse aliique protulimus, nemo probare potest, nec felicior fuit Müller, qui illa aetate in Eumenidum fabula exagitatus nescio quid egregie invenisse sibi visus
Areopagitae quidem dedere aequam pugnam
maiorem tetrametri partem edidit, interpretationem scilicet verborum 784:
οὐ γὰρ νενίκησθ' ἀλλ' ἰσόψηφος δίκη
ἐξῆλθ' ἀληθῶς.

nam versus aperte senarius est et vocabulum *pugnam* ab hac re alienum; alibi meliore iudicio quae prorsus corrupta et incerta sunt reliquit nec in his silentium tenere dedecus est; alterius versus Musae nos non exercent, quemadmodum supra ex § 26, nam integer est, sed interpretatio laborat; quid enim illud omnes Graecos caelum Olympum dicere? quid porro illud *potius?* sed corrigendum esse *montem in Macedonia, a quo omnes poetis puto dictas Musas Olympiadas* apparet.*)

§ 37 *Corpore tartarino prognata paluda virago, tartarino dictum a Tartaro. Plato in IIII de fluminibus apud inferos quae sint, in his unum Tartarum appellat, quare Tartari origo graeca.* simplicem numerum IIII librarios alios IIII^{or}, alios ut V p IIII° interpretatos esse mirum non est, sed Mullachium Democriti fragm. p. 97 denuo *in quarto* probasse valde miror; quis enim ne de Thrasylli aetate dicam, vulgare *Plato in Phaedone* respuet et *Plato in quarto* dicet? debebat certe ut intelligi posset addere *primae tetralogiae.* sensus apertus est et ipse eum dudum explicui, praef. XLIV de verbis *in his unum* dubitans. coniunctivus *sint* pro *sunt*, quod Aldus dedit, si sanus est, probari potest, quod Platonis verba indicat p. 116 Bkk. *τυγχάνει δ' ἄρα ὄντα ἐν τούτοις τοῖς πολλοῖς τέτταρ' ἄττα ῥεύματα.* Mullach l. l. emendat *Plato in quarto de fluminibus apud inferos loquens hiatum, in quem se effundunt, Tartarum appellat.* at hoc non est emendare sed explicando interpolare. mendum in *unum* latet, fortasse *sinum* corrigendum cavationem et voraginem.**)

§ 96 in F et apographis sic servatus:

apud Matium:

obsceni interpres funestique oms auctor

obscenum dictum ab scena, ea ut Greci aut Accius scribit scaena; in pluribus verbis a ante e alii ponunt, alii non, ut quod partim dicunt sceptrum, alii Plauti faeneratricem, alii foeneratricem, sic faenisicia ac foenisicia, ac rustici pappum maesium, non moesium, a quo Lucilius scribit:

Cecilius ne rusticus fiat,

quare turpe ideo obserroum quod nisi in scaenam palam non dedet. potest vel ab eo quod puerilis turpicula res in collo quaedam suspenditur, ne quid obsit ubonae scevae causa scevola appellata. ea dicta ab scaeva id est sinistra, quod quae sinistra sunt bona auspicia existimantur, a quo dicitur comitia aliudve quid sit dixi Aut sinistra quae nunc est, id a greco est, quod hi sinistram vocant scean. Quae quod dixi scevum omen est omen turpe, quod unde id dicitur os mene quod extritum.

---

*) [ego aliam emendandi viam ingressus in editione scripsi *dicunt Graeci Olympum a montis in Macedonia nomine, a quo potius.* A. Sp.]

**) [conf. Christ Platon. Stud. Abh. d. b. Ak. d. W. 1885 I Cl. XVII Bd. II Abth. S. 455 f.]

versus integer est, nisi quod *omnis* (sic vel *omnes* etiam apographa) in *ominis* corrigendum esse et res et numeri docent, nemo tamen ante Victorium et Augustinum hoc indicavit; interpretatio vero multum corrupta, ita tamen ut fere recte restitui possit. Verba Varronis V, 97 *Ircus quod Savini fircus, quod illis fedus, in Latio rure edus; qui in urbe ut in multis A addito aedus,* quemadmodum exempla refingenda sint ostendunt, h. e. rusticos scena, sceptrum, feneratricem, fenisicia, Mesium, urbanos vero inserta littera A pronuntiasse et scripsisse. *ea ut Graeci aut Accius scribit scena* sana non sunt, nec probabile quod Müller invenit *ea ut Graeci σκηνή, ut Accius scribit scena,* multo minus probabile Lachmanni commentum *Obscenum dictum a scena .E. ut Graeci aut Accius scribit scaenam.* Varro simpliciter scripsisse videtur *ab scaena aut graece ut Accius scribit scena.* haec quidem aperta usque ad Lucilii versum, cuius, quod integer non est, sensus incertus; fortasse: vide ne Caecilius, qui Cecilius pronuntiat, rusticus fiat. ex Diomed. p. 452 K. *detractione . . litterae, ut si detracta a littera pretor dicamus, ut Lucilius pretor ne rusticus fiat, cum debeat ae pronuntiari praetor* Scaliger *Caecilius praetor,* Müller *Cecilius pretor* correxit. *quare turpe* h. l. stare non possunt, nulla enim praecedit res qua id ostenditur; id apparet ex iis quae sequuntur, postposita igitur locum mutent, *scaevola appellata* ea res turpicula; id alibi non traditum Laetum movit, ut audacter *inde Scaevola appellatus* reponeret; Cod. B et Scioppius haec omittunt, sed quae sequuntur ad rem turpiculam, non ad nomen pertinent, et singularia notanda, non corrigenda aut delenda sunt. *a quo dicitur comitia aliudve quid dixi aut sinistra quae nunc est* sic F et plerique omnes, nisi quod G *dixit* scribit (graviter in h. l. lapsus est Victorius;*) formulae verba precantis videntur in comitiis aliisque rebus adhibita, in qua *dixi,* quod Laetus omisit, ex inferioribus translatum, *aut* a Turnebo feliciter in *avi* restitutum est. optime *scevum* in *obscaenum* mutavit Müller, sed disiuncta sunt in poetae versu *obscaeni interpres* et *funesti ominis auctor*; falsum ergo est *quare quod dixi obscaenum omen est omen turpe,* ominis enim mentionem non fecit et coniungendum *quare quod dixi obscaenum turpe,* atque hoc vocabulo exposito iam more suo ad aliud eiusdem versus, ad *omen* transit: *omen est osmen quod . . .* totus locus igitur sic reddendus est:

apud Matium.

obscaeni interpres funestique ominis auctor,

obscaenum dictum ab scaena, aut graece, ut Accius scribit, scena. in pluribus verbis A ante E alii ponunt, alii non, ut quod partim

---

*) edit. princ. *a quo dicuntur comitia aliudve quid sit aut sinistra,* post *sit* Victorius ex F *dr* i. e. *dicitur* inseruit idque in loco corrupto prior editio nostra exhibuit. at in F est *dixi,* illud *dr* vero ibi apparet ab initio pro *dicuntur,* quod Laetus sua auctoritate propter *comitia* edidit; idem sine auctoritate (nam omnes libri verbum tenent) sed iure puto *dixi* delevit.

dicunt [scaeptrum, partim] sceptrum alii Plauti faeneratricem, alii feneratricem, sic faenisicia ac fenisicia, ac rustici pappum Mesium, non Maesium, a quo Lucilius scribit:

Caecilius (pretor) ne rusticus fiat.

ideo obscaenum, quod nisi in scaena palam dici non decet, quare turpe; potest vel ab eo quod pueris turpicula res in collo quaedam suspenditur, ne quid obsit iis bonae scaevae causa, scaevola appellata. ea dicta ab scaeva, id est sinistra, quod quae sinistra sunt bona auspicia existimantur, a quo dicitur comitia aliudve quid sit [dixi] avi sinistra quae (qua?) nunc est. id a graeco quod hi sinistram σκαιάν. quare quod dixi obscaenum turpe. Omen est osmen, quod unde id dicitur os osmen, e quo S extritum.

§ 77 *Apud Plautum in Parasito pigro, inde hic de nepotus primo crepusculo,* ubi Pius *bene potus* quod probum videtur, correxit; versum Scaliger explet *primulo crepusculo* ut in Cas. v. 40, sed quod etiam *primo cum crepusculo* vel transposito pronomine *inde bene potus hic primo crepusculo* esse potest, plura mutare ausus non sum, et fortasse sunt qui *bene potus* verum esse dubitent.

Interdum Varronis lectio distat a scriptorum libris, quorum maxime memorabilis locus est § 84 ex Terentii Adelph. I, 2, 37:

scortatur, potat, olet unguenta de meo.

scortari est saepius meretriculam ducere . . . ubi Terentii libri omnes *obsonat, potat* praebent, quam varietatem Varronis memoriae lapsu natam putant. cum verbum *scortari* multis dedita opera exponatur nec transeundo illatum sit, Varronem in Terentii libris *scortatur,* non *obsonat* invenisse mihi certum est; posteriores honestius verbum reposuisse videntur.*) § 81 Pseudoli versus 955:

ut transversus, non proversus cedit quasi cancer solet

Plauti libri *non prorsus verum ex transverso.* In Trinummi v. 886:

concubium sit noctis, priusquam ad postremum perveneris

Varro VII, 78 *ad* omittit. semel ipse Varro in eodem versu Asin. III, 3, 95, variat, certe F VI, 7:

videbitur, factum volo, redito conticinio

scribit et VII, 79 . . *volo ad reditum,* i. e. *at redi tum,**) Plauti libri *redito huc conticinio.* Alia notanda magis quam mutanda sunt, ut VII, 12:

quis pater aut cognatus volet nos contra tueri?

ubi Ritschl iambicos numeros fingit:

quis nos pater aut cognatus volet

*) [hac de re cur aliter videatur iudicandum esse exposui Sitzungsber. der bayr. Akad. d. Wissensch. phil. hist. Cl. 1885 S. 268—271. ASp.]

**) [nisi forte librarii mendum est, *redito* vocabulo in *reditum* corrupto et postea *ad* addito, ut Varronis memoriae sic inhaeserint verba *redito conticinio* omisso *huc.* ceterum hoc quoque notandum quod altero loco VII, 79 *videbitur* a Varrone scriptum est cum Plauti libris, altero VI, 7, ubi F non extat, *videbimus.* ASp.]

Contra tueri?

aut § 53:

risi egomet mecum cassabundum ire ebrium

pro *căsabundum*, de quo tamen dubitare licet; nam inserto vocabulo, quod accusativus suadet, vulgares numeri restituuntur. sed § 31:

vetus adagio est, o P. Scipio

ubi Bergk dicit: „man muss *est obscurior* verbessern“, unde haec dira necessitas venerit non video. Interdum etiam distinctio laborat et quibus verbis poetae versus incipiat ambigitur, ut VI, 80 *hinc visenda, vigilant, vigilium, invident et atticum illud oblivio lavet, qui incidit invidendum.* verba videndi ipsa non certa, et cum in F *atti* ultimum versus vocabulum sit, cum Lachmanno *Atti* retinueram, ut *cum illud* poetae verba esse viderentur, quod minime probabile; nam *oblivio . . in invidendum* integrum et apertum sensum reddunt nec ista *cum illud* huc pertinent, potius notum aliquod cuiuscunque dictum, id quod alii iam viderunt, indicant.

[Quae sequuntur ex commentatione de emend. rat. l. d. l. l. MDCCCLVIII scripta p. 8—14 repetita sunt.]

Varronis codicem F correctoris manu qualis in B apparet, quod genus hominum his litteris maxime perniciosum et erat et est, dedita opera non emendatum, vel ut rectius dicamus corruptum esse supra monuimus; nihilo minus vero a librariis et legentibus haud raro verba, quibus obscuram sententiam explanarent, male addita esse Prisciani auctoritate, qui longiorem locum de aeris et argenti nummis integre transtulit, confirmavimus. [1]) quod si id genus emblemata detecta resecantur, integra scriptoris manus adest, cuius rei exemplum extat IX, 66, ubi Varro causam, cur populus in aliis vocabulis multitudinis numerum adhibeat, in aliis fugiat, docte explicat:

item qui reprehendunt, quod non dicatur ut Unguentum Unguenta, Vinum, Vina, sic Acetum Aceta, Garum Gara, faciunt imperite, qui ibi desiderant multitudinis vocabulum, quae sub mensuram ac pondera potius quam sub numerum succedunt; nam in plumbo [oleo] argento, [2]) *cum incrementum accessit, dicimus [enim multum oleum] sic: multum plumbum, argentum, non [multa olea] plumba, argenta, cum quae ex hisce fiant*

---

1) Ueber die Kritik der Varron. Bücher de l. lat. 12—15. conf. supra p. LXV sq. huiusmodi glossemata quae dicuntur casu magis quam consilio invecta in nullo veterum scriptore desunt.

2) *argento* corr. vulg., *aceto* libri, illud verum esse verba *plumbea et argentea* docent; adde infra demum vocabula quae sub mensuram succedunt notari; praeposuit ergo exempla quae sub pondus cadunt.

dicamus Plumbea et Argentea; aliud enim cum argenteum; nam id tum cum iam vas; argenteum enim, si pocillum aut quid item; quod pocilla multa argentea, [1] *non quod argentum multum. Ea natura in quibus est mensura, non numerus, si genera in se habent plura et ea in usum venerunt, a genere multo, sic vina et unguenta, dicta; alii generis enim vinum quod Chio, aliud quod Lesbo, sic ex regionibus aliis; quae ipsa dicuntur nunc melius unguenta, cui nunc genera aliquot. Si item discrimina magna essent olei et aceti et sic ceterarum rerum eiusmodi in usu communi, dicerentur sic olea et * * vina. Quare in utraque denique rescindere conantur analogiam et* [2] *cum in dissimili usu similia vocabula quaerant,* [3] *et cum item ea quae metimur atque ea quae numeramus dici putent oportere.*

totum locum quem examinaremus descripsimus; quae inclusimus verba male addita sunt ab eo qui Varronem non intellexit, cuius argumentum illis omissis et dilucidum et firmum est. quod sequitur *ea natura in quibus est mensura* sanum non est, scrib. *ea autem in*; desunt vero quaedam paulo post quae sensum expleant, v. c. *a genere multo* [*dicuntur multitudinis numero*], *sic.* tum corruptum illud *quae ipsa* olim in *quare ipsa* mutavimus, sed praestare videtur: *itaque ipsa . . unguenta quam unguentum, cui.* lacunam a nobis indicatam certo explere licet *sic Olea et* [*Aceta, ut*] *Vina,* nec minus certe quae sequuntur restituas: *quare in utraque re inique rescindere conantur.*

IX, 100:

Item male conferunt Fui Sum Ero, quod Fui est perfectum, cuius series sibi ut debet [*in omnibus personis*] *constat, quod est Fueram Fui Fuero; de infectis Sum quod nunc dicitur, olim dicebatur Esum et in omnibus personis constabat, quod dicebatur Esum Es Est, Eram Eras Erat, Ero Eris Erit; sic huiuscemodi cetera omnia servare analogiam videbis.*

cum ineptum sit supra *personis,* Vertranius addidit *et formis;* at ibi omnino de personis non loquitur, sed de temporibus; verba ex inferioribus male translata inclusimus.

X, 43:

Quod dico apertius sic fiet. Esto sic expositos esse numeros, ut in primo versu sit unum duo quattuor, in secundo decem viginti quadraginta, in tertio centum ducenti quadringenti. In hac formula numerorum duo inerunt quos dixi λόγοι, qui diversas faciant analogias, unus duplex qui est in obliquis versibus, quod est ut unus ad duo, sic duo ad quattuor; alter decemplex in directis ordinibus, quod est ut unus ad decem,

---

1) vulgo *argentea multa,* quae sensus causa transposuimus.
2) sic vulgo; *analogiam sed* libri, in quo fort. est *analogias et.*
3) sic scripsimus, *quaerunt* libri.

> *sic decem ad centum. Similiter in verborum declinationibus est bivium, quod et ab recto casu in recto, ita ut formulam similiter efficiant, quod sit primo versu hic Albus, huic Albo, huius Albi, secundo haec Alba, huic Albae, huius Albae, tertio hoc Album, huic Albo, huius Albi. Itaque fiunt per obliquas declinationes ex his analogiae hoc genus: Albius Atrius, Albio Atrio, per directas declinationes Albius Atrius, Albia Atria, quae scilicet erit particula ex illa vicenaria [atria quae scilicet] centenaria formula analogiarum, de qua supra dixi.*

omnia describenda erant, ut recte iudicari posset. Lacunam quae est in verbis *ab recto casu in recto* optime et vidit et explevit Müller: *ab recto casu [declinatur in obliquom et ab recto casu] in rectum.* Alteram vero lacunam quam vulg. postea indicavit: *hoc genus. Desunt quaedam. Albius* nullam esse alibi demonstravimus. In iis quae sequuntur Augustinus in vulg. scripsit *ex illa ducennaria, tria quae scilicet centenaria,* Müller concinnitatem captans transpositis vocabulis: *Albius Atrius, Albio Atrio, quae scilicet erit particula ex illa binaria per derectas declinationes Albius Atrius, Albia Atria, quae scilicet centenaria formula,* ubi nec res convenit et repetitum *scilicet* a Varronis more abhorret; schema vero hoc est

obliqui versus

directi versus			
	1	2	4
	10	20	40
	100	200	400

nos verba male repetita inclusimus, et scribendum est *ex illa denaria et centenaria formula.* sic alteram integram formulam refert, sed quaerere licet, an non *centenaria* mala sit emendatione illatum; nam ut supra dixit *unus duplex . . alter decemplex,* sic hic nihil requirimus nisi: *quae scilicet erit particula ex denaria formula analogiarum, de qua supra dixi.*

Huic errorum generi, quo librarii verba male repetebant, quibus deletis iam integer fit locus, contrarium est aliud genus; saepissime enim propter simile cadens vel desinens oculi aberrantes media verba omittebant, nec fere folium est, quod non exempla praebeat, ut ex Varrone longam liceat segetem colligere. Saepe sensus ipse lacunam indicat, et haud raro iam Pomponius Laetus ex ingenio quae deerant addidit, sed non ita ut causa, h. e. illud *ὁμοιοτέλευτον,* appareret, quod Müller melius refingens correxit. VIII, 58 de participiis contra analogiam haec dicuntur:

Praeterea cum sint ab eadem origine verborum vocabula dissimilia superiorum, quod simul habent casus et tempora, quo vocantur participia, et multa sint contraria, ut amor amo[1], *seco secor*[2], *ab amo et eiusmodi omnibus verbis oriuntur praesens, et futurum, et amans et amaturus, ab eis verbis tertium quod debet*[3] *fingi praeteriti in lingua latina reperiri non potest; non est ergo analogia. sic ab amor et legor et eiusmodi verbis vocabulum eius generis praeteriti temporis fit, ut amatus*[4] *[eram sum ero], neque praeteriti et futuri ab his fit . . non est ergo analogia, praesertim cum tantus numerus vocabulorum in eo genere introierit*[5], *quod dicimus. in his verbis quae contraria non habent, loquor*[6] *et venor, tamen dicimus loquens et venans, locuturus et venaturus, quod secundum analogias non est, quoniam dicimus loquor et venor, unde illa erant superiora eminus servantur, quod [cum]*[7] *ex his quae contraria verba non habent alia efficiunt terna, ut ea quae dixi, alia bina, ut ea quae dicam currens ambulans, cursurus ambulaturus; tertia enim praeteriti non sunt, ut cursus [sum], ambulatus [sum].*

in his egregie correxit Laetus *loquor et venor unde,* nam in libris est *loquor et venerunt de,* sed male idem relativum inseruit *illa quae erant,* nec Müller locum expedivit: *unde illa superiora minus servantur, quod.* superiora sunt praesentis et futuri participia *loquens* et *venans* verbi activi quod non in consuetudine est, quare quaedam intercidisse apparet sic restituenda:

quoniam dicimus l o q u o r et v e n o r, [non l o q u o et v e n o], unde illa erant superiora. eo minus servantur, quod ex his.

Iam his disceptatis unum alterumve exemplum exhibeamus, ut quanta seges supersit appareat doctorumque ingenia ad hos libros restituendos incitentur.

V, 90 rei militaris vocabula explicantur:

Praesidium dictum qui extra castra praesidebant in loco aliquo, quo tutior regio esset. Obsidium dictum ab obsidendo, quo minus hostis egredi posset inde; item ab absidendo, cum id ideo facerent, quo facilius deminuerent hostis.

---

1) scrib. *amo, amor.*

2) hoc verbo non utitur Varro; reponendum est quod statim infra emergit et alibi saepe invenitur *lego, legor.*

3) immo *debebat.*

4) *amatus* recte corr. Laetus, *amaturus* libri, sed *eram sum ero* male addita sunt, nam de participiis, non de finitis verbis haec omnia dicuntur; itaque et in fine *sum* bis inclusimus.

5) sic H, quod verum videtur, *int̄ orierit* F, *intus orierit* M V p, *inter orierit* G a, *interierit* Laetus.

6) fort. *habent ut loquor.*

7) *cum* inclusit Müller.

in his *praesidium qui*, nam sic F cum plerisque, recte dictum est, sed magis ex usu scriptoris nostri Hb *praesidium dictum quod*, male vero *quia* edidit Laetus; hoc enim vocabulum Varro non admittit. postrema verba corrupta sunt, nec varietate lectionis quae adest quidquam proficimus, *ab absidendo* F, *ab obsidendo* GHVp, *ab asidendo* a, *ab assidendo* Scioppius, *ab abscidendo* Veneta. saepe Varro dubius a pluribus vocabulis derivat verbum cuius originem indicare vult, modo *aut*, modo *alii*, modo *potest vel hinc* vel simile addens, nunquam vero *item;* nam hoc absurdum est. Adde mirum illud *inde* quod praecedit; unde? ex loco scilicet in quo hostis inclusus obsidetur; at hoc non adest, neque sic contra rationem Varro scribere solet; et si probes hanc sententiam, tamen falsa est; non enim quo facilius deminuant hostis, sed ut tollant et devincant obsident. quare probe tenendum illud *inde* non in libris legi, sed ex ingenio correctoris B in ordinem ab Antonio Augustino illatum esse; F enim et ceteri omnes praebent *in die*, corrupte sane, sed ut vestigia veri remaneant, quod si inveneris, reliqua quoque omnia aperta sunt; scripsit vero Varro:

> *obsidium dictum ab obsidendo, quo minus hostis egredi posset. insidiae item ab sedendo, cum id ideo facerent, quo facilius deminuerent hostis.*

exponit iam subsidium, auxilium, praesidium, obsidium, insidiae; potes *sidendo* retinere, sed vulgatum verbum *sedendo* praetuli.

VI, 94 postquam antiquum vocabulum *inlicium* exemplis confirmavit, haec addit:

> *quare non est dubium, quin hoc inlicium sit, quom circum muros itur, ut populus inliciatur ad magistratus conspectum, qui consul vocari potest in eum locum, unde vox ad concionem vocantis exaudiri possit:*

in his sensu carent verba *qui consul vocari potest*, sed *consul* Laetus dedit ex coniectura, in F ceterisque est *ros*, quod male *cos.* esse censuit; sensum restituit Müller, *qui Quirites vocare potest* emendans; at facilior est medicina, ut ne littera quidem mutetur, si quae sunt praecedentis vocabuli duae litterae repetantur; latet enim in illo *quiros* dilucide *qui viros;* est vero hoc idem quod populum convocare; Macrobius I, 16: *vitabant veteres ad viros vocandos etiam dies qui essent notati rebus adversis; vitabant etiam feriis, sicut Varro in augurum libris scripsit in haec verba: viros vocare feriis non oportet; si vocavit, piaculum esto.* hoc quoque exemplum libros Varronis corrupte quidem, sed fideliter descriptos esse ostendit; quodsi librarius codicis F monstrum illud *ros* non servasset, sed Laeti ingenio usus in *consul* mutasset, verum, quod a principis editoris tempore usque ad nostram aetatem nemo invenit, etiam in futurum lateret. Similis error est X, 53:

Qui initia faciet analogiae impositiones, ab his obliquas figuras declinare debebit; qui naturam, contra; qui ab utraque, reliquas declinationes ab eiusmodi transitibus.

facile quidem scripseris *ab utroque*, quod praecedit *in tertio ab utroque*, sed supra legitur § 51: *analogia fundamenta habet aut a voluntate hominum, aut a natura verborum, aut a re utraque*, nec Varro dicit *reliquae declinationes* quae praeter casum rectum sunt, quare hic reddendum: *qui ab utraque re, obliquas declinationes ab eiusmodi transitibus.**)

Paulo supra X, 37: *Sequitur tertius locus quae sit ratio proportione, quae a Graecis vocatur ἀνάλογον, ab analogo dicta analogia.* haec sana sunt, sed Augustinus de suo dedit; in F enim est *proportione agrece*, idque ceteri quoque servant praeter a, qui *a graeco* exhibet, quod Laetus quoque edidit; relativum nusquam apparet; sed etiam *a graeco* correctoris est, et verum latet in *agrece*, scripsit enim *proportione. ea graece* vocatur. Ceterum recte veteres graecos vocabulum ἀνάλογον non declinasse, et in recentioribus solis inveniri ἀναλόγου, ἀναλόγῳ ad Philodemum monuimus, quare et Varroni reddendum est *ab analogon dicta analogia*. Idem vocabulum corruptum legitur VIII, 55 *quoniam . . ab unguento unguentaria dicitur*, ἀναλογικῶς *si essent vocabula, ubi caro venit, carnaria . . diceretur.* graeca verba, quae usus latinus respuit, Varro non admittit, et adverbium istud ex B correctione illatum est; in F et ceteris omnibus *analogion* legitur, unde *analogon* scribendum est. ceterum correctori Laetus praecessit, qui VIII, 35 *eo etiam magis analogicos dissimilia finguntur* suo marte satis infeliciter edidit; debebat enim potius ἀνωμάλως dici, sed libri ignorant illud auxilium, in quibus est: *eo iam magis analogias dissimilia;* interciderunt ibi quaedam verba quae sententiam integram reddant ut *analogias* [*esse negandum, quod non modo ab similibus*] *dissimilia finguntur.*

VIII, 7 de voluntaria declinatione:

Qui si nonnunquam offendunt, non est mirum; etenim illi qui primi nomina imposuerunt rebus, fortasse an in quibusdam sint lapsi; voluisse enim putant singularis res notare, ut ex his in multitudinem declinarentur, ab Homine Homines; sic mares liberos [*voluisse notari*], *ut ex his feminae declinarentur, ut est ab Terentio Terentia; sic in recto casu quas imponerent voces, ut illinc essent futurae quo declinarentur; sed haec in omnibus tenere nequisse, quod et una et dicuntur Scopae, et mas et femina Aquila, et recto et obliquo vocabulo Vis.*

in quibus plura sunt, quae offendant; Varro enim concinnitatem sequitur quam hic neglectam reperimus; cur in primo exemplo nude est *ab*

---

*) aliter LSp in editione.

Homine Homines, in secundo *ut est ab Terentio Terentia*, et quod maioris est momenti, cur tertii generis exemplum desideratur? num intercidit, an alius illa duo de suo adscripsit? Varronem ipsum inconstantem fuisse mihi non persuadeo. verba *voluisse notari* Scioppius recte omisisse videtur, sed quid est *ut illinc essent futurae quo declinarentur*? quid est quod non dicat id quod requirimus *ut illinc obliqui* vel *in obliquos declinarentur?* an scripsit *esset futurum quo*, vel potius, cum casus indicare velit, *ut illinc essent futuri* (*futurei*) *quo declinarentur?* et illud *quo* Varrone haud indignum non videtur mutandum esse. deinde scripsit Müller *quod et unae dicuntur Scopae;* facile probaveris hanc coniectionem, sed vulgatam defendit VIII, 35 *cum trinae fuerint Athenae, ab una dicti Athenaei, ab altera . . . a tertia Athenopolitae*. nam non dicitur Athena, et tamen id fingitur, quare et nostro loco probum est, *quod et una, et dicitur Scopae,* nam hoc requiro; Denique postremum vocabulum notandum est; nam genitivi usum Varronis auctoritate confirmari credas, sed hoc exemplo non utitur, reponendum id quod alibi offert *obliquo vocabulo Ovis*. VIII, 46 *an communi ut Iovis* item coniceres *ovis*, nisi potius haec verba ut inepta delenda essent.

IX, 43:

> *Quod dicunt, simile sit necne nomen nomini, imprudenter Aristarchum praecipere oportere spectare non solum ex recto, sed etiam ex eorum vocandi casu; esset enim deridiculum, si similes inter se parentes sint de filiis iudicare, qui errant quod non ab eo obliquis casibus fit, ut recti simili facie ostendantur, sed propter eos facilius perspici similitudo potest eorum, quam vim habeant, ut lucerna in tenebris allata non faciat, quae ibi sunt posita similia sint, sed ut videantur quae sunt quoius dissint.*

in his *spectari*, h. e. *spectarei*, item *esse enim*, non *esset* scribendum esse nos argumentis confirmare opus non est, neque de filiis iudicatur, sed *e filiis iudicarei, errant;* gravius est *ab eo obliquis casibus* latine non dici, recte vero *ab eorum obliquis casibus*. Postrema sensus ut verbis inesset, scripsit ex B Augustinus *quae sint quaeve desint;* haec vero multum a litteris recedunt, quas leviter in codice mutatas esse vidimus, ut quo vehementior sit medicina, eo improbabiliorem esse correctionem evincas; in his certo apparet id quod scripsit: *ut lucerna in tenebris allata non facit, ut quae ibi sint posita similia sint, sed ut videantur quae sunt, quoiusmodi sint.*

INDEX

LOCORUM DE QUIBUS IN HAC PRAEFATIONE DISPUTATUM EST.

Addenda et corrigenda.

p. 17 vers. 4 Luc. Müller Q. Ennius p. 145 adn. 1: *tradiderunt et ab eo Latium.*

p. 23 v. 4 (= V § 56) lege *partis quoque quattuor.* cf. quae dixi Bemerk. z. Varro d. l. l. Sitzungsb. d. b. Acad. d. W. 1885 ph. hist. Cl. p. 255. 258.

p. 25 v. 4 sic ponenda erant verba: *causa nascendi duplex.* cf. ibid. p. 257.

p. 25 adnot. ad v. 7 dele *haud dubie.* cf. IX § 54.

p. 40 v. 12 scribe *hostis* pro *hostiis.*

p. 96 v. 19 adde § 66.

p. 114 adn. ad v. 14 adde quod scriptum est in praefationis meae adnotatione.

p. 115 v. 2 (= VII, 3) sic pone: *post XV annos.*

p. 133, 3 (= VII, 36) Luc. Müller Q. Ennius p. 27 adn. 1: *ut de poetis,* coll. VI, 52.

p. 162 adn. ad v. 16 lege *cum ceteris* pro *cum alteris.*

p. 218 v. 5 adde § 69.

Theodori Bergki coniecturae, quae in hac editione ex singulis eius disputationibus allatae sunt, nunc collectae inveniuntur in eius Opusc. I. ind. loc. p. 717 sq.

M. TERENTI VARRONIS

DE LINGVA LATINA

DE DISCIPLINA ORIGINVM VERBORVM AD CICERONEM

LIBER IIII EXPLICIT . INCIPIT

LIBER V.

1. Quemadmodum vocabula essent imposita rebus in lingua latina, § 1 (p. 12 Sp.[1]) sex libris exponere institui. De his tris ante hunc feci quos Septumio misi, in quibus est de disciplina, quam vocant ἐτυμολογικήν; quae contra eam dicerentur, volumine primo; quae pro ea, secundo; quae de ea, tertio. In his ad te scribam, a quibus rebus vocabula imposita sint in lingua latina et ea quae sunt in consuetudine * * * apud poetas. § 2 (p. 13 Sp.[1]) Cum unius cuiusque verbi naturae sint duae, a qua re et in qua re vocabulum sit impositum; itaque a qua re sit Pertinacia cum quaeritur, ostenditur esse a pertendendo; in qua re sit impositum, dicitur cum demonstratur, in quo non debet pertendi et pertenditur, Pertinaciam esse, quod in quo oporteat manere, si in eo perstetur, Perseverantia sit: priorem illam

F. fol. 2 M. Terenti .... terra et

M. TERENTI ... LIBER V] *sic* F. *de ceteris libris vid. praefat.* — 3 'est *fort. del.*' LSp. — 4 ethimologicen F. — eam] p, Rholandellus, ea F *cum ceteris.* — 7 *lacunam post* consuetudine *signavit* LSp *sic explens:* consuetudine communi et ea quae sunt apud poetas. *conf.* Madvig Advers. II, 166 *qui:* consuetudine [et] apud. *possis etiam:* et ea quae sunt in consuetudine apud [populum et ea quae inveniuntur apud] poetas. — cum Rholandellus, cui libri. — 9 'vocabulum *cum hoc loco abundet, haud scio an infra ponendum sit:* a qua re vocabulum sit impositum pertinacia' LSp. — 10 quaeritur G, Rholandellus, uel queritur p, sequitur F *cum ceteris.* — hostenditur F. — pertendendo Rhol., pertendo libri. — 11 '*malim* cum dicitur demonstratur *vel* cum demonstratur dicitur' LSp. — 12 pertenditur Vertranius, pertendit libri. — 13 perstetur Scioppius, perstet libri. tur *litterae verbum termi-*

partem, ubi cur et unde sint verba scrutantur, Graeci vocant
ἐτυμολογίαν, illam alteram *περὶ σημαινομένων*; de quibus
(p. 14 Sp.[1]) duabus rebus in his libris promiscue dicam, sed exilius de
§ 3 posteriore. Quae ideo sunt obscuriora, quod neque omnis impositio verborum exstat, quod vetustas quasdam delevit, nec quae exstat sine mendo omnis imposita, nec quae recte est imposita, cuncta manet — multa enim verba litteris commutatis sunt interpolata — neque omnis origo est nostrae linguae e vernaculis verbis, et multa verba aliud nunc ostendunt, aliud ante significabant, ut Hostis; nam tum eo verbo dicebant peregrinum qui suis legibus uteretur, nunc dicunt eum quem
§ 4 tum dicebant Perduellem. In quo genere verborum aut casu erit illustrius unde videri possit origo, inde repetam. Ita
(p. 15 Sp.[1]) fieri oportere apparet, quod recto casu quom dicimus Inpos, obscurius est esse a potentia quam cum dicimus Inpotem; et eo obscurius fit, si dicas Pos quam Inpos; videtur enim
§ 5 pos significare potius pontem quam potentem. Vetustas pauca non depravat, multa tollit. quem puerum vidisti formonsum, hunc vides deformem in senecta. tertium seculum non videt eum hominem, quem vidit primum. Quare illa quae iam
(p. 16 Sp.[1]) maioribus nostris ademit oblivio, fugitiva secuta sedulitas Muti

---

nantes sola lineola ad t *addita notari solent in* F. '*fort.* debeat pertendi et pertendatur . . maneri si in eo perseveretur.' LSp. — 1 scrutantur] scrutatur p *ex corr.*, Aldus, scrutamur Turnebi codex. — greci F. — 2 ethimologiam F. — *περὶ σημαινομένων*] ΠΕΡϹϦΜΑΙΝΟΜΕΝΟΝ F M V, *lacuna in* G a b c p, partem H, synthesin B, *ἀναλογίαν* Rholandellus. — 3 exillius F^1Ha (*alterum* l *erasum in* F). — 4 oscuriora F (b *supra* o). — 5 exstat F *hoc loco, infra* extat. — 6 mendo] m̄do F, modo b p, Laetus, mundo M. — 7 literis F, *qui praeter hunc locum semper* litterae. — 12 verbum Scioppius. '*fort.* quom genere verbum' LSp. — aut] ut Veneta. — 14 quom] vulg., cum B, quem F. — inpos] impos p *in marg.*, Laetus, in eos F. *conf.* inpositum VIII § 4, § 7, inplorat VI § 68, inpositiciis X, 61. — 15 quam] qua F — inpotem] impotem vulg., impotentem F. — 16 pos quam inpos] postquam inpos F. — 17 pos] poṇs F. — pauca non] non pauca Augustinus. — 18 formonsum F^1 (n *erasum*), formosum ceteri. — 21 fugiua F (ti *posteriore ut vid. manu supra scr.*). — oblivio, fugitiva secuta] *sic distinxi praeeunte* Grothio *qui* oblivio, fugitiva saecula *scriptum fuisse suspicatur. antea iungebatur* oblivio fugitiva, secuta. *fugitiva sunt verba quae sequitur sedulitas Muti et Bruti ut servum fugitivum sequitur dominus. nihil mutavit* LSp.

et Bruti retrahere nequit. Non, si non potuero indagare, eo ero tardior, sed velocior ideo, si quiero. non mediocris enim tenebrae in silva, ubi haec captanda, neque eo quo pervenire volumus, semitae tritae, neque non in tramitibus quaedam obiecta quae euntem retinere possent. Quom verborum novo- § 6
rum ac veterum discordia omnis in consuetudine communi [*commutata*], quot modis [litterarum] commutatio sit facta qui animadverterit, facilius scrutari origines poterit verborum. (p. 17 Sp.[1])
reperiet enim esse commutata, ut in superioribus libris ostendi, maxime propter bis quaternas causas. litterarum enim fit demptione aut additione et propter earum tralationem aut commutationem, item syllabarum [productione], quae quoniam in superioribus libris quoiusmodi essent exemplis satis demonstravi, hic ammonendum esse modo putavi. Nunc singulorum § 7 (p. 18 Sp.[1])
verborum origines expediam, quorum quattuor explanandi gra-

1 nequit] '*id est* nequiit *vel* nequivit' LSp. *mihi praesens tempus aptius videtur sententiae ut quae proverbii locum habeat.* — indi[a]gare F. (a *supra scr. sec. ut vid. manus*). — 2 sed] et Scioppius. — qui[v]ero] F (v *supra scr. man.* 2), quivero ceteri. *vid.* LSp Emend. Varr. spec. p. 5. — 5 obiecta] 'oblecta *ut vid.* F' Groth. l *et* i *litterae saepe vix discerni possunt in* F. — possent] possint Augustinus. possint *vel* possunt C. F. W. Müller Zeitschr. f. Gymnasialw. XIX p. 871. — quom LSp. quoniam Rholandellus, quorum libri (um *per compendium scriptum in* F). — 6 ac F V p, et ceteri. — comuni F, *ut solet, nisi quod semel* § 8 p. 4, 12 communi *scriptum est.* — 7 commutata] *add.* LSp. *praeterea idem coniecit*: Quorum verborum ... in cons. communi [commutata . quare] quot modis. — litterarum] *om.* a, Fr. Fritzsche. litterarum *corr. ex* literarum F (Groth), litterarum F (Keil, ASp). — 8 scrutari facilius Laetus. — poterit] LSp. patietur libri. *fort.* potis erit. — 11 tralationem] LSp. tractationem F, tractionem p, adtractionem Laetus, arctationem vulg. *ex* B. 'tralationem *correximus ex Rhetor. ad Herenn.* IV, 29, *idque vocabulo* traiectionem *quod ibidem legitur praetulimus*'. LSp. *idem vidit* Groth *qui vel* translationem (*coll. Diom.* II p. 442, 31 *et Donat.* III p. 397, 2) *vel* transiectionem (*coll. Cornific.* IV, 21, 29) *legendum esse coniecit.* — 12 sillabarum F. — productione *seclusit* LSp, aut correptione *add.* Müller, aut contractione K. E. Georges *coll.* Cic. de orat. 3, 50, 196. denique vocabulorum conpositione aut conlisione Wilmanns de Varr. l. gramm. p. 25. additione aut commutatione, praeterea syllabarum artatione aut commutatione, item earum productione Scioppius *supra* bis ternas *scribens.* — 13. quoiusmodi] vulg., qui cuiusmodi F, (qui *per compend. scr.*), qui quoiusmodi G H a. — 14 ammonendum F, admonendum ceteri, commonendum Laetus. — 15 quattuor F *constanter.*

dus. Infimus [in] quo populus etiam venit; quis enim non videt unde Argentifodinae et Viocurus? Secundus quo grammatica (p. 19 Sp.[1]) escendit [antiqua], quae ostendit, quemadmodum quodque poeta finxerit verbum, *quemadmodum* confinxerit, *quemadmodum* declinarit. hic Pacui:

rudentum sibilus,

hic:

incurvicervicum pecus,

(p. 20 Sp.[1]) hic:

clamide clupeat bracchium.

§ 8 Tertius gradus, quo philosophia ascendens pervenit atque ea quae in consuetudine communi essent, aperire coepit, ut a quo dictum esset Oppidum, Vicus, Via. Quartus, ubi est adytum et initia regis. quod si non perveniam ad scientiam, opinionem aucupabor, quod etiam in salute nostra nonnunquam

---

F. fol. 2 b. sibilus . . . terra et.

---

1 infimus] in primis M, primus Laetus. — in] *om.* Scioppius, is Müller. — populus etiam] etiam populus Laetus. — 2 argentifodinae] LSp, Groth (*coll.* IX § 66, *ubi* F aceto *pro* argento, VIII, 62, R. R. I, 2, 22), aretofodinae libri, aerifodinae vulg. *ex* B, aurifodinae Laetus, cretifodinae Turnebus, arenofodinae Scaliger. — 3 escendit] Scioppius, descendit libri. *ego malim* ascendit *ut* § 8, 11. — antiqua quae] atque Scioppius. escendit antiqua quae *interpunxit* LSp, *ego seclusi* antiqua. — 4 quemadmodum confinxerit quemadmodum] *scripsi, quod rectius videbatur quam* qui confinx. qui (*coll.* VII § 110: primo quemadmodum .. secundo quemadmodum .. tertio quemadmodum ..), quod confinxerit quod libri (quod *in* F *bis per compendium scriptum*), *utrumque* quod *delet* LSp, *quam scripturam probarem si hic esset verborum ordo*: verbum finxerit confinxerit declinarit. — 5 hic] hinc *ter* Crinitus. — pacui] F, pacu a, parvi MBbLaetus, Pacuvius Crinitus. *hanc scripturam* Pacuius, Pacui, Pacuium, *quae duobus locis exceptis constanter exstat in* F *Varroni vindicavit* Lachmann in Lucr. V 679 p. 306. *vide* Groth *ad h. l.* — 8 inceruice ruicum F, *correxit* Aldus. *cf.* Ribb. tr. fr. Pac. 408. — 10 clamide F, clamyde ceteri. — bacchium F, brachium ceteri. *cf.* Lachm. ad Lucr. VI p. 434, Ribb. tr. fr. Pac. 186. — 11 'gradus *fort. del.*' LSp. — ascendens] escendens Scioppius. — 12 cępit F. — 13 adytum] Scioppius, aditum *corr. ex* aditus F^1, aditurus Vp, aditus ceteri. — 14 regis] '*fort.* verborum Latini regis *coll.* § 9, 7' LSp, aditus ad initia rei Augustinus. *haud scio an* rex *significet* regem sacrorum. — quodsi] LSp, quo si libri, *fort. ferendum.* — ad scientiam] LSp, scientiam ad libri, scientiae at Scioppius, scientia, at O. Jahn Herm. II, 247. Madvig Advers. II, 167. '*cf.* Cic. de orat. II, § 30: oratoris actio opinionibus,

facit cum aegrotamus medicus. Quodsi summum gradum non § 9 attigero, tamen secundum praeteribo, quod non solum ad Aristophanis lucernam sed etiam ad Cleanthis lucubravi. volui (p. 21 Sp.[1]) praeterire eos, qui poetarum modo verba ut sint ficta expediunt. non enim videbatur consentaneum quaerere me in eo verbo quod finxisset Ennius causam, neglegere quod ante rex Latinus finxisset, cum poeticis multis verbis magis delecter quam utar, antiquis magis utar quam delecter. an non potius mea verba illa quae hereditate a Romulo rege venerunt quam quae a poeta Livio relicta? Igitur quoniam in haec sunt tri- § 10 pertita verba, quae sunt aut nostra aut aliena aut oblivia, de (p. 22 Sp[1].) nostris dicam cur sint, de alienis unde sint, de obliviis relinquam, quorum partim quid invenerim aut opiner scribam. In hoc libro dicam de vocabulis locorum et quae in his sunt, in secundo de temporum et quae in his fiunt, in tertio de utraque re a poetis comprehensa.

Pythagoras Samius ait omnium rerum initia esse bina ut § 11 finitum et infinitum, bonum et malum, vitam et mortem, noctem et diem. Quare item duo status et motus; quod stat aut agitatur, corpus; ubi agitatur, locus; dum agitatur, tempus; quod est in agitatu, actio. Quadripertitio magis sic apparebit: corpus est ut cursor, locus stadium qua currit, tempus hora qua

---

non scientia continetur ... ad scientiam non saepe perveniat quae opiniones hominum et saepe errores aucupetur.' LSp. — 1 facit] *mrg.* p, Aldus, fecit F, *quod retinendum vid.* Grothio *coll.* G. T. A. Krüger lat. Gramm. § 445 Anm. 2. — egrotamus F. — 2 ad Aristophanis] ad^{a}ristophan^{i}es F (a *et* i *add. m.* 2). — 3 cleantis F. *sic distincturus erat* LSp: Quod non ... lucubravi, volui. — 5 quaerere me vulg., quare me libri, curare me Groth. *licet etiam* quaerere *sine* me. — 9 rege *om. in marg. add.* F^{1}. — 10 libio F^{1}, liuio F^{2} *cum ceteris.* — tripertita (per *compendio scr.*) F, tripartita ceteri. — 13 quid invenerim aut opiner] *scripsi* (*scil.* invenerim apud alios), quo ita invenerim ita opiner libri. '*fort.* quom ita invenero ut opiner' LSp, *quorum primum verbum* vulg., *postrema duo* Rholand. *dedit.* — 17 initia] principia Augustinus. — 18 noctem et diem V b c p, diem et noctem ceteri, *item corr. ex* noctem et diem F, *siquidem hoc significant duae lineolae ante* noctem *supra additae; deest enim altera lineola ante* diem *ponenda.* — 19 et motus] '*post haec verba aliquid intercidisse videtur velut* utrumque quadripertitum' LSp. — 21 quadripertitio F, quadripartitio ceteri. *eadem varietas* p. 6, 1; p. 8, 2 *al.* — 22 est ut] '*fort. del.*' LSp. — stadium quo Laetus. — qua currit ...

§ 12 (p. 23 Sp.[1]) currit, actio cursio. Quare fit, ut ideo fere omnia sint quadripertita et ea aeterna, quod neque unquam tempus, quin fuerit motus; eius enim intervallum tempus; neque motus, ubi non locus et corpus, quod alterum est quod movetur, alterum ubi; neque ubi is agitatus, non actio ibi. Igitur initiorum quadrigae

§ 13 (p. 24 Sp.[1]) locus et corpus, tempus et actio. quare quot [quattuor] genera prima rerum, totidem verborum. [enim horum] e quis de locis et iis rebus quae in his videntur in hoc libro summatim ponam. Sed qua cognatio eius erit verbi quae radices egerit extra fines suas, persequemur. saepe enim ad limitem arboris radices sub vicini prodierunt segetem. Quare non cum de locis dicam, si ab agro ad agrestem hominem, ad agricolam pervenero, aberraro. multa societas verborum, nec vinalia sine vino expediri nec curia calabra sine calatione potest aperiri.

§ 14 (p. 25 Sp.[1]) 2. Incipiam de locis ab ipsius loci origine. Locus est, ubi locatum quid esse potest, ut nunc dicunt, collocatum. veteres id dicere solitos apparet apud Plautum:

Filiam habeo grandem cassam dote atque inlocabilem

---

qua currit] *utrumque seclusurus erat* LSp *cum* Scioppio. *mihi necessario quater videtur ponendum esse currendi vocabulum.* — 1 ideo] in eo a, *om.* B, Laetus. *an* item? — omnia] '*fort.* omnium rerum initia' LSp. — 2 eterna F. — fuerint F. — 3 enim] vulg., animi libri *praeter* V *in quo* eĩ *exstat* (*non* aĩ). — 5 is] his F[1], is F[2], sit vulg. *ex* B. '*fort.* quis' LSp. *an del.?* — ubi id agitatur Müller. — 6 quot] quod *corr. ex* quot F, quod ceteri. *illud recepi deleto* quattuor *ut interpretamento.* (quod quattuor *cum cett.* LSp). — 7 enim horum] '*est corruptum* n. horum (*ita* G), *quod recte iam antiquitus in* verborum *correctum est*' LSp. horum iam de binis, locis et iis rebus Müller. *conf.* LSp Emend. Varr. spec. p. 10, Über die Kritik d. Varr. B. p. 38—40, Lachmann Mus. Rhen. 1843 p. 356—65. — e quis de] LSp, de quis libri. totidem verborum enumeravi deque locis Groth. — 8 iis] LSp, his libri, Aug. Müller de prisc. verb. f. p. 49. — 9 sed qua] '*fort.* si qua (*duce* Augustino, *qui* si quae) *vel* sed quae' LSp. — eius] '*rectius* eiusmodi' LSp. — 10 suas] has Groth. — sepe F. — 11 '*fort.* segete' LSp. — 12 ad agrestem Stünkel De Varron. verb. form. p. 50, *probavit* Groth, ad agrosium libri, ad agrosum Laetus, ad agros, tum Lachm. '*fort.* ad agrarium, *nisi potius* ad hominem, ad agricolam (*deleto* agrosium)' LSp. — agricolam] ic *in ras.* F (Keil), agricolam *corr. ex* agrigolam *ut vid.* F (Groth). *del. vid.* ad agricolam. — 15 ab] Scioppius, sub libri. — 16 ut] *fort.* vel ut. — collocatum] '*fort.* collocatum; locatum' LSp. — 18 cassam . . . inlocabilem] G H, Plaut. Aul. II, 2, 14, cassa . . . inlocabili F.

Neque eam queo locare cuiquam.

apud Ennium:

O Terra traeca, ubi Liberi fanum inclutum
Maro locavit.

Ubi quidque consistit, locus. ab eo praeco dicitur locare, § 15 (p. 26 Sp.[1]) quod usque idem *vendit*, quoad in aliquo constitit pretium. inlocarium quod datur in stabulo et taberna, ubi consistant. sic loci muliebres, ubi nascendi initia consistunt.

3. Loca naturae secundum antiquam divisionem prima § 16 duo, terra et caelum, deinde particulatim utriusque multa. Caeli dicuntur loca supera et ea deorum, terrae loca infera et ea hominum. Ut Asia sic caelum dicitur modis duobus. nam (p. 27 Sp.[1]) et Asia, quae non Europa, in quo etiam Syria, et Asia dicitur prior pars Asiae, in qua est Ionia ac provincia nostra. sic § 17 caelum et [pars eius] summum, ubi stellae, et id quod Pacuvius cum demonstrat dicit:

Hoc vide circum supraque quod complexu continet
Terram

cui subiungit:

F. fol. 3 caelum deinde . . . incircum.

3 treca FHMVcp, trecha G, tēca a, thraeca Fleckeisen Philol. IV, 311. — inclutum Gulielmus Verisim. I, 19, inciuium F G H a, in cuius M, Laetus, intimum B. — 4 maro G H c F[1] (*secunda litt. erasa* a *erat, non* u (Keil), muro *ut vid.* F (Groth), muro ceteri. — locavit Ribbeck tr. fr. Enn. 348, locaui libri. — 5 quidque] F V p, quique G, quisque b, quiquam H, Laetus, quicquam a, quidquam ceteri. — 6 idem vendit] LSp, vendit (*sine* idem) H. Reiter quaest. Varr. gr. p. 52. id emit libri, id emitur vulg., idem it Turnebus, demittit Nipperdei Spicil. in Corn. Nep. p. 54, demit Madvig Adv. II, 167. *conf.* LSp Philol. Anzeig. V p. 585. — constitit] FVp, consistit ceteri. — pretium] *om.* Scioppius, '*fort.* inlocarium pretium' LSp. *quo si opus est, malim*: pretio. pretium inlocarium. — 7 inlocarium] locarium Georges, inde locarium Laetus. — 9 naturae] vulg., natura libri. — 10 terra et caelum libri, caelum et terra vulg. — 12 nam et] nam ut G V p. — 13 in quo libri, *quod retinui ut satis Varronianum,* in qua Laetus, *quod etiam* LSp *editurus erat.* — 14 prior] *scripsi,* prioris *cum* libris LSp, primoris Bergk Mus. Rhen. XX, 291. — nostra] nostra Cilicia Laetus. — 15 pars eius] *delenda putavi,* pars *iam* Scioppius *omiserat.* — 16 cum demonstrat] demonstrat cum Aldus. *conf.* Lachm. ad Lucr. V, 318.

id quod nostri caelum memorant.

A qua bipertita divisione Lucilius suorum unius et viginti librorum initium fecit hoc:

(p. 28 Sp.[1]) Aetheris et terrae genitabile quaerere tempus.

§ 18 Caelum dictum scribit Aelius quod est caelatum aut contrario nomine celatum, quod apertum est; [non] male, quod posteriora multo potius a caelo quam caelum a caelando [*aut celando*]. sed non minus illud alterum de celando ab eo potuit dici, quod interdiu celatur, quam quod noctu non celatur.

§ 19 omnino ego magis puto a chao cavum et hinc caelum, quoniam ut dixi Hoc circum supraque quod complexu continet (p. 29 Sp.[1]) terram, cavum caelum. Itaque dicit Andromeda nocti:

quae cava caeli
Signitenentibus conficis bigis,

et Agamemno:

in altisono caeli clipeo,

cavum enim clipeum; et Ennius item ad cavationem:

caeli ingentes fornices.

§ 20 (p. 30 Sp.[1]) Quare ut a cavo cavea et caullae et *convallis, cavata vallis,

2 divisione] '*non caeli sed naturae locorum, quare verba* a qua bip. . . . quaerere tempus *supra post* utriusque multa *vel* et ea hominum *exspectantur*' LSp. — Lucilius] Scaliger, Lucretius libri. — unius Laetus, unum libri, ū (*id est* quinque) *aut certe* trium *vel* IIII Lachmann ind. lect. Berol. aest. 1849. Lucil. saturarum XXI libri Christ. — 4 etheris *et* querere F. — 5 Aelius Gallus vulg. *ex* B. — caelatum] celatum F. — aut] aut a Laetus. — 6 nomine] '*fort.* non' LSp. — non] *delevi, qui in ceteris alteram* LSp *coniecturam maximam partem secutus sum.* — quod posteriora] *ex altera* LSp *scriptura ascivi, qui* nisi quod posteriora *coniecerat.* quod posterior libri, quod posterior Aelius vulg. *ex* B, quod prius Müller, quod vox posterior Groth. — 7 celo F. — caelando aut celando] *scripsi cum* LSp, celando F, caelando ceteri. non male posterius quod multo potius a caelo caelare quam caelum a caelando LSp *ex altera coniectura ipsi magis probata. vid. praefat.* — 8 de celando *ut glossema del. esse suspicatur* Groth. — ab eo *om.* Laetus. — 10 ego] Aldus, eo libri. — cavum] Laetus, chouum F, choum alii. — quoniam] '*fort.* quod' LSp. — 11 continet *corr. ex* continent F. — 12 Andromeda] Scaliger, androma libri (andromada b), Andromacha Laetus. *in* F *post* androma *lacuna unius litterae teste Grothio.* — nocti quae] Scaliger, noctique libri. — 17 ad cavationem] vulg., adua . . tionem F (*cum duarum litt. ras.*), ad uationem ceteri. — 19 caullae] Scaliger, cauile libri. — convallis] *corrupte. an* callis? — cavata vallis *del.* Scaliger.

et cautum a cavitione ut cavitum, sic ortum, unde omnia apud Esiodum a chao [*cavum, a*] cavo caelum.

4. Terra dicta ab eo, ut Aelius scribit, quod teritur. ita- § 21
que Tera in augurum libris scripta cum R uno. ab eo colonis locus communis, qui prope oppidum relinquitur, Teritorium, quod maxime teritur. hinc linteum quod teritur corpore, Extermentarium. hinc in messi Tritura quod tum frumentum teritur, et Trivolum qui teritur. hinc fines agrorum Termini (p. 31 Sp.[1])
quod eae partis propter limitare iter maxime teruntur; itaque hoc cum I in Latio aliquot locis dicitur, ut apud Accium non terminus sed Termen. hoc Graeci quod τέρμονα, pote vel illinc. Evander enim, qui venit in Palatium, e Graecia Arcas. * Vias § 22
quidem iter, quod ea vehendo teritur, item Actus quod agendo (p. 32 Sp.[1])
teritur; etiam Ambitus quod circumeundo teritur; nam ambitus

---

1 cautum a] *scripsi,* cauea e F, cauete ceteri. — cavitum] *scripsi,* cauium libri (*in* F *erasum* i) '*fort.* quare ut a cavo cavea et cavile et cavatio, sic' LSp. — sic libri, sit Laetus. — 2 esiodum F. *cf.* Aug. Müller p. 16. — cavum a cavo] Scioppius, cauo libri. *totum locum sic scribit* Groth: Ennius item a cavatione .. quare ut a cavo cavea et caullae et convallis, cavata vallis, et ab aedis cavatione ut cavaedium, sic .. a chao cavo caelum. — 4 scripta] '*fort.* scriptum' LSp. — 5 comūnis F. — 6 quo teritur corpus Scioppius. — extermentarium] termentarium Laetus. — 7 messi] messe Laetus. — 8 qui] quo vulg., quod Laetus. — 9 iter] item F *cum aliis,* iter item p. — prope iter limitare item max. Groth. — maxume G. — 10 I] LSp, is libri (cum. is. in F), 'E' Groth. *intelligo dictum esse* teriminus *pro* terminus. *ceterum de hoc loco conf.* LSp Über die Kritik d. V. B. p. 36—38. — Latio] latio F[1], latiō F[2] *ut vid.*, latino F[3] *in marg.* GValii. — 11 termen] '*fort.* terimen' LSp. — greci F. — τέρμονα] termona libri. — POTEVELILLINC euander F, POTEVLNIγσ euander V, *pro octo illis litteris lacuna in* p, polē VELILINE euander M, *lacuna post* termen *in* b c, greci quod euander G H a. — 12 grecia F. — uias quidem iter F (quidem *per compendium*), uia (uita H) si quidem iter G H, uiā quidem iter M. via similiter Lachmann Mus. Rhen. III (1845) p. 610, viast quidam terminus LSp. *verba* vias quidem . . . teritur *ex* § 35 *male translata esse censet* Wilmanns p. 17. via, sic item iter, quod ea vehendo teritur, iter itu Reiter quaest. p. 11 sq., *apud quem aliorum tentamina vide. ego ab initio nihil aliud latere puto nisi* via dicta *vel* viae dictae quod. — 13 item] *scripsi,* iter iterum libri, iter itu Müller. '*fort.* iter quod eundo teritur' LSp. — 14 ambitus] ambitust F, ambituster V p, ambitus iter G, ambitus est Laetus. '*an latet et hic et supra idem vocabulum*: via est terra quod . . . ambitus terra?' LSp. iter *in* ter *latere*

circuitus; ab eoque duodecim Tabularum interpretes AMBITUS PARIETIS circuitum esse describunt. Igitur tera terra et ab eo poetae appellarunt summa terrae quae sola teri possunt,
§ 23 Sola terrae. Terra ut putant eadem et Humus; ideo Ennium in terram cadentis dicere:

cubitis pinsibant humum,

(p. 33 Sp.[1]) [et] quod terra sit humus. ideo is Humatus mortuus, qui terra obrutus; ab eo qui Romanus combustus est, [*si*] in sepulcrum eius abiecta gleba non est aut si os exceptum est mortui ad familiam purgandam, donec in purgando humo est opertum, ut pontifices dicunt, quod inhumatus sit, familia funesta manet et
(p. 40 Sp.[6]) dicitur. Humilior, qui ad humum demissior; infimus humilli-
§ 24 mus, quod in mundo infima humus. Humor hinc. itaque ideo Lucilius:

---

vel genuinum vel 'ex glossemate natum suspicatur Groth. *ego potius librarium* ambitus teritur *scripturum fuisse putaverim.* — 1 eoque] eo quod Vp Laetus, eo quidem G. — ambitum Laetus. — 2 tera terra *corr. ex* terra terra *ut vid.* F (Groth). — 6 pinsibant] pinsabant Gp, pinsebant Turnebus. *cf.* Bergk Philol. 33, 293; Mus. Rhen. 29, 242. — 7 et] *delevi et interpunxi post* humus. — sit] '*fort.* est' LSp, st Madvig Opusc. II, 222. — 8 obrutus] sit obrutus Laetus. — qui] libri, quod Laetus, quom Müller. — si in] Turnebus, in libri. si qui Romanus combustus et in Groth. — sepulchrum F. *cf.* Aug. Müller p. 16. — 9 exceptum non est Vertranius. — 10 expurgandam Laetus. — humo] Aldus, humo non B, vulg., homo libri. *conf.* Bücheler ad Cic. pro Rosc. p. 182—5. — opertum FVc, optum p, operatus M, opertus GHa Laetus, optimus b. — 11 quod] quoad Rholandellus. *cf.* Kettner p. 11, Reiter quaest. p. 53. — sit] '*fort.* est' LSp. — 12 *interpunxi post* dicitur (*scil.* funesta). *sic*: manet. Et dicitur humilior Müller, manet et dicitur humilior, quod ad humum demissior LSp. — qui] *scripsi cum* Müllero, quae libri. — humum ‖ demissior] *foliorum traiectionem primus perspexit* Buchananus *apud* Turnebum, *restituit* Müller. *in libris haec coniunguntur*: quae ad humum ‖ ut Sabini et Lucani . . . septem montium ‖ demissior infimus . . . ab hominibus ‖ nominatum ab. . *vid.* § 40. *conf.* LSp Emend. Varr. sp. p. 17. — 'infimus humillimus *abundant*, *nisi addideris* inde *vel* unde' LSp. — 13 infima] *rectius* infimum, *quamquam* Varro ap. August. de c. d. VII, 6 aether summus, tum aer, deinceps aqua, infima humus. '*fort.* Quod in m. infima humus, humor. hinc itaque de eo' LSp. *sane offendit* itaque ideo, *non facile excusatum his exemplis ne ipsis quidem certis* § 12 quare fit ut ideo, § 66 itaque inde, VI § 58 ab eo itaque. *conicias* humor hinc (*vel potius* hinc humor) et aqua, ideo *vel* [ab humo] humor, hinc aqua; ideo.

Terra abit in nimbos imbremque
Pacuvius: (p. 41 Sp.[1])
terra exalat auram atque auroram humidam,

humectam; hinc ager uliginosus humidissimus; hinc Udus uvidus; hinc Sudor et Udor. is si quamvis deorsum in terra, unde sumi pote, Puteus; nisi potius quod Aeolis dicebant ut § 25 πύταμον sic πύτεον [a potu], non ut nunc φρέαρ. A puteis (p. 42 Sp.[1]) oppidum ut Puteoli, quod incircum eum locum aquae frigidae et caldae multae, nisi a putore potius, quod putidus odoribus saepe ex sulphure et alumine. Extra oppida a puteis Puticuli, quod ibi in puteis obruebantur homines, nisi potius, ut Aelius scribit, Puticulae quod putescebant ibi cadavera proiecta, qui locus publicus ultra Exquilias. itaque eum Afranius Putilucos in togata appellat, quod inde suspiciunt per puteos lumen. La- § 26

F. fol. 4 eum locum . . . sacrificiis.

---

1 abit abc Augustinus, abiit ceteri. — imbresque M, Laetus. — 3 exalat F, exhalat Laetus, exhalabat B, exhalat auram terra Scioppius. — 4 humectam *fort. del.* — 5 et udor. is si] et udorissi *extra versum* F[1], (et *non satis certum*), *quod ex hoc solus* p *servavit.* — quamvis] '*fort.* aqua iugis, *cf.* Bentl. ad Horat. ep. I, 15, 16' LSp. *conf.* Über d. Kritik p. 4, Haupt Herm. I (1866) p. 260. udor et si aquae vis deorsum Brink. is si manaverit d. in terram Christ. *cf.* Reiter quaest. p. 119. — terram Vp. — 6 summi F. — potius quod] potius a potu quod Brink. — eolis F. *conf.* Aug. Müller p. 30. — 7 πύταμον] Buttmann, potamon F (a *in ras.*), GHV, patemon M, pacamon bc, potamen a, τὸν πύθεον καὶ πατέμον B. *lacun.* Laetus. — πύτεον a potu] Buttmann, potura potu FMVabc, potura potum GH. a potu *del.* Brink, *quem secutus sum.* — φρέαρ] Victorius, ΦPC F *cum aliis, lacun.* Laetus. — 8 ut] *om.* M, Laetus. *facile conicias* ut [putant] *coll.* § 23 *al.* — incircum] sint circum Laetus. *conf.* Reiter quaest. p. 70 not. — 9 putidis p. — odoribus] odor ibi Müller. — 10 sepe F. — oppida] '*fort.* oppidum' LSp. — a puteis] *rectius absit.* — 11 potius] forte GH. — 12 puticulae '*fort. del.*' LSp. — 13 exquilias *hoc loco* F, *praeterea semper* esquiliae. '*cf.* Th. Mommsen in actis acad. Berol. a. 1868 p. 172' Groth. *mihi omnino ab alio addita videntur haec verba* qui loc. pub. ultra Exquilias. — putilucos] Scaliger, cuticulos libri, putiluculos B, puticulos Laetus. *conf.* Ribb. com. fr.[2] p. 220. — 14 suscipiunt p, Turnebus. puticuli q(i) cadavera prospiciunt gloss. Salom. — per puteos] Groth, perpetuos F *cum aliis*, perpetuum a, propter M, perpetuo Laetus. — lumen] flumen Turnebus.

(p. 43 Sp.[1]) cus lacuna magna, ubi aqua contineri potest. Palus paululum
aquae in altitudinem et palam latius diffusae. Stagnum a
graeco, quod ii *στεγνόν* quod non habet rimam. hinc ad villas
rutunda stagna, quod rutundum facillime continet, anguli ma-
§ 27 xime laborant. Fluvius quod fluit, item Flumen. a quo lege
praediorum urbanorum scribitur:

STILLICIDIA FLUMINAQUE UT ITA CADANT FLUANTQUE.

(p. 44 Sp.[1]) Inter haec hoc interest, quod stillicidium eo quod stillatim
§ 28 cadit, flumen quod fluit continue. Amnis id flumen quod circuit
aliquod; nam ab ambitu amnis. ab hoc qui circum Aternum
habitant, Amiternini appellati. Ab eo qui populum candidatus
circum it, ambit, et qui aliter facit, indagabili ex ambitu causam dicit. itaque Tiberis amnis quod ambit Martium campum
et urbem. Oppidum Interamna dictum, quod inter amnis est
(p. 45 Sp.[1]) constitutum; item Antemnae, quod ante amnis, qui Anio, influit
§ 29 in Tiberim, quod bello male acceptum consenuit. Tiberis quod
caput extra Latium, si inde nomen quoque exfluit in linguam
nostram, nihil *ἐτυμολόγον* latinum, ut quod oritur ex Samnio,

---

1 paulum G. — 2 latitudinem G. — 3 greco F. — ii *στεγνόν*] ·11· STEΓNON F *et, qui e ceteris solus haec verba servavit,* M. ii *videtur esse in* F, *quoniam talis* i *litterae forma saepe scripta est in* F. ii *στεγνόν etiam* Lachmann ad Lucr. II, 402. '*fort.* ibi *στεγνόν*' LSp. — non habet rimam] Scaliger, nomen habet primam libri. — 4 rutunda] B, rutundas F *cum ceteris. cf.* Lachmann. L. Stünkel p. 7. — 5 lege] legem V. '*fort.* in lege' LSp. — 6 scribitur *bis in* F. — 7 flumina quae F, flumina q qua que p. — ita cadant fluantque] LSp *cum* bc *ex* F, *in quo est*: ita 'fluant'' cadantq; *unde* fluant ita cadantque GH a, ita fluant cadantque ceteri. *conf.* Bergk Prooem. aest. Hal. 1863 p. 5 sq. — 9 interest] int̄· F, *quod videtur significare* interest. — stilicidium G, *quam scripturam negligendam non esse monet* Stünkel p. 59 *coll.* Lachmann ad Lucr. p. 33, Studemund Gaii apogr. p. 323. — 10 cadit] a, Pape, cadet FGHVbp, cadat ceteri. — 11 aternum] vulg. *ex* B, alterunum libri. circum terminum habitant, amtermini appellati Groth (*coll.* Paul. ex Festo p. 17, 8: amtermini qui circa terminos provinciae manent). — 13 it] id F. — ambit et] et *in ras.* F (Keil), ambitet *corr. ex* ambitent *ut vid.* F (Groth). — facit] *in ras.* F[1], faxit Scaliger. — indagabilis Scaliger. — 16 qui Anio] LSp., quanto libri. qui *fort. del.* — 18 exfluit influit F, effluit influit p. — 19 nihil] nihil ad Thiersch. — ЄΤΥΜΟΛΟΓΟΝ F, ЄΤΙΝΟΛΟΤΟΝ M, *ετινοδώτον* B, *lacuna in ceteris.*

Volturnus nihil ad latinam linguam; at quod proximum oppidum ab eo secundum mare Volturnum, ad nos iam [ad latinum] vocabulum ut Tiberini nomen. et colonia enim nostra Volturnum et deus Tiberinus. Sed de Tiberis nomine anceps § 30 historia. nam et suum Etruria et Latium suum esse credit, (p. 46 Sp.[1]) quod fuerunt qui ab Thebri vicino regulo Veientum dixerint appellatum primo Thebrim. sunt qui [Tiberim] priscum nomen latinum Albulam vocitatum litteris tradiderint, posterius propter Tiberinum regem Latinorum mutatum, quod ibi interierit; nam hoc eius ut tradunt sepulcrum.

5. Ut omnis natura in caelum et terram divisa est, sic § 31 caeli regionibus terra in Asiam et Europam. Asia enim iacet ad meridiem et austrum, Europa ad septemtriones et aquilonem. Asia dicta ab nympha, a qua et Iapeto traditur Pro- (p. 47 Sp.[1]) metheus. Europa ab Europa Agenoris, quam ex Phoenice § 32 Manlius scribit taurum exportasse, quorum egregiam imaginem ex aere Pythagoras Tarenti. Europae loca multae incolunt nationes. ea fere nominata aut translaticio nomine ab hominibus ut Sabini et Lucani, aut declinato ab hominibus, (p. 33 Sp.[7]) (p. 34 Sp.[1]) ut Apulia et Latium, [*aut*] utrumque ut Etruria et Tusci. Qua

1 nichil F. — at] ad F. — 2 ad latinum] '*fort.* ad Latium' LSp., ut latinum Müller. *ego seclusi ut spuria.* — 3 Tiberini nomen] *scripsi,* tiberinus (*corr. ex* tiberinum) ñ F, tiberinus non ceteri. '*fort.* Tiberinus. nonne et' LSp. — 4 Volturnum] *postremae litterae nota dubitari potest utrum* s *an* m *sit in* F, *ceteri certe omnes* uulturnus; *corr. vulg. ex* B. — 5 nam suum GH. — 6 Veientum] vulg. ueientium a, uenientum F *cum aliis,* vinientium G. — dixerit a, dixerunt GHb. — 7 appellatam F, appellatam (tum *supra*) V, appellata cum p. — Tiberim] '*aut del. aut* Tiberis *scrib. cum* vulg.' LSp. — 8 tradiderunt GHMVap, tradunt vulg. *ex* B. — 9 Latinorum] Servius Aen. 3, 500 Albanorum, *sed conf.* idem *ad* 8, 300. — 10 sepulchrum F. — 13 Austrum] Eurum B, Rholandellus. — 14 ex qua vulg. *ex* B. — trahitur M, Laetus. — 15 ab europa] F *in ras.* — Agenoris filia Laetus. — fenice F. — 16 manlius] F, Mallius Mb, Laetus, Manilius Bentinus. *conf.* Mommsen Mus. Rhen. 16 p. 284 sq. — 17 pytagoras F. — Tarenti] Tarenti fecit Laetus, *quod probat* LSp. — 18 translaticio] F, translatio GHMV, traslatitio a. — ab hominibus || nominatum libri *foliis traiectis. vide supra ad* § 23, *unde in marg.* p: deest. de europa ad urbem transitus imperfecte. — 19 ut Sabini] sunt aut a re ut Sabini vulg. *ex* B. — declinata vulg. *ex* B. — 20 apuli *corr. ex* apulia F (Groth), apulia F (Keil). — aut utrumque] *apud Augustinum,* utrumque libri. — Tusci] Scaliger, tuscia libri.

regnum fuit Latini, universus ager dictus Latius, particulatim oppidis cognominatus, ut a Praeneste Praenestinus, ab Aricia
§ 33 Aricinus. Ut nostri augures publici disserunt, agrorum sunt genera quinque, Romanus, Gabinus, Peregrinus, Hosticus, Incertus. Romanus dictus, unde Roma, ab Romo; Gabinus ab oppido Gabis; Peregrinus ager pacatus, qui extra Romanum
(p. 35 Sp.[1]) et Gabinum, quod uno modo in his seruntur auspicia. dictus peregrinus a pergendo, id est progrediendo. eo [quod] enim ex agro Romano primum progrediebantur, quocirca Gabinus quoque Peregrinus, sed quod auspicia habet singularia, ab reliquo discretus. Hosticus dictus ab hostibus. Incertus is, qui de his quattuor qui sit ignoratur.

§ 34 (p. 36 Sp.[1]) 6. Ager dictus in quam terram quid agebant, et unde quid agebant fructus causa. alii quod id Graeci dicunt ἀγρόν. Ut ager quo agi poterat, sic qua agi Actus. eius finis minimus constitutus in latitudinem pedes quattuor — fortasse an ab eo quattuor, quod ea quadrupes agitur — in longitudinem pedes centum viginti, in quadratum actum et latum et longum esset centum viginti. Multa antiqui duodenario numero finierunt ut

---

F. fol. 3 b. ager pacatus.

---

1 Latium Laetus. — 2 preneste p̄nestinus F. — 3 publice GM. — disserunt] dixerunt Ma Laetus, diviserunt Scioppius. — 4 incertus] *post hoc* Scioppius *addit*: Dividit in eos agros, cum scribit Sulpicius, plebei rura largitur ad arandum, quae infra leguntur p. 16, 10. — 5 romo] libri, *quod obscurare nolui*, Romulo Rholandellus. — 6 gabis] libri, gabiis G, Gabiis Laetus. *cf.* Müller, Groth, Neue, Formenlehre I² p. 120, Aug. Müller p. 31 sq. — 7 seruntur] secuntur G, seruantur M, Laetus, feruntur vulg. *ex* B. — 8 progrediendo] *ante hoc supra versum* a *inserit* F². — quod *om.* Ga. *adscriptum erat opinor* quod *ad corrigendum illud* quos, *infra quod legitur.* — enim] ei p, *om.* b, Rholandellus. — 10 quoque] Scaliger, *conf.* Reiter quaest. p. 92, quo siue libri. '*fort.* sive *vel* quove' LSp. — quod . . . habet] Turnebus, quos habent libri. '*fort.* quod is . . . habet' LSp. — 11 is] ager is M, is ager Laetus. — 13 dictus] dictus est Laetus. — in qua terra Turnebi codex. — 14 alii quod] LSp *ex* F *in quo est* aliquod *ut in* GV, aliquid HMp, aut quod Turnebus. *conf.* LSp Über d. Kritik p. 40—42. G. Thilo Annal. philol. 71 p. 533. — ΑΓΡΟ *FMV*, ΑLΡΟ *p*. — 15 quo] Turnebus, quod libri. — sic[i]qua F, i *add. m.* 2 — agi actus] agitatus BHVap, agitus G. — 18 '*fort.* inde quadratum' LSp. — esset] ē& F, esset ceteri. 'esse pedes *latere vidit* Hultsch Philol. 22, 346; *conf.* VII § 15. *sed malim*: ut quadratus actus et latus et longus esset pedes CXX' LSp.

duodecim decuriis actus. Iugerum dictum iunctis duobus ac- § 35
tibus quadratis. Centuria primum a centum iugeribus dicta (p. 37 Sp.[1])
est, post duplicata retinuit nomen, ut tribus [actibus] multipli-
catae idem tenent nomen. Ut qua agebant Actus, sic qua vehe-
bant, [actus] Viae dictae; quo fructus convehebant, Villae. qua
ibant ab itu Iter appellarunt; qua id anguste, Semita, ut se-
miter dictum. Ager cultus ab eo quod ibi cum terra semina § 36
coalescebant, et ab inconsitus incultus. Quod primum ex agro
plano fructus capiebant, Campus dictus; posteaquam proxuma
superiora loca colere coeperunt, a colendo Colles appellarunt;
quos agros non colebant propter silvas aut id genus, ubi pecus (p. 38 Sp.[1])
possit pasci, et possidebant, ab usu *salvo* Saltus nominarunt.
haec etiam Graeci *νέμη*, nostri Nemora. Ager quod videbatur § 37
pecudum ac pecuniae esse fundamentum, Fundus dictus, aut
quod fundit quotquot annis multa. Vineta ac Vineae a vite
multa. Vitis a vino, id a vi; hinc Vindemia quod est vini-
demia aut vitidemia. Seges ab satu, id est semine. Semen
quod non plane id quod inde. hinc Seminaria, Sementis,
item alia. Quod segetes ferunt, Fruges, a fruendo Fructus,
a spe Spicae, ubi et Culmi, quod in summo campo nascun- (p. 39 Sp.[1])
tur et summum culmen. Ubi frumenta secta, ut terantur § 38

---

1 actum *corr. ex* actus F, actus ceteri. *fort. del.* actus *ut ex marg. illatum* (actum LSp). — 2 primum a] LSp, primo a vulg. prima F M V a b c p, primo G, primum H. — 3 est] *fort.* et. — actibus] *om.* vulg. *ex* B, a tribus Lachmann. actibus *alia lectio videtur esse pro* iugeribus, *quod vocabulum paulo ante legitur.* — 4 qua] Augustinus, quo libri. — uehebant] uehe *litt. eras. in* F. — 5 actus] *om.* Laetus. — quo] Aldus, quod libri. — conuehant H, conueheant V. — 6 ab itu] Laetus, ab habitu libri (ab abitu G H V). — semiiter vulg. *ex* B. — 8 ab] libri, ab eo quod Laetus *cum* B. '*fort.* ab *del.*' LSp. — 10 ceperunt F. — 11 id genus] *intellige* propter id genus. — 12 posset Müller. — salvo] Lachmann, suo libri. *conf.* LSp. Über d. Kritik p. 42. — 13 etiam *om.* Aldus. — greci F. '*fort.* quod Graeci' LSp. — *νέμη*] Lachmann, NhMh F (*in ras.*) M V, *νομάς* Rholandellus, *ἄλσεα καὶ νομάς* B *et praemisso τὰ* vulg., *lacuna in ceteris.* — 14 pecodum F. — 15 fundat Laetus. — multa·R·uineta F (R *add. man.* 2). — 18 plene Müller. — sementis] LSp., sementem libri, sementum H, sementes Laetus. — 20 ubi] eae ubi Lachmann Mus. Rhen. II, 1843 p. 361. '*fort. del.* (*cf.* R. R. 1, 48) *nisi aliquid intercidit.*' LSp. *an fuit* a spe spicae, a culmine culmi? — campo] scapo Scioppius. — 21 sumum F.

arescunt, Area. Propter horum similitudinem in urbe loca
pura Areae; a quo potest etiam Ara Deum quod pura, nisi
potius ab ardore, ad quem ut sit fit ara; a quo ipsa area non
§ 39 abest, quod qui arefacit ardor est solis. Ager Restibilis qui
restituitur ac reseritur quotquot annis; contra qui intermittitur
a novando Novalis ager. Arvus et Arationes ab arando; ab
eo quod aratri vomer sustulit, Sulcus; quo ea terra iacta, id
§ 40 est proiecta, Porca. Prata dicta ab eo, quod sine opere parata.
(p. 40 Sp.[1]) Quod in agris quotquot annis rursum facienda eadem, ut rursum capias fructus, appellata Rura. dividi *esse iussum* scribit Sulpicius plebei rura largiter ad aream. Praedia dicta, item ut Praedes, a praestando, quod ea pignore data publice mancupis fidem praestent.

§ 41 7. Ubi nunc est Roma Septimontium nominatum ab tot mon-
(p. 41 Sp.[1]) tibus quos postea urbs muris comprehendit, e quis Capitolinus
dictus, quod hic, cum fundamenta foderentur aedis Iovis, caput
(p. 48 Sp.[1]) humanum dicitur inventum. hic mons ante Tarpeius dictus

---

1 arescunt] LSp Über d. Kritik p. 42 sq., Thilo p. 534 sq. et arescant libri. — '*fort.* harum' LSp. — 3 adque ut sic fiat are. a quo Lachmann. — fit] *sic etiam* F. — 7 sulcus] Laetus, sulcos libri. — 8 proiecta] porrecta Augustinus. — sine opera B, sint Scioppius. — 9 rursum rursum F *sub finem et ab initio versus.* — 10 dividi esse iussum] *scripsi,* diuidit in eos eius libri. cum *pro* eius Laetus, agros cum vulg. *ex* B. *praeterea* i rura F (i *add. man. ut vid.* 2), dividi tamen esse ius Lachmann, dividit ilico Siccius Müller. *conf.* LSp Über d. Kritik p. 43, Thilo p. 535. — 11 largitur GHMVabc, largitatur p. — predia F. — 12 pignore] '*id est* pignorei' LSp, pignori vulg. *cf.* Aug. Müller p. 26. — mancupis] Gesner *s. v.* praedium, mancupes libri, mancupi Vertranius. — 14 Septimontium] Turnebus, septem montium F *cum omnibus libris,* erat olim Septimontium Müller, *pro quo* Septimontium olim *vel* antea Septimontium *malim.* Septimontium [olim erat. Septimontium] nominatum LSp *olim* Emend. Varr. sp. p. 18 not. *de foliorum traiectione vid. supra* § 23. *in libris legitur* septem montium demissior *e. q. s.* — 14 nominatus M, sunt et nomina Laetus, '*fort.* nomina tum' LSp. *conf.* Philol. 32, 92. — 15 Capitolinus dictus] *scripsi,* Capitolinum dictum libri, '*fort.* Capitolinum dicunt *vel* Capitolinus a Capitolio, Capitolium dictum' LSp. *ego bis* us *scripsi pro* um, *quod hae syllabae terminantes aliquot locis vix distingui possunt in* F. *ab hoc voc. incipit frag. Casinense, de quo v.* LSp Über d. Kritik p. 47—54, H. Keil Mus. Rhen. VI, 142—45. — 16 iouis] *sic etiam* F. — 17 hic] hinc F, Epitome, *sed ceteri* hic. —

a virgine Vestale Tarpeia, quae ibi ab Savinis necata armis
et sepulta, cuius nominis monimentum relictum, quod etiam
nunc eius rupes Tarpeium appellatur saxum. Hunc antea § 42
montem Saturnium appellatum prodiderunt et ab eo late Saturniam terram, ut etiam Ennius appellat. antiquum oppidum in hoc fuisse Saturniam scribitur. eius vestigia etiam nunc manent tria, quod Saturni fanum in faucibus, quod Saturnia porta quam Iunius scribit ibi, quam nunc vocant Pandanam, quod post aedem Saturni in aedificiorum legibus privatis parietes postici Muri sunt scripti. Aventinum aliquot de causis § 43
dicunt. Naevius ab avibus quod eo se ab Tiberi ferrent aves, (p. 49 Sp.[1])
alii ab rege Aventino Albano, quod [*ibi*] sit sepultus, alii Aventinum ab adventu hominum, quod commune Latinorum ibi Dianae templum sit constitutum. Ego maxime puto [quod] ab advectu; nam olim paludibus mons erat ab reliquis disclusus. itaque eo ex urbe advehebantur ratibus, cuius vestigia, quod ea qua *vec*tum, dicitur velabrum, et unde escendebant (p. 50 Sp.[1])
ad infimam novam viam, locus sacellum Velabrum. Velabrum § 44
a vehendo. Velaturam facere etiam nunc dicuntur qui id mer-

F fol. 4b ibi dianae.

---

1 vestali Laetus. — sauinis] *sic* FVp. — necata armis necataque sepulta *Epitome, unde* atque sepulta Brink. — 4 late] Latium Brink. — saturnam F (Groth). — 5 antiquum] a *in ras.* F. — 6 in hoc . . Saturniam] vulg. *ex* B, in hac . . . saturnia libri. — 8 uocamus Epitome. — 10 muri Saturnii sunt scripti Brink. *conf.* Christ Philol. XVI p. 454. — 11 neuius F. — tyberi F. — 12 ab rege albanorum auentino Epitome, '*fort.* ab Aventino rege Albanorum' LSp. — ibi] *addidit* Laetus, *om.* libri. — 13 aduentinum M *recte ut vid.* — comune F. — 14 quod *om.* M, Laetus, '*fort.* ab eo quod advectum' LSp. quod *servandum putant* Müller, Groth. — 16 advehebantur] qui advehebantur ratibus, quadrantem solvebant M, Laetus. — 17 quod de aqua tum Turnebus. — qua vectum] LSp, quatum F, qua tum vehebantur etiam nunc Müller, qua tum ratibus transibant Huschke Serv. I p. 90 — dicitur] itur Aldus, ibatur Vertranius, tum descendebant et unde ascendebant B *et in marg.* vulg. — ascendebant M, Laetus, Epitome. — 18 infimam] Turnebus, fimam libri, rumam M, Laetus. — locus qui dicitur sacellum Epitome. — Velabrum] *priore loco* labrum libri, larum vulg. *ex* B, labrum velabrum Laetus.

cede faciunt. Merces [dicitur a merendo et aere] huic vecturae qui ratibus transibant quadrans. ab eo Lucilius scripsit quadrantis ratiti.

§ 45 8. Reliqua urbis loca olim discreta, cum Argeorum sacraria septem et viginti in [*quattuor*] partis urbis sunt dis-
(p. 51 Sp.[1]) posita. Argeos dictos putant a principibus, qui cum Ercule Argivo venerunt Romam et in Saturnia subsederunt. e quis prima scripta est regio Suburana, secunda Esquilina, tertia
§ 46 Collina, quarta Palatina. In Suburanae regionis parte princeps est Caelius mons a Cele Vibenna, Tusco duce nobili, qui cum sua manu dicitur Romulo venisse auxilio contra Tatium regem. hinc post Celis obitum quod nimis munita loca tenerent neque sine suspicione essent, deducti dicuntur in planum. Ab eis dictus vicus Tuscus, et ideo ibi Vortum-

---

1 dicitur a merendo et aere] *haec verba delevi ut huic loco minime apta.* § 178 *Varro:* merces a merendo. — aere] ere F. — huc vectura Madvig Adv. II, 167, *conf.* Reiter quaest. p. 99, Jordan Top. II, 600. — 2 qui] *non opus vid. scribi* qua, *sed aut est* merces erat eis qui *aut* vecturae quî, *cuius formae exempla congesta sunt apud* Reiter. p. 101 not. — '*verba* huic vecturae . . ratiti *exspectamus potius supra post* advehebantur ratibus *sic fere:* huic vecturae quadrans. ab eo Lucilius quod ratibus transibant, scripsit quadrantis ratiti' LSp. — 5 septem] quattuor Mommsen Tribus p. 213, Huschke Serv. I p. 207, Schwegler R. G. I 376 sq., Marquardt Handb. d. röm. Altert. Bd. 4. § 200 f. *etiam infra* VII § 44 *in* F *est* XXVII, *non* XXIV. *sed facile confunduntur* XXIIII *et* XXUII *numeri.* — septem et viginti in] LSp, in septem et uiginti libri. *praeterea* idem: in [quattuor] partis urbis essent disposita. quattuor *om.* libri. *conf.* Jordan Top. II, 238, *qui et ipse* sacraria XXIIII in IIII partis. — urbis] Laetus, urbi libri. — sint Laetus. — 6 ercule] *sic* F. — 7 Argivo] '*exspectes* Argis *vel* Argivi' LSp. — Romam] '*fort. del.*' LSp. — 8 est scripta Laetus. — Suburana] vulg., suburḅaṇa F[2], suburbana F[1] *cum ceteris.* — 9 Suburanae] vulg. *ex* B, suburbanae libri, '*fort.* primae Suburanae regionis pars *vel* primae Suburanae regionis Celius mons' LSp. — 10 celius libri *et hic et infra.* — Cele] celi V, celio Laetus. *conf.* Nieb. I, 396, Müller Die Etrusker I[2] (ed. Deecke) p. 110 sq., adn. 125 *et* 128. — uibenna Epitome, uibenno libri (celeuibenno F). — 12 Tatium] Puccius, Sabinum vulg. *ex* B, latinum libri. 'Varro tamen dicit Romulum dimicatum contra Titum Tatium a Lucumonibus, hoc est Tuscis, auxilium postulasse, unde quidam venit cum exercitu, cui recepto iam Tatio pars urbis est data, a quo in urbe Tuscus dictus est vicus' Servius Aen. V, 560. — post] potest F[1], post F[2]. — celis B, vulg. *in marg.*, Caelis Jordan, Groth, celii libri, *nisi quod* celi V. — 14 ideo] *om.* GH Epitome.

num stare quod is deus Etruriae princeps; de Caelianis qui (p. 52 Sp.[1]) a suspicione liberi essent, traductos in eum locum qui vocatur Caeliolus. Cum Caelio coniunctum Carinae et inter eas § 47 quem locum Ceroniensem appellatum apparet, quod primae regionis quartum sacrarium scriptum sic est:

CEROLIENSIS QUARTICEPS CIRCA MINERVIUM QUA IN CAELIO MONTE ITUR IN TABERNOLA EST.

Ceroliensis a carinarum iunctu dictus; Carinae postea Cerio- (p. 53 Sp.[1]) nia, quod hinc oritur caput sacrae viae ab Streniae sacello quae pertinet in arcem, qua sacra quotquot mensibus feruntur in arcem et per quam augures ex arce profecti solent inaugurare. Huius sacrae viae pars haec sola volgo nota, quae est a foro eunti primore clivo. Eidem regioni adtributa § 48 Subura quod sub muro terreo Carinarum; in eo est Argeorum sacellum sextum. Subura Iunius scribit ab eo, quod fuerit sub antiqua urbe; cui testimonium potest esse, quod subest ei loco qui terreus murus vocatur. Sed [*ego a*] pago potius Succusano dictam puto. Succusanus nunc scribitur tertia lit- (p. 54 Sp.[1])

---

1 Etruriae. Principes de vulg. *ex* B. — celianis F. — 3 celiolus M, Laetus, celiolum ceteri. '*fort.* quem vocant Caeliolum' LSp. *vid. supra ad* p. 16, 15. LSp Philol. XXXII p. 97 sq. Jordan p. 245 f. — celio Laetus, celion libri, celio nunc Bunsen Rom. descr. I, 691. — coniunctim p, coniunctae vulg. *ex* B. coniunctum. Huic iunctae Müller. — 4 ceroliensem vulg., caeliolensem Brink (*et infra* caeliolense *et* caeliolensis). — 6 ceroliensis] Laetus, ceroliensis libri. — quarticeps] vulg., quae triceps libri, quod triceps Epitome, quatriceps Laetus. — circa] cis Jordan. *conf.* LSp Philol. XXXII p. 96 sq. — 7 in] e Müller. — celio monte libri, coelium montem vulg. — itur] itir G, iter Müller. — 8 cerulensis FMVacp, ceruliensis G. — carinarum] carinęrum F (ę *in ras. script. teste* Groth.), carinerum MVp. dictus Carinae, postea sacra via, quod hic Bunsen, carinae potest (*vel* possunt) a cerimonia *quidam. conf.* Becker I, 225, Jordan II, 246, LSp Philol. XXXII, 98. *vid. etiam* Christ Philol. XVI, 461, LSp XVII, 297 sq., Reiter quaest. p. 106. *fort.* Carinae pote a caerimonia, quod *coll.* V § 21 *et* 24; VII § 94 *al.* — Carinae] *del.* LSp. — 9 hinc] *om.* B, '*fort.* hic' LSp. — 10 arcem] Epitome, vulg., arce libri. — 13 primore] Aldus, proximo vulg. *ex* B, primoro libri *praeter* p *in quo est* primo rodiuo. *ceterum cf.* Neue II[2] p. 86. — 14 quod] '*fort. del.*' LSp, quae Christ Philol. XVI, 462, *conf.* LSp XVII, 300. — ea vulg. — 17 ei] Victorius, et libri, *om.* Epitome. — ei locus Scioppius. — ego a] *add.* Laetus, a *add.* Epitome, *om. ceteri.* — 18 puto. Succusanus] *scripsi, quod etiam* Subcusanus *scribi potest;* puto Succusam

tera C, non B. Pagus Succusanus quod succurrit Carinis.
§ 49 Secundae regionis Esquiliae. alii has scripserunt ab excubiis regis dictas, alii ab eo quod aescul[*is consi*]tae a rege Tullio essent. Huic origini magis concinunt loci vicini, quod ibi lucus dicitur facutalis et Larum Querquetulanum sacellum et lucus Mefitis et Iunonis Lucinae, quorum angusti fines. non
§ 50 mirum; iam diu enim late avaritia *usa* est. Esquiliae duo
(p. 55 Sp.[1]) montes habiti, quod pars Cespeus mons suo antiquo nomine etiam nunc in sacris appellatur. In sacris Argeorum scriptum sic est:

OPPIUS MONS PRINCEPS ESQUILIS OULS LUCUM FACUTALEM SINISTRA QUAE SECUNDUM MOERUM EST.

(p. 56 Sp.[1]) OPPIUS MONS TERTICEPS CIS LUCUM ESQUILINUM DEXTERIOR VIA IN TABERNOLA EST.

OPPIUS MONS QUARTICEPS CIS LUCUM ESQUILINUM VIAM DEXTERIOREM IN FIGLINIS EST.

---

libri, puto. SUC LSp. — scribitur tertia F, *ut trium fere litterarum spat. intersit, quare* Mercklin Philol. XIII, 692 *coll.* Quint. Inst. 1, 7 *proposuit:* nunc scribitur SVC tertia. *si quid latet in isto spatio, malim:* Succusano dictam puto Sucuram. nunc scribitur SUB, tertia littera B non C. — 2 Esquiliae] LSp, esquilinae F, exquilinae *alii. praeterea* sec. reg. Esquilinae Esquiliae LSp. — 3 regis] '*id est* regiis' LSp. — aesculis consitae] *scripsi,* excultae libri, alii ab aesculetis *post* essent *supplet* Müller, quod esculetis excultae Brink. *conf.* Becker de Romae muris p. 105. — Tulio M, Tullo G, Laetus. — 4 loci] *scripsi, conf.* Neue Formenl. I^2 p. 540, luci Laetus, loca libri. — 5 lucus] Laetus, lacus F Epitome, locus ceteri. — dicitur] *om.* Laetus. — querquetulanum *corr. ex* querquetulanus F. — sacellum *corr. ex* si sacellum F (Groth), est sacellum Epitome. — 7 usa] *vel* aucta *conieci,* unȩ FH, une MVc, uue p, unde a, undae G, nunc B, Laetus, *om.* Epitome auaritiȩa ē *exhibens.* latae .. viae Turnebus, '*fort.* lata avaritiae via' LSp, invasit (*pro* unae est) Groth *dubitans.* — 8 quod] '*fort.* quorum' LSp. — pars] pars Oppius pars Müller. — 10 sic est] est sic Laetus. — 11 esquilis ouls] Müller, quilis ouis libri, esquilis cis Hartung, Corssen. *conf.* Jordan Topogr. II, 242 sq. — lucum facutalem] Laetus, lacum facultatem libri. — 12 quae] via Scioppius. — secundum] sub M, Laetus. — merum libri. — est] '*secundi sacrarii mentio Oppii montis intercidit, quam* vulg. *ex* B *sic supplet:* Oppius mons bicepsos simplex' LSp. — 13 terticeps cis] Müller, terticepsois libri. — lucum] Aldus, lacum libri. — 15 quarticeps cis] Müller, quatricepsos libri. — lucum] Laetus, lacum libri. — 16 via dexterior vulg.

CESPIUS MONS QUINTICEPS CIS LUCUM POETELIUM ESQUILIIS EST.

CESPIUS MONS SEXTICEPS APUD AEDEM IUNONIS LU- (p. 57 Sp.[1]) CINAE UBI AEDITUMUS HABERE SOLET.

Tertiae regionis colles quinque ab deorum fanis appellati, § 51 e quis nobiles duo. Collis Viminalis a Iove Viminio quod ibi arae. sunt qui, quod ibi vimineta fuerint. Collis Quirinalis; Quirini fanum. sunt qui a Quiritibus, qui cum Tatio Curibus venerunt Romam, quod ibi habuerint castra. quod § 52 vocabulum coniunctarum regionum nomina obliteravit. dictos (p. 58 Sp.[1]) enim collis pluris apparet ex Argeorum sacrificiis, in quibus scriptum sic est:

COLLIS QUIRINALIS TERTICEPS CIS AEDEM QUIRINI.

COLLIS SALUTARIS QUARTICEPS ADVERSUM APOLLINAR CIS AEDEM SALUTIS.

COLLIS MUCIALIS QUINTICEPS APUD AEDEM DEI FIDEI IN DELUBRO UBI AEDITUMUS HABERE SOLET.

F fol. 5 in quibus . . . hoc vidisse.

---

1 cespius] Müller, sceptius libri. — quinticeps cis] Müller, quinticepsois libri. — lucum] Laetus, lacum libri. — 2 Esquiliis] Bunsen, esquilinis libri, esquilinus p, Laetus. *lacunam ante hoc vocab. indic.* Müller. — 6 duo. collis LSp, duo colles libri. — viminalis] Laetus, uiminales libri. — viminio] vulg. *ex* B, uimino libri. — quod] quoi Müller. *an* quoius? — 7 arae] '*fort.* ara eius, *quorum posterius etiam* Brink *dedit*' LSp. *cf.* § 163. — vimineta] G vulg., uiminacta F (Keil *et* ASp), uiminata F (Groth), uimina H, uiminata ceteri, vimina nata Laetus. — fuerunt G. — collis] Laetus, colles libri. — 8 quod ibi *post* Quirinalis *add.* LSp, ob Müller. — Quiritibus] Curetibus vulg. *ex* B. *conf.* Serv. Aen. VII, 710. — 9 curibus] quirribus G. — Romam] Laetus, ab roma libri. *del.* Jordan. '*an* ab Romo *supra post* Quirinalis *ponendum?*' LSp. — habuerunt G Epitome, Laetus, habuere H. — 11 sacrificiis] sacris Scioppius, '*fort.* sacrariis' LSp. — 13 terticeps cis] Müller, terticepsois libri. — edem F. '*prima duo sacraria collis Viminalis desiderantur et fort. Quirinalis secundum*' LSp. — 14 apollinar cis] *praemisso* est Müller, est pilonaris libri *praeter* G *in quo:* est polinarois *exstat.* est pulvinar cis Bunsen, Solis pulvinar cis C. F. Hermann. — 15 edem F. — 16 mucialis] martialis Scaliger. *conf.* Jordan II, 264. — edem F. — Dei Fidei] LSp, dei de fidi libri, dei fidii Laetus. — 18 editumus F.

COLLIS LATIARIS SEXTICEPS IN VICO INSTELANO
(p. 59 Sp.[1]) SUMMO APUD AURACULUM AEDIFICIUM SOLUM
EST.

Horum deorum arae, a quibus cognomina habent, in eius re-
§ 53 gionis partibus sunt. Quartae regionis Palatium, quod Pal-
lantes cum Evandro venerunt, qui et Palatini; [*alii quod Pa-
latini,*] aborigines ex agro Reatino, qui appellatur Palatium,
ibi consederunt; sed hoc alii a Palantio uxore Latini putarunt.
eundem hunc locum a pecore dictum putant quidam; itaque
§ 54 Naevius Balatium appellat. Huic Cermalum et Velias con-
(p. 60 Sp.[1]) iunxerunt, quod in hac regione scriptum est:

GERMALENSE QUINTICEPS APUD AEDEM ROMULI.

et

VELIENSE SEXTICEPS IN VELIA APUD AEDEM DEUM
PENATIUM.

Germalum a germanis Romulo et Remo, quod ad ficum rumi-
(p. 61 Sp.[1]) nalem, et ii ibi inventi, quo aqua hiberna Tiberis eos detu-
lerat in alveolo expositos. Veliae unde essent plures accepi
causas, in quis quod ibi pastores Palatini ex ovibus ante ton-
suram inventam vellere lanam sint soliti, a quo Vellera di-
cuntur.

§ 55 9. Ager Romanus primum divisus in partis tris, a quo

---

1 colles F *cum multis.* — latiaris] M, Laetus, latioris *corr. ex* latiores F, latiores *vel* latioris ceteri. — in stegano Epitome, mustellario vulg. *ex* B, instellario B *in marg. conf.* Jordan p. 263. — 2 auraclum Epitome, turaculum M, Laetus, auguraculum Turnebus. — 4 arae *vel* areae *corr. ex* are (*h. e.* are^{ae}) F^{1}. — eius] *om.* G. '*fort.* ieis' LSp. — regionis] qua Epitome. — 5 pallantes (*obducto altero* l) F, pallantes a, palantes ceteri, Palantieis Müller. — 6 Evandro] *fort.* Evandro eo. — qui et] aut quod vulg. *ex* B, '*fort.* sunt qui quod et' LSp. — alii quod Palatini] *vel certe* alii quod *addenda putavi.* — 8 consederunt] Epitome, M, Laetus, consedunt G, conserunt F *cum ceteris.* — palantio] F c, pallantio H a, palantia V b, pallantia G. Palanto Müller. *conf.* Serv. Aen. VIII, 51. — 10 neuius F. — uellias F G H V p. — 11 regione] religione F G H V p, regione sacriportus est (*omisso* scriptum) M, regione sacriportus est et in ea sic Laetus. — 12 germalensis vulg. — 14 veliense] Bentinus uelienses libri. — edem F. — 16 '*fort.* Germalus' LSp. — 17 ii] hi GV, hii p. *in* F *pro* ii *etiam* II (*h. e.* duo) *legi potest* (Keil). et ii *om.* Epitome, Scioppius. — 19 ovibus] Victorius, quibus libri. — 20 vellera] Laetus, uelle inera F, uellaera Epitome, uellemera V p, uelle in aera G H.

tribus appellata Titiensium, Ramnium, Lucerum. nominati, ut ait Ennius, Titienses ab Tatio, Ramnenses ab Romulo, Luceres, ut Iunius, ab Lucumone; sed omnia haec vocabula tusca, ut Volnius, qui tragoedias tuscas scripsit, dicebat. Ab hoc § 56 **quattuor quoque partis urbis tribus dictae, ab locis Suburana,** (p. 62 Sp.[1]) **Palatina, Esquilina, Collina, quinta, quod sub Roma, Romilia; sic reliquae triginta ab his rebus quibus in tribum libro scripsi.**

10. Quod ad loca quaeque his coniuncta fuerunt, dixi; § 57 **nunc de his quae in locis esse solent immortalia et mortalia expediam, ita ut prius quod ad deos pertinet dicam. Principes dei Caelum et Terra. hi dei idem qui Aegypti Serapis** (p. 63 Sp.[1]) **et Isis, etsi Arpocrates digito significat, ut taceam. idem principes in Latio Saturnus et Ops. Terra enim et Caelum, ut** § 58 **Samothracum initia docent, sunt Dei Magni, et hi quos dixi multis nominibus, non quas Samothracia ante portum statuit duas virilis species aeneas Dei Magni, neque ut volgus putat,**

1 appellatae vulg. *ex* B. — Titiensium] LSp, Groth, tatiensium libri. *conf.* § 81, 89, 91. Fest. p. 366, 10 M.; Liv. I, 13, 8. '*conicias* Ramnium Titiensium, *sed etiam infra* § 89 *et* 91 *istum ordinem sequitur*' LSp. — nominati] *sive* nominatei LSp, nominatae libri. — 2 titienses] F M p, tatiens H, tacienses V, Laetus, ticenses a, taciensis b, tacies B. — titiensis . . ramnensis Epitome, Becker antiquit. II, 1, 18 — ab T. Tatio Groth. — Ramnes B, vulg. *in marg.* — 3 iunis *corr. ex* iunius *ut vid.* F (Groth). — 4 uoluius p, Volumnius Laetus. — tragędias F. — 5 quattuor quoque] Epitome H a c F *in quo* "quoque quattuor" *est,* quoque quattuor ceteri *fort. vere, conf. infr. ad* § 69. — *post* dictae *interpunxit* Groth, *vulgo post* locis. — 6 'palatina *post* collina vulg. *ex* B, *quod verum puto*' LSp. collina exquilina Epitome. — 7 reliqua G H a b c, reliqua *corr. ex* reliquae F. — triginta] Turnebus, trita libri (tria H, terta M), tribus Laetus. — tribuum Laetus. *de forma contracta vid.* Kettner Krit. Bemerk. p. 13, Neue Formenl. I[1] p. 370 sq. — libro] Epitome, libris Laetus, libros F *cum ceteris.* — 8 his] hiis V, iis Laetus. — 9 hiis V. — 11 qui Aegypti] quia egipti F V p. '*fort.* Aegyptis, *sed vid.* § 79' LSp. — 12 etsi] et ste vulg. — Arpocrates] *conf.* Aug. Müller p. 17. — taceam] Turnebus, tatas eam F H V p, catas eam G. — significat qui sunt Taautes et Astarte (Aschartem B) apud Phoenicas ut vulg. *ex* B. — 13 obs F. — 14 Samothracum] Laetus, mothracum libri. — 15 Samothracia] Laetus, ambracia F *cum ceteris,* Imbrasia Scaliger. — portas libri. 'portum *scribe* cum Salmas. ad Script. H. A. p. 40. *conf.* Serv. Aen. III, 12. *non recte* Lobeck Aglaoph. p. 1244' LSp. — 16 magni] Laetus, imagini libri. '*his addas verba* qui Castor et Pollux *quae infra sequuntur*' LSp. dei magni *abundare videntur.*

(p. 61 Sp.[1]) hi Samothraces dii, qui Castor et Pollux, sed hi mas et femina et hi quos Augurum libri scriptos habent sic DIVI QUI POTES
§ 59 pro illo quod Samothraces THEOE DYNATOE. Haec duo Caelum et Terra, quod anima et corpus. Humidum et frigidum terra, sive

Ova parire solet genus pennis condecoratum
Non animam,

ut ait Ennius, et:

postinde venit divinitus pullis
Ipsa anima

(p. 65 Sp.[1]) sive, ut Zenon Citieus, animalium semen ignis is qui anima ac mens, qui caldor e caelo, quod hinc innumerabiles et immortales ignes. itaque Epicharmus, [*cum*] dicit de mente humana, ait:

Istic est de sole sumptus ignis

idem *de* sole:

isque totus mentis est,

---

1 samotraces F. — 2 divi potes Laetus. — 3 samotraces F. — THEOEδyNATOE F, *quae forma ut servetur etiam* Groth *suadet coll.* § 101, X § 43, Neue Formenl. I^2, 131. *conf.* Christ Philol. XVI, 455, LSp XVII, 290. — haec duo] '*fort.* hi duo' LSp. — 4 terra] eaque corpus, caldor caeli et inde anima *addit* Müller. — 6 parire] Laetus, parere libri. *conf.* Reiter quaest. p. 91 sq. — 8 et] *Ennii verbis adiunxerunt* Lachmann ad Lucr. I, 117, Vahlen Enn. Ann. 10. — 9 post inde libri. — pullis] insinuans se *add.* Laetus. — 11 Citieus] vulg., citus libri. — is] *fort. del.* — anima] Laetus, animam libri. — 12 caldor e] caldore F. — hinc] F *cum multis,* hic *alii,* huic Haupt Opusc. II, 193 *ex coniectura* Lachmanni. — et] ac Laetus. — 13 Epicharmus Enni vulg. *ex* B, Groth. — cum] *add.* LSp. — 14 ait] *om.* Laetus *sic verba ponens:* Epicarmus de mente humana dicit. Istic. *fort.* Epich. dic. d. m. humana: At istic. — 16 '*fort.* idem de sole *nisi verba* ignis, id est sol est *explicandi causa addita sunt*' LSp, Idem solem (*cum puncto ante* Idem) F *cum ceteris nisi quod* id est sol est GHa, Rholandellus, idem solem adserit vulg. *ex* B. *conf.* Priscian. VII, 764 P., Vahlen p. 168. *ceterum nihil obstat quin hic fuerit versus Ennianus:* Istic (*vel* At istic) est de sole sumptus isque totus mentis est *praemisso* ignis *aliquo praecedentis versus loco. ita etiam* Vahlen Enn. poes. rel. p. XXII *et* 168 Bergkio *duce. totum locum sic constituit* Groth: Itaque Epicharmus Enni de mente humana ait: Istic est de sole sumptus (ignis idem ac sol est) isque totus mentis est. *conf. etiam* Haupt l. c. — 17 totus] actus vulg. *ex* B.

ut humores frigidae sunt humi, ut supra ostendi. Quibus iuncti § 60 caelum et terra omnia exgenuerunt, quod per hos natura

Frigori miscet calorem atque humori aritudinem. (p. 66 Sp.[1])

Recte igitur Pacuius quod ait:

animam aether adiugat,

et Ennius terram corpus quae dederit, ipsam capere, neque dispendi facere hilum. Animae et corporis discessus quod natis is exitus, inde Exitium, ut cum in unum ineunt, Initia. Inde omne corpus, ubi nimius ardor aut hu- § 61 mor, aut interit, aut si manet, sterile. cui testis aestas et (p. 67 Sp.[1]) hiems, quod in altera aer ardet et spica aret, in altera natura ad nascenda cum imbre et frigore luctare non volt et potius ver expectat. Igitur duplex causa nascendi ignis et aqua. ideo ea nuptiis in limine adhibentur, quod coniungitur hic, et mas ignis quod ibi semen, aqua femina quod fetus ab eius humore, et horum vinctionis vis Venus. hinc [*apud*] comicos § 62 huic victrix Venus. videsne haec non quod vincere velit (p. 68 Sp.[1])

F fol. 5 b. et frigore.

1 qui Christ. — iunctis Müller. — 2 ex se genuerunt Laetus. — 3 immiscet Laetus. — calorem *corr. ex* calori F. — homori F M V p. — 5 pacuius F V p, pacuuius ceteri. — 6 anima V a, anime p. — ether F. — adiugat F V p, adiungat ceteri. — 7 dederit] Scaliger *ex* IX § 54, peperit G H, deperit F *cum ceteris. talis haud dubie fuit Ennii versus:* Quae dedit ipsa capit neque dispendi facit hilum. — 9 natis is exitus] Scioppius, nateis sit exitus vulg., nati sis exius F (*alii ut* V p nati si secius), natis exit unde B. *fort.* is *del.* — 10 initia] '*rectius* initium' LSp. — ubi nimius] nisi minus p. — 11 aut manet vulg. — 12 hiemps *corr. ex* hiems F. — quod in altero F *cum plerisque.* — 13 ad nascendum Laetus, adnascenda Groth *coll.* R. R. III, 16, 29. *vid.* Neue Formenl. II[2] p. 347. — potius ver] Aldus, totius uere libri. — 14 causa" duplex" F, *et sine nota* V p, causa nascendi duplex M, Laetus. — 15 ea] et V p. — nuptii p, in nuptiis G b Laetus. *conf.* Plaut. Aul. II, 4, 16, II, 8, 2 *al.* — coniungitur] *scripsi,* coniungit libri (*conf.* § 88 ut in villa coniungitur). — hic] hinc H, Augustinus, hic *cum lac.* G *et in marg.* venus. '*fort.* hic mas (*del.* et)' LSp. — 16 mas] G H a, mars F. — 17 horum] eius M, Laetus. — vinctionis vis] Müller, iunctionis vis Turnebus, uinctione suis F *ut vid.*, iunctione suis alii, iunctione sumit G M, Laetus. — apud comicos] *scripsi,* comicos F *cum aliis,* comites V p, coitus Rholandellus, comicus Laetus. — 18 huic] hui Lachmann ad Lucr. p. 311, Ribb. Com. fr.[2] p. 114. *fort. del.* — haec]

Venus, sed vincire? Ipsa Victoria ab eo quod superati vinciuntur. utrique testis poesis quod et Victoria et Venus dicitur caeligena; Tellus enim quod prima vincta Caelo, Victoria ex eo. ideo haec cum corona et palma, quod corona vinclum capitis et ipsa a vinctura dicitur vieri [est vinciri]; a quo est in Sota Enni:

Ibant malaci viere Veneriam corollam.

(p. 69 Sp.[1]) Palmam quod ex utraque parte natura vincta habet paria folia.

§ 63 Poetae de caelo quod semen igneum cecidisse dicunt in mare ac natam e spumis Venerem, coniunctione ignis et humor quam habent vim significant esse Veneris. a qua vi natis dicta Vita et illud a Lucilio:

Vis est vita, vides? vis nos facere omnia cogit.

§ 64 Quare quod caelum principium, ab satu est dictus Saturnus, et quod ignis, Saturnalibus cerei superioribus mittuntur. Terra (p. 70 Sp.[1]) Ops, quod hic omne opus et hac opus ad vivendum, et ideo dicitur Ops mater, quod terra mater. haec enim

[terris] gentis omnis peperit et resumit denuo,
Quae dat cibaria

ut ait Ennius; quae quod gerit fruges, Ceres. antiquis enim *C*

§ 65 quod nunc *G*. Idem hi dei Caelum et Terra Iupiter et Iuno, quod ut ait Ennius:

---

scil. dicta esse. *verba enim* videsne h. *quae vulgo poetae verbis addebantur, ab his seiuncta cum sequentibus continuavi.* — 2 testis] testes F (Groth). — 3 caeligena *corr. ex* paeligena *ut vid.* F (Keil). — 5 capitis] *scil.* est. — uiere est uincire (uincere F *cum plerisque*) libri. *et haec verba et supra* a (*ante* vinctura) *del.* LSp *addens: 'si vera sunt, post* corollam *ponas.'* vieri id est vinciri Scioppius. *ego delevi* est vincire. *ceterum* enim *pro* est M. — 6 sota] sotadico Scaliger, asoto Aldus. — Enni] ennii Gbc, ennius Ha, Eum p, enim M. — 7 mala ciuiere FGHMVa. — 8 palma Scaliger, palmam dicunt vulg. *ex* B. — uincta] uie icta M, uincat Vp. — 10 coniunctio Scioppius, coniunctiones Groth. — humor] *scripsi,* humoris libri. — 11 habent] habet c, haberent M, Laetus. — significant esse Veneris] LSp, significantes se ueris libri; significant res (*pro* significantes) Vertranius; Veneris (*pro* se ueris) Laetus, *om.* B *vulg.* — 13 vis nos] quae nos vulg. *ex* B, *nam editi* vis *om.* — cogit] *in* F *litterae evanidae sunt praeter* t. — 16 ops *corr. ex* obs F^1. — 18 terris] '*om.* Scioppius, *recte nisi forte* terra *scrib.*' LSp. *conf.* Vahlen p. 168. — 19 *fort.* dedit *vel om.* cibaria. — 20 C quod nunc G] Müller, quod nunc & libri.

Istic est is Iupiter quem dico, quem Graeci vocant
Aerem, qui ventus est et nubes, imber postea,
Atque ex imbre frigus, ventus post fit, aer denuo.
Haec propterea Iupiter sunt ista quae dico tibi,
Qui mortalis [*aeque*] atque urbes beluasque omnis iuvat. (p. 71 Sp.[1])

Quod hinc omnis et sub hoc, eundem appellans dicit

Divumque hominumque pater rex.

Pater quod patefacit semen; nam tum *esse* conceptum, *patet,* inde cum exit quod oritur. Hoc idem magis ostendit antiquius Iovis nomen; nam olim Diovis et Dispiter dictus, id est Dis pater; a quo Dei dicti qui inde, et, [Dius et Divum] unde sub Dio, Dius Fidius. Itaque inde eius perforatum tectum, ut ea videatur divum, id est caelum. Quidam negant sub tecto § 66 (p. 72 Sp.[1])

---

1 greci F. — 3 aerem] aera vulg. *ex* B, ἀέρα Vertranius, Müller, Bergk Annal. phil. 83, 333. *lacuna in* Ha. — aera quique Turnebus. — 4 ventus] M[2] Laetus, uentis libri. '*exspectatur* ex imbre nubes ventus' LSp. — 6 haec] istaec Turnebus. — propterea LSp, propter libri. *conf.* id propterea *apud Terentium.* — 7 qui] vulg. *ex* B, qua libri, quia Laetus, quoniam Müller, quando Haupt *ex coni.* Lachmanni. — aeque atque] *scripsi,* aeque libri. — urbes beluasque] arbores herbasque Laetus, qui mortalis urbes atque Turnebus. '*fort.* quia mortalis homines atque beluas omnis iuvant' LSp. — 9 hinc LSp, hic libri. — eundemque vulg. *ex* B. — 11 patefaciat M Laetus. — esse] Müller, est libri. — patet inde] Müller, et inde libri, exinde Vertranius. — 12 oritur] '*potius* orietur *vel* oriturum' LSp. — antiquius] antiquis M, antiquus Ha, antiquum bc Laetus. — 13 diouis *corr. ex* diaus *ut vid.* F (Groth). — dispiter] diespiter Laetus. — dictus] *om.* Va. — id est] hoc est aer et vulg. *ex* B. — 14 Dis] LSp *quod* deis *scribi potest,* dies libri. — qui inde] divi, inde Groth. — Dius] Bentinus, Lachm. ad Lucr. p. 226, dies libri. dies et dius et divus vulg. *ex* B. — diuum F *cum plerisque,* diuum ·¦· celum Vp, divus Laetus. *seiunxi* dius et divum *ut ex marg. illata.* — 15 dio] vulg. *ex* B, diuo libri. LSp *verba* dies et divum unde sub divo *loco movet suadens ut* divum unde sub divo *infra ponantur ubi nunc legitur* divum id est caelum. — inde] in aede Huschke Die Multa p. 412, ideo Groth, *quod et ipse conieceram.* — 16 ea] *om.* Laetus, et M. '*fort.* eius sideribus perforatum . . ea videantur' LSp. — diuum] *fort.* dium.

per hunc deierare oportere. Aelius Dium Fidium dicebat Diovis filium, ut Graeci Διόσκορον Castorem, et putabat hunc esse Sancum ab savina lingua et Herculem a graeca. Idem (p. 73 Sp.[1]) hic Dispiter dicitur Infimus, qui est coniunctus terrae, ubi omnia oriuntur ut aboriuntur; quorum quod finis ortum, Orcus

§ 67 dictus. Quod Iovis Iuno coniunx et is caelum, haec Terra, quae eadem Tellus, et ea dicta, quod una cum Iove iuvat,

§ 68 Iuno, et Regina quod huius omnia terrestria. Sol vel quod ita Savini, vel [*quod*] solus ita lucet, ut ex eo deo dies sit. Luna [vel] quod sola lucet noctu. itaque ea dicta Noctiluca in Palatio; nam ibi noctu lucet templum. hanc ut Solem Apol- (p. 74 Sp.[1]) linem quidam Dianam vocant; Apollinis vocabulum graecum [alterum], alterum latinum; et hinc quod luna in altitudinem et latitudinem simul it, Diviana appellata. Hinc Epicharmus

---

1 Aelius Gallus vulg. *ex* B. — fidum Fp. — 2 greci F. — dioscoron F, dioscuron B, Διόσκουρον vulg. — putabat] Puccius, putabant libri. — 3 Sancum] Scaliger, Sangum Augustinus, sanctum libri. — ab sauina F (*in ras.*), Vp. — et] *fort.* ut. — 4 Dispiter] LSp, dies pater FVp, diespiter ceteri, Dis pater Müller. — infimus aer qui vulg. *ex* B. — 5 omnia] '*fort.* omnia quae' LSp. — ut] *scripsi*, ui libri, *om.* Scioppius. omnia ut oriuntur ita aboriuntur Müller, omnia aboriuntur quae oriuntur Reiter quaest. p. 40 *et* p. 106. — ortuum LSp *et* Madvig Adv. II, 167, *sed conf. ad* tribum § 56; ortus M, Laetus. quare quod finis ortûs Reiter p. 40. — orcus] Turnebus *ex codice. in* p *scilicet* ortum ortus *sic scriptum est, ut* t *an* c *sit nescias.* ortus F *cum ceteris.* — 6 Iovis Iuno] '*immo* Iuno Iovis *vel* Iuno quod Iovis' LSp. *an del.* Iuno? — 7 quae eadem tellus] '*cur addita sint non video*' LSp. *et* Terra *et* Tellus *nomina propria sunt, velut* R. R. I, 1, 5: primum.. Iovem et Tellurem. — et ea] '*fort.* ea' LSp. — 8 haec omnia terrestria regit vulg. *ex* B. — sol] M, Laetus, sola libri. — 9 sauini] FVp, sabini ceteri. — quod] *add.* vulg. *ex* B, *om.* libri. — solus] Scioppius, solum libri. Firmicus M. de errore prof. rel. p. 23 Burs.: 'solem dici voluerunt non quia solus est, ut quidam volunt . . . sed ideo sol appellatur, quia cum ortus fuerit obscuratis ceteris sideribus, luceat solus. Luna a nocturno lumine nomen accepit.' — deo] *om.* vulg. — 10 uel] *om.* Aldus; *conf.* C. F. W. Müller p. 867. *si quid intercidit, ludas:* Luna vel quod interdius cum sole lucet vel quod sola. — sola] '*male repetitum videtur*' LSp. — 11 noctu lucet] Noctilucae A. Riese Philol. XXVII, 305. — 12 Apollinis *del.* Scioppius, Müller. — grecum F. — 13 alterum] *del.* Victorius. — 14 it] LSp, *quod* eit *scribi potest,* eat Scioppius, et libri, *om.* Laetus. — Diviana] Isidorus p. 276: 'Dianam quasi

Enni Proserpinam quoque appellat, [quod solet esse sub terris, dicta Proserpina] quod haec ut serpens modo in dexteram modo in sinisteram partem late movetur. Serpere et Proserpere idem dicebant, ut Plautus quod scribit:

quasi proserpens bestia.

Quae ideo quoque videtur ab Latinis Iuno Lucina dicta vel § 69 quod est e terra, ut physici dicunt, et lucet, vel quod ab luce (p. 75 Sp.[1]) eius, qua quis conceptus est usque ad eam, qua partus quis in lucem, luna iuvat, donec mensibus actis produxit in lucem, ficta ab iuvando et luce Iuno Lucina. a quo parientes eam invocant; luna enim nascentium dux, quod menses huius. Hoc vidisse antiquas apparet, quod mulieres potissimum supercilia sua attribuerunt ei deae. hic enim debuit maxime collocari Iuno Lucina, ubi ab diis lux datur [oculis]. Ignis a nascendo § 70 quod hinc nascitur omne et quod nascitur ignescit; ideo calet, (p. 76 Sp.[1]) ut qui denascitur eum amittit ac frigescit. Ab ignis iam

---

F fol. 6 antiquas apparet . . in auguriis.

Duanam, quod die et nocte luna appareat.' *conf.* Becker Mus. Rhen. XXIX p. 498. *exspectes aut* Diana *aut* Diiana. — 1 enni] G V p, enii F. — quod] quae Christ Philol. XVI, 462, *prob.* LSp XVII, 300. — quod solet esse sub terris *om.* Scioppius, *quibus addidi* dicta Pros. — 3 sinisteram F, sinistram ceteri. *conf.* Neue Formenl. II^2, 7. — late] *fort.* lente. *de* alte *olim cogitaverat* LSp. — 4 Plautus] Poenul. V, 2, 74. — 6 qq̄ (*i. e.* quoque) *in marg. ad* ideo *add.* F[1], *quod compendium alibi non invenitur.* ideo quoque G H V a p. *ceteri omittunt* quoque. '*melius* quoque *post* Iuno *ponitur*' LSp. *de* quoque *non suo loco posito conf.* § 56, 181, 182, VI § 69, 89, VIII § 84. — 7 est e] est *om.* G H B Laetus, et ea Müller. '*fort.* e *del.*' LSp. — phisici F. — vel quod] quod uel F V. — 8 eius] ea Christ. — 9 in lucem] '*fort. del.*' LSp. — luna] Scioppius, una libri. — 10 ficta] facta Rhol., facta igitur vulg. *ex* B. '*fort.* dicta' LSp. *sed conf.* § 96, 178, 180, VI § 54, IX § 83. — 12 antiquas] antiquos p, vulg. *ex* B. — quod mulieres] '*malim* mulieres quod' LSp. — 13 '*fort.* sua tribuerunt' LSp. — 14 oculis] *om.* Scioppius. — nascendo] gnascendo Müller. — 15 omne et] LSp, et omne libri. — ignescit] ignis scindit libri, *nisi quod* scīdit F (Keil *et* ASp *lin. add. man. fort. secunda*), scidit F (Groth). ignis gignit Augustinus, ignis indit Scaliger, '*exspectes fere* ignem accipit' Groth, ignem capit *idem nunc.* LSp *haec adscripsit:* 'ignescit *doctus quidam apud Augustinum, quod verum videtur sic positum:* quod nascitur, ideo calet et ignescit ut.' *antea coniecerat* ignis init. *scrib. fort.* igniscit.

maiore vi ac violentia Volcanus dictus. Ab eo quod ignis propter splendorem fulget, Fulgur et Fulmen et Fulgur*itum*, quod ful-
§ 71 mine ictum contrariis diis. Ab aquae lapsu lubrico Lympha. Lympha Iuturna quae iuvaret; itaque multi aegroti propter
(p. 77 Sp.[1]) id nomen hinc aquam petere solent. A fontibus et fluminibus ac ceteris aquis dei ut Tiberinus ab Tiberi, et ab lacu Velini Velinia, et Lymphae Commotiae ad lacum Cutiliensem a com-
§ 72 motu, quod ibi insula in aqua commovetur. Neptunus quod mare terras obnubit ut nubes caelum, ab nuptu, id est opertione, ut antiqui, a quo Nuptiae, Nuptus dictus. Salacia Neptuni ab salo. Venelia a veniendo ac vento illo, quem Plautus dicit:

(p. 78 Sp.[1]) Quod ibi dixit qui secundo [vento] vectust tranquillo mari,
Ventum gaudeo.

§ 73 Bellona ab bello nunc, quae Duellona a duello. Mars ab eo quod maribus in bello praeest, aut quod Sabinis acceptus ibi est Mamers. Quirinus a Quiritibus. Virtus ut viritus a virilitate. Honos ab honesto onere; itaque Honestum dicitur quod oneratum, et dictum:

Onus est honos qui sustinet rem publicam.

Castoris nomen graecum, Pollucis a Graecis; in latinis litteris veteribus nomen quod est, inscribitur ut *Πολυδεύκης* Polluces,

---

1 maiore vi] valore vique B, vulg. *in marg.* — 2 fulgur] *scripsi*, fulgor libri. — et fulguritum] Turnebus, et fulgur libri, et fulgur et fulguritum Müller. — 3 ictum] ictus Phaeton vulg. *ex* B. — a contrariis deis V. — ictum. In contrariis dis ab Madvig Adv. II, 167, ictum. de contrariis diis. ab Rein observ. crit. p. 7. — limpha F. — 4 lympha] limpha libri, nympha Laetus. '*fort.* lubrico Lumpha, unde Numpha; Numpha Iuturna' LSp. — egroti F. — 6 ceteris aquis] Vp, ceteras aquas F *cum reliquis*. '*fort.* cetera aqua' LSp. — 7 limphae F. — commotiae] vulg., comitiis libri, comitiae Laetus. — 9 mare et terras Laetus. — 10 nuptus] neptunus Turnebus, '*malim* a quo nuptiae dictum' LSp. — 11 Venilia vulg. *conf.* Varro apud Augustinum de civ. dei 7, 22. — Plautus] Cistell. I, 1, 15. — 12 ibi] ille *apud Plautum.* — uento] etiam *Plautini libri.* — vectust] uectus est *et Varronis et Plauti libri.* — 13 mare *libri Plautini.* — 16 a Sabinis vulg. — 17 viritus] Scaliger, uiri ius F, uirilus V, uirilis p, uirius GH, Scioppius, uirilibus a, uiri uis ceteri. — 18 honos *corr. ex* honor F. *conf.* Reiter quaest. p. 94. — 21 grecum . . grecis] F. — 22 nomen quod est *post* Graecis *ponit* Müller. — '*fort.* scribitur . . Poluces' LSp. — *πολυδεύκης*] Rholandellus, pollideuceps libri, pollideuces *corr. ex* pollideuceps F (Groth), pollideu-

non ut nunc Pollux. Concordia a corde congruente. Feronia, § 74 Minerva novensides a Savinis. paulo aliter ab eisdem dicimus (p. 79 Sp.[1]) haec: Palem, Vestam, Salutem, Fortunam, Fortem, Fidem. et arae Sabinum linguam olent quae Tati regis voto sunt Romae dedicatae; nam, ut annales dicunt, vovit Opi, Florae, Vediovi Saturnoque, Soli, Lunae, Volcano et Summano, itemque Larundae, Termino, Quirino, Vortumno, Laribus, Dianae Lucinaeque; e quis nonnulla nomina in utraque lingua habent radices, ut arbores quae in confinio natae in utroque agro serpunt; (p. 80 Sp.[1]) potest enim Saturnus hic de alia causa esse dictus atque in Sabinis, et sic Diana, de quibus supra dictum est.

11. Quod ad immortalis attinet, haec. deinceps quod ad § 75 mortalis attinet videamus. de his animalia in tribus locis quod sunt, in aere, in aqua, in terra, a summa parte ad infimam descendam. Primum nomen nominem Alites, alii Vo-

---

ceps F (Keil), Pollideuces Laetus. — 1 nunc] nuns F, unus p, *om.* V. — 2 sauinis F V p, sabinis ceteri. — 3 haec Palem] Scaliger, hecralem F V b, heccalem p, hec larem M, laram vulg. *ex* B, hercalem (*et in marg.* heccate) c. hecatem Scioppius, herculem G H a, Laetus. — fortem] Aldus, fontem F M V p, frontem H. fortem fortunam vulg. *ex* B. — et arae] Müller, ea re libri. — 4 Sabinorum Laetus. — lingua molent F (Groth). — 5 dedicata Scioppius. — Florae Vediovi] Müller Emend. Varr. in Fest. ed. p. XLIV, floreue . dioiovi F M V p, florae Vedio Iovi G H, floraeve diovi Rholandellus, floraeque diovi vulg. *ex* B (dijovi). — 7 Voltumno Christ *coll.* VII § 45. — Lucinaeque] Cloacinaeque vulg. *ex* B. Cluacinaeque Fulv. Ursinus. Augustinus de civ. dei 4, 23: 'Ut quid ergo constituit (Romulus) Romanis deos Ianum Iovem Martem Picum Faunum Tiberinum Herculem et si quos alios? ut quid Titus Tatius addidit Saturnum Opem Solem Lunam Volcanum Lucem et quoscunque alios addidit, inter quos etiam deam Cloacinam Felicitate neglecta? idem 6, 10: Cloacinam Tatius dedicavit deam *ex Senecae libro contra superstitiones. conf.* Dionys. 2, 50. *vid. etiam* LSp Commentat. p. 6. *Ennii versus hos fingit* Haupt Hermes I, 401:

vovit Opi Florae Vedio Iovi Saturnoque
Soli Lunae Volcano et Summano, itemque
Larundae . . . . Quirino
Vortumno Laribus Dianae Lucinaeque. —

9 serpent F *cum plerisque.* — 10 esse] *om.* Laetus. — 11 diana] Aldus, diana et Müller, dianae libri. — 13 mortalis *corr. ex* mortales F. — 14 ad] *om.* F M V a b c p, *est vero in* G H. in Christ *et olim* LSp *dubitans.* — 15 nominem] omnium Müller, *om.* Scioppius. primum nominatim ut alites B, primorum nomen commune alites Groth. — alii] ab alis vulg.

lucres a volatu; deinde generatim; de his pleraeque ab suis
(p. 81 Sp.¹) vocibus ut haec: Upupa, Cuculus, Corvus, Irundo, Ulula,
§ 76 Bubo; item haec: Pavo, Anser, Gallina, Columba. Sunt quae aliis de causis appellatae, ut Noctua quod noctu canit ac vigilat, Lusciniola quod luctuose canere existimatur atque esse ex Attica Progne in luctu facta avis. sic Galeritus et Motacilla, altera quod in capite habet plumam elatam, altera quod semper movet caudam. Merula quod mera, id est sola, volitat; contra ab eo Graguli quod gregatim, ut quidam Graeci greges *γέργερα*. Ficedula et Miliariae a cibo, quod alterae fico, alterae milio fiunt pingues.

§ 77 12. Aquatilium vocabula animalium partim sunt verna-
(p. 82 Sp.¹) cula, partim peregrina. Foris Muraena quod *μύραινα* graece, Cybium et Thynnus, cuius item partes graecis vocabulis omnes, ut Melander atque Uraeon. Vocabula piscium pleraque translata a terrestribus ex aliqua parte similibus rebus, ut Anguilla, Lingulaca, Sudis; alia a coloribus ut haec: Asellus, Umbra, Turdus; alia a vi quadam ut haec: Lupus, Cani-
(p. 83 Sp.¹) cula, Torpedo. Item in conchyliis aliqua ex graecis ut Peloris, Ostrea, Echinus. vernacula ad similitudinem ut Surenae, Pectunculi, Ungues.

F fol. 6 b. aui quadam.

'*desideratur avium mentio. conf.* Isid. 12, 7, 3. *fort.* primum nomen .. alii alites ab alis, alii volucres *vel* nominatim h. e. omnes nominantur LSp. *conf.* § 16 prima duo, deinde particulatim. — 1 pleraque G H. — 2 irundo F. — 5 lusciniola] Victorius, lusciola libri, luscinia Augustinus. *vid.* R. R. III, 5, 14. — 6 avis] avi Christ. — galeritus] vulg. *ex* B, galerita Aldus, galericus libri. — 7 alter vulg. — elatam] '*an* galeatam?' LSp. — 9 greci F. — 10 gergera F, *τὰ γέργερα* vulg. *ex* B, *γάργαρα* Scaliger. — ficedulae Veneta. — miliariae] '*fort.* miliaria' LSp. — alterę fico F. — 11 fiant Laetus. — 13 murena quod mirena F. — grece F, graecis H, *om.* a. — myraena tynnus *κύβιον* cuius B. — 14 cybium] Aldus, CYTYBium F, CYTIBIUM M, CYTYBIUM V, citibium G, cisibium Laetus. *lacuna in* H a p. — thinnus F *ut vid.*, V a, thinnius G H, tinnus M. — quoius G H, 'V. C. quoius. Fulv. Ursinus putat esse nomen piscis depravatum' *marg. Scioppii.* — grecis F. — 15 melandrya Laetus. — vocabula] '*fort.* vernacula vocabula' LSp. *exspecto* vernacula *sine* vocabula piscium, *quod fort. marg. lemma.* — 17 lingulaca sudis] Aldus, lingula casudis libri (li^n^gula F). — 19 conchiliis F. — aliqua] '*fort.* alia' LSp. — grecis F. — peloris] *conf.* Bergk Annal. phil. 83 (1861) p. 635. — 20 ostrea *corr. ex* ostreae F. — syrenę F (Keil), syrene F (Groth). pernae

13. Sunt etiam animalia in aqua quae in terram interdum exeant, alia graecis vocabulis ut Polypus, Hippopotamios, Crocodilos, alia latinis ut Rana, [*Anas*], Mergus; a quo Graeci ea quae in aqua et terra possunt vivere vocant *ἀμφίβια*. e quis Rana ab sua dicta voce, Anas a nando, Mergus quod (p. 84 Sp.[1]) mergendo in aquam captat escam. Item alia in hoc genere a Graecis ut Querquedula, Cerceris, Alcedo quod ea *ἀλκυών;* latina ut Testudo quod testa tectum hoc animal, Lolligo quod subvolat, littera commutata, primo Volligo. Ut Aegypti in flumine quadrupes sic in Latio, nominati Lytra et Fiber. Lytra quod succidere dicitur arborum radices in ripa atque eas dissolvere ab lytura. Fiber ab extrema ora fluminis dextra et (p. 85 Sp.[1]) sinistra maxime quod solet videri et antiqui Februm dicebant extremum, a quo in sagis Fimbriae et in iecore extremum Fibra, Fiber dictus. § 78 § 79

14. Quae sunt hominum propria primum, deinde de pecore, tertio de feris scribam. Incipiam ab honore publico. Consul nominatus qui consuleret populum et senatum, nisi illinc potius unde Attius ait in Bruto: § 80

qui recte consulat, consul cluat.

Groth *coll.* Plin. XXXII, 54, 154. — '*fort.* surena, pectunculus, unguis' LSp. — 2 exeunt vulg. *ex* B. — grecis F. — polipus F. — yppo potamios F *cum multis,* hippopotamius GH, hippopotamus Laetus. — 3 crocodillos F. — anas] *add.* vulg. — greci F. — 4 quae] '*scrib. erit* quod, *et verba* a quo . . . *ἀμφίβια supra ponenda post* exeant' LSp. *conf.* LSp Über die Kritik p. 19. — amphibia F. — 6 alia] B, aliae ceteri. — 7 grecis F. — cerceris] cercuris Aldus, *κερχουρίς* Müller, a *κερκιθαλίς* Turnebus. — alcedo] *sic scrib. esse recte monet* Groth, *conf.* VII § 88, algedo libri, halcedo Laetus. — *ἀλκυών*] alcyon libri. — 9 prima Veneta. — egipti F. — 10 quadrupedes G. — lytra] Turnebus, lira libri, *item postea.* — 11 dissuere H. '*an* diluere?' LSp. — 12 ab] unde vulg. *ex* B. — lytura] *scripsi,* litra F *cum plerisque,* lyara GM, lira p, luere Scaliger, *λύω* Müller. '*exspectamus:* dissolvere, quod Graeci dicunt *λύειν.*' LSp. — ab] *om.* Scioppius. — 14 a quo] unde Laetus. — fimbrae F. — 16 *Post* dictus F[1] *in marg. et* a c *addunt haec:* DE ANIMALIBVS IN LOCIS TERRESTRIBVS, '*quorum mentio in Varronis verbis desideratur velut:* Quod ad ea quae in terra attinet *vel* Quae sunt in terra, hominum' LSp. *Varroni ista verba reddenda esse censet* Groth. — pecore] *lacun.* p. — 18 qui] quod Aldus. — 19 unde] ut GH. — Attius] tatius F[1]Hp[2], taccius F[2]Va, tactius p, accius *reliqui,* et Accius Groth. — 20 consul cluat] *amicus quidam*

(p. 86 Sp.[1]) Praetor dictus qui praeiret iure et exercitu. a quo id Lucilius:

Ergo praetorum est ante et praeire.

§ 81 Censor ad cuius censionem, id est arbitrium, censeretur populus. Aedilis qui aedis sacras et privatas procuraret. Quaestores a quaerendo qui conquirerent publicas pecunias et maleficia, quae triumviri capitales nunc conquirunt; ab his postea qui quaestionum iudicia exercent Quaestores dicti. Tribuni militum quod terni [*ex*] tribus tribubus Ramnium, Lucerum, Titium olim ad exercitum mittebantur. Tribuni plebei quod ex tribunis militum primum [tribuni plebei] facti

§ 82 qui plebem defenderent in secessione Crustumerina. Dictator quod a consule dicebatur, cui dicto audientes omnes essent.

(p. 87 Sp.[1]) Magister equitum quod summa potestas huius in equites et accensos, ut est summa populi dictatoris, a quo is quoque magister populi appellatus. Reliqui quod minores quam hi magistri, dicti Magistratus, ut ab albo Albatus.

§ 83 15. Sacerdotes universi a sacris dicti. Pontufices, ut Scaevola Quintus pontufex maximus dicebat, a posse et facere ut Potifices. ego a ponte arbitror; nam ab his sublicius

---

Scaligeri, consulciat libri, consul fiat Laetus, consul fuat Augustinus, consul siet Niebuhr. *conf.* cluam *apud eundem Attium* tr. fr. 463 *sub versus finem positum.* — 1 Pretor F. — iure] '*hoc est* iurei' LSp, iuri Turnebus. *cf.* Aug. Müller p. 26. — et exercitu] '*abundare haec videntur, conf.* § 87' LSp. — id Lucilius] *exspectes aut* a quo Lucilius *aut* a quo id Lucili. — 3 et] *om.* Laetus. — preire F. — est antidire Müller. — 4 quoius GHa. — 6 querendo F. — 8 exercent] '*fort.* exercerent' LSp, Christ Philol. XVI, 463. — 9 ex] *add.* LSp. — tribus] *om.* H. — 10 titium] FB, tacium H, taccium G, tatium b, titiensium Laetus, Tatiensium vulg. — 11 tribuni plebei] *seclusi.* — 12 defenderunt Hp. — 13 quoi GHa, cuius Laetus. — 14 huius] eius Vp. — 15 adcensos vulg. *ex* B. — populi] in populum Turnebus. '*fort. del. cum Scioppio*' LSp. — dictator *corr. ex* dictatoris *ut vid.* F (Groth) *quod recepi;* dictator F (Keil), ceteri. — 18 pont[v]ifices F (v *add. m.* 2), pontufices V, pontifices ceteri. *conf.* sacruficiis § 98 *et* artufices IX § 12. — ut a sceuola libri, *corr.* Veneta. — 19 Quintus] 'Q' GHMa, qui b Laetus, *delet* Lahmeyer Philol. XXII, 471. Q. Scaevola vulg. *ex* B. — maxumus H. — dicebat *corr. ex* dicebant F (Keil), dicebant *corr. ex* dicebat *ut vid.* F (Groth), dicebatur G, dicebatur dicebat M, Laetus. — posse] *fort.* pote. — 20 potifices Turnebus, pontifices libri.

est factus primum, ut restitutus saepe, cum *eadem* sacra et (p. 88 Sp.¹)
uls et cis Tiberim non mediocri ritu fiant. Curiones dicti a
curiis, qui fiunt ut in his sacra faciant. Flamines quod in § 84
Latio capite velato erant semper ac caput cinctum habebant
filo, Flamines dicti. Horum singuli cognomina habent ab eo
deo cui sacra faciunt, sed partim sunt aperta, partim obscura.
Aperta ut Martialis, Volcanalis; obscura Dialis et Furinalis,
cum Dialis ab Iove sit, Diovis enim, Furinalis a Furrina,
cuius etiam in fastis feriae Furinales sunt. Sic Flamen Fa- (p. 89 Sp.¹)
lacer a divo patre Falacre. Salii ab salitando quod facere § 85
in comitiis in sacris quotannis et solent et debent. Luperci
quod Lupercalibus in lupercali sacra faciunt. Fratres Arvales
dicti qui sacra publica faciunt propterea ut fruges ferant arva
[a ferendo et arvis fratres arvales dicti]. sunt qui a Fratria
dixerunt. Fratria est graecum vocabulum partis hominum ut
Neapoli etiam nunc. Sodales Titii dicti . . . quas in auguriis
certis observare solent. Fetiales quod fidei publicae inter § 86
populos praeerant; nam per hos fiebat ut iustum conciperetur
bellum, et *ubi* desitum, ut foedere fides pacis constitueretur.

F fol. 7 certis observare . . . nascuntur.

---

1 ut] et Laetus. — sepe F. — cum] quom G, quo H. quod eo vulg. *in marg.* — eadem] *scripsi,* ideo libri. — 2 uls et cis] vulg., uis et gis[cis] F, ius et cis Ga, ius et grais tiberim *cum spatio* p. sacra ab eis cis tyberim B. — fiant] fiunt Laetus, *om.* M. — 6 quoi GHa. — 8 quom GHa. — Diovis enim *aut del. vid. aut add.* Iupiter. — furinalis] furialis F. — furrina] LSp *coll.* VI § 19, furina Aldus, furida libri, furida F (Keil), furrida F (Groth). — 9 ferie F. — furinales feriae vulg. — 10 saltando GHaLaetus. — 11 in comitio vulg., *om.* Scioppius. *exspectamus* in locis sacris *vel* in comitio et in locis sacris. — quotannis] '*immo* quotquot annis' LSp. — 13 dicti sunt qui M, Laetus. '*fort.* quod *pro* dicti qui' LSp. — 14 a ferendo . . dicti] *seclusi.* — 15 grecum F. — partis] vulg., patris libri. — 16 neapoli] Turnebus, apoli libri, poli B. — dicti quas] libri. *lacunam indicavit* LSp, dicti ab titiis avibus quas Laetus. *conf.* LSp Comment. p. 6, Loewe Prodrom. c. gloss. p. 351. *lacunam sic expleas:* s. Titii ab avibus titiantibus dicti; *est enim* titiare *idem atque* fritinnire. (*vid.* Suet. frag. 161. p. 254, 1 Reiff. Anthol. lat. 762, 30 R.) — quod in tuguriis B. — 19 ubi desitum] *scrib. vid.,* inde desitum libri, '*fort.* id si desiit, tum' LSp. — ut] et ut Laetus. — federe F.

(p. 90 Sp.[1]) Ex his mittebantur, antequam conciperetur, qui res repeterent,
et per hos etiam nunc fit foedus quod Fidus Ennius scribit
dictum.
§ 87 16. In re militari Praetor dictus qui praeiret exercitui.
Imperator ab imperio populi qui eos, qui id attemptassent,
oppressum *iret* [hostis]. Legati qui lecti publice, quorum
opera consilioque uteretur peregre magistratus, quive nuntii
senatus aut populi essent. Exercitus quod exercitando fit
§ 88 melior. Legio quod leguntur milites in delectu. Cohors quod
ut in villa ex pluribus tectis coniungitur ac quiddam fit unum,
sic hic ex manipulis pluribus copulatur. cohors, quae in villa,
(p. 91 Sp.[1]) quod circa eum locum pecus coerceretur, tametsi cohortem in
villa Hypsicrates dicit esse graece χόρτον apud poetas dictam.
Manipulus exercitus minima manus quae unum sequitur signum.
Centuria qui sub uno Centurione sunt, quorum centenarius
§ 89 iustus numerus. Milites quod trium milium primo legio fiebat
ac singulae tribus Titiensium, Ramnium, Lucerum milia militum mittebant. Hastati dicti qui primi hastis pugnabant,
(p. 92 Sp.[1]) Pilani qui pilis, Principes qui a principio gladiis; ea post
commutata re militari minus illustria sunt. Pilani Triarii quoque dicti quod in acie tertio ordine extremi subsidio depone-

---

2 fędus F. — scribit Ennius Laetus. — 4 pretor F. — *fort.* exercitu. *cf.* p. 34, 1. — 5 *inter* eos *et* qui *lacun. octo litt. in* p. — attemptasset F M V b c. — 6 oppressum iret] *scripsi deleto* hostis, oppressi libri, oppressit vulg. *ex* B, opprimeret Bentinus, '*fort.* qui eo qui ... opprimeret' LSp. — hostis] h *in ras.* F, ut hostes B. — 7 peregre *corr. ex* peregra *ut vid.* F. — 11 hic] Müller, his libri (is p), haec vulg. *ex* B. — pluribus] *om.* B, Laetus. — copulatur] G H, Laetus, populatur F *cum aliis.* — villa quod] uilla sic ·l· dicitur quod V. '*fort.* cohors in villa qua circa' LSp. — 12 eum] illum V. — coerceretur] F *cum plerisque,* cohereretur a, coercetur B, coerceretur Veneta. *conf.* Vel. Long. ap. Wilm. de Varr. l. gr. p. 183. Christ Philol. XVI, 456, LSp XVII, 291, Riese XXVII, 304. — 13 ipsicrates F, *corr.* Aldus. — grece F (Keil), graece *corr. ex* graeco F (Groth). — χόρτον] cohorton F, *corr.* Turnebus. — 14 manipulus . . minima] LSp, Groth, manipulos . . minimas libri. — sequuntur Laetus. — 15 centuriae Laetus. — qui] Müller (*cf.* § 90 praesidium dictum qui), quae libri. '*fort.* quod' LSp. — 17 Ramnensium Laetus. — singula *post* milia *add.* Laetus. — 19 ea] et M V p Laetus, sed Turnebus. — 20 triani F. — 21 extremi] *quidam apud Augustinum,* extremis libri.

bantur; quod hi subsidebant ab eo Subsidium dictum, a quo Plautus:

Agite nunc, subsidite omnes quasi solent triarii.

Auxilium appellatum ab auctu, cum accesserant ei qui adiumento essent alienigenae. § 90 Praesidium dictum qui extra castra praesidebant in loco aliquo, quo tutior regio esset. Obsidium dictum ab obsidendo, quo minus hostis egredi posset. Insidiae item ab *in*sidendo, cum id ideo facerent quo facilius demi- (p. 93 Sp.) nuerent hostis. Duplicarii dicti quibus ob virtutem duplicia cibaria ut darentur institutum. Turma terima, E in U abiit, § 91 quod terdeni equites ex tribus tribubus Titiensium, Ramnium, Lucerum fiebant. Itaque primi singularum decuriarum Decuriones dicti, qui ab eo in singulis turmis sunt etiam nunc terni. Quos hi primo administros ipsi sibi adoptabant, Optiones vocari coepti, quos nunc propter ambitiones tribuni faciunt. Tubicines a tuba et canendo, similiter [*Cornicines et*], (p. 94 Sp.) Liticines. Classicus a classe, qui item cornu [*aut lit*]uo canint, ut tum cum classes comitiis ad comitiatum vocant.

17. Quae a fortuna vocabula, in his quaedam minus § 92 aperta ut Pauper, Dives, Miser, Beatus, sic alia. Pauper a paulo lare. Mendicus a minus, cui quam opus est minus

---

2 Plautus] *conf.* Fest. p. 306 M. — 3 subsidite Laetus, subsidete libri. — 5 ei] ii V, *om.* Laetus. — 6 presidium F. — qui] F *cum plerisque,* quod Hb, quia Laetus. *cf.* Reiter quaest. p. 100. — 8 insidiae] LSp Comment. p. 11, in die libri, inde vulg. *ex* B. — 9 insidendo] Studemund *ap. Groth.*, sedendo LSp, absidendo (*post* ab) F, obsidendo GHVp, asidendo a, assidendo Scioppius, ascindendo b, abscindendo Veneta. — 12 tatiensium Laetus. — 16 cępti F. — ambitiones M, Laetus. — 17 cornicines et liticines] *scripsi duce* LSp, *qui:* 'liticines [et cornicines dicebant a lituo et cornu] classicos a classe', litigines libri, liticines Rholandellus. — 18 classicus] *scripsi,* classicos libri. et classicos Laetus. — cornu aut lituo canint] *scripsi,* lituo cornuve canunt Müller, *quod probant* Groth, Reiter p. 90, cornu uo canit F (cornu *corr. ex* curnu *ut vid.* F (Groth)), cornu uecanit b c, cornu canunt vulg. *ex* B. — 19 ut] ut āt V, ut aūt p. '*fort. del. cum Müllero*' LSp. — comitiatum] Vertranius, comitatum libri. — 21 dives miser beatus] '*fort.* mendicus dives' LSp. — 22 paulo lare] paulola re vulg., pauca re Scioppius. '*fort.* parvolo lare' LSp. — mendicus] miser vulg. *ex* B, *fort. vere. conf.* Isid. 10, 175 p. 337. — quam] *scripsi,* cum libri.

[nullo] est. Dives a divo qui ut deus nihil indigere videtur. (p. 95 Sp.[1]) Opulentus ab ope cui eae opimae. Ab eadem Inops qui eius indiget, et ab eodem fonte Copis ac Copiosus. Pecuniosus a pecunia magna, Pecunia a pecu; a pastoribus enim horum vocabulorum origo.

§ 93 18. Artificibus maxima causa ars, id est, ab arte medicina ut sit Medicus dictus, a sutrina Sutor, non a medendo ac suendo, quae omnino ultima huic rei. [*nomina*] earum rerum radices, ut in proxumo libro aperietur. quare quod ab arte artifex dicitur nec multa in eo obscura, relinquam.

§ 94 Similis causa quae ab scientia vocantur aliqua ut Praestigia- (p. 96 Sp.[1]) tor, Monitor, Nomenclator; sic etiam quae a spatio quodam dicuntur, Cursor, Natator, Pugil. etiam in hoc genere quae sunt vocabula, pleraque aperta, ut Legulus, alter ab oleis, alter ab uvis. Haec si minus aperta Vindemiator, Vestigator et Venator, tamen id est, quod Vindemiator vel quod vinum legit dicitur, vel quod de viti id demunt; Vestigator a vestigiis ferarum quas indagatur; Venator a ventu, quod sequitur *ferarum* adventum et inventum.

F fol. 7b uel quod de uiti.

---

1 nullo] *delevi,* hilo Palmerius, nihilo Scioppius *in marg.* '*fort.* ullo' LSp. — qui ut] ut qui ut F, *sed prius* ut *erasum.* — nichil F. — 2 opulentus] *ante hoc inserit* vulg.: Beatus qui multa bona possidet, *quae in nullo codice apparent.* — ea opima Augustinus. — 3 copis] Turnebus, copiis libri, copiae Laetus, '*fort.* cops' LSp. — ac] et Laetus. — 4 a pecu a] apecua F *cum multis.* — 6 maxuma G H. — ab arte] ab *supra lin. add.* F *man. ut vid. prima.* — 8 ultima huic rei] ultimae (*om.* huic rei) Müller. '*conicias* ultima nec harum rerum, *sed praestat Scaligeri iudicium*' LSp. *vid. infra ad* 9. — nomina] *addidi coll.* VIII § 13: prius enim nomen est quam verbum. — 9 proxumo F, proximo *reliqui. ceterum in proximo libro de his rebus nihil scriptum est.* '*fort.* in proxumis libris' LSp. — radices in p. l. aperientur Scaliger. — '*fort.* quod ut ab . . dicuntur' LSp. — 11 vocantur] M, vulg. *ex* B, uocatur ceteri. — 12 spatio] studio Scioppius. '*fort.* ab agitatu *vel* actione quadam *coll.* VIII, 15' LSp. — 13 '*fort.* ut cursor' LSp. — natator] *in quo* F cor *correxisse videtur ex* tor. — 14 legulus] legulus et uindemiator vulg. *ex* B. *alia* C. L. Roth Philol. XVII, 175. '*nihil deest, vid.* VI § 66' LSp. — 15 uestigiator GHM, *sic etiam infra.* — 16 id est] vulg. *ex* B, idem libri. — 17 legit] LSp, legere libri. — demit Laetus. — 18 quas indagatur] quasi indagator Laetus. — uentu] F H a, uenatu ceteri, vento *quidam ap. Augustinum, probavit* LSp. *conf.* Stünkel p. 15. — 19 ferarum]

19. Haec de hominibus. hic quod sequitur de pecore, § 95
haec. Pecus ab eo quod perpascebant, a quo pecora universa. (p. 97 Sp.[1])
Quod in pecore pecunia tum pastoribus consistebat et standi fundamentum pes, a quo dicitur in aedificiis area pes magnus et qui negotium instituit pedem posuisse, a pede pecudem appellarunt, ut ab eodem Pedicam et Pedisequum et Pecul*iares* oves aliudve quid; id enim peculium primum. hinc Peculatum publicum cum primum pecore diceretur multa et id esset coactum in publicum, si erat aversum. Ex qua fructus maior, § 96
hic est qui Graecis usus: [*Sus*] quod ὗς, Bos quod βοῦς, (p. 98 Sp.[1])
Taurus quod ταῦρος, item Ovis quod ὄις; ita enim antiqui dicebant, non ut nunc πρόβατον. possunt in Latio quoque ut in Graecia ab suis vocibus haec eadem ficta. Armenta quod boves ideo maxime parabantur, ut inde eligerent ad (p. 99 Sp.[1])

---

scripsi, feram *quidam apud Augustinum,* uerbum libri, cerbum Scioppius, cervum Scaliger. — ad ventum et in ventum *quidam apud Augustinum.* — 2 perpascebant F H M a c, perpascebat b B, perpascat vulg., pascebant G V p, *quod verum videtur, nisi forte* prata *vel* agros *intercidit post* per. Schol. Virg. Georg. 4, 168: Varro ait pecus a pascendo veteres omne animal dixerunt. *conf.* Lachm. Mus. Rhen. VI p. 106, LSp Über d. Krit. d. V. p. 22—27. — pecora] pecunia Augustinus. — 3 ⊃consistebat ⊃pastoribus F, *quem ordinem plerique libri retinent.* — 5 negotium] fundamentum M, Laetus. — posu^{i}sse F[1], posiisse Groth *coll.* IX § 34, *ubi* F imposierint *et* VIII § 8 *ubi* imposiuerunt. *conf.* Neue, Formenl. II[2] p. 490. — pecudes (s *corr. ex* m) G, pecudes H M, Laetus. — 6 peculiares] *scripsi* (*ut* Plaut. Merc. III, 1, 27 ovem peculiarem), peculatoriae libri, *nisi quod* p *fort.* peculacoriae (*non facile enim in hoc* c *et* t *discernuntur*), peculia, tori ac Müller, peculia a pecore Turnebus, peculiariae Lachmann. '*fort.* peculium, rei pecuariae boves' LSp. — 8 furtum publicum Vertranius, publicum pecus Thilo p. 526. — publicum cum primum] *scripsi duce* LSp, *qui* publicum primum cum *coniecit,* publicum primo ut cum libri, tum *pro* ut Müller. — primitus cum . . . multa quod esset Huschke Die Multa p. 114. — esse libri, *corr.* vulg. — 9 aduersum M B, Laetus. — qua] *scil. pecude,* quo Müller. — 10 hic] Müller, hinc libri. — qui] quod M, Laetus. — grecis F. — usus] *scil. vocabulorum.* — sus] *om.* libri. — h$\overset{ov}{\mathrm{YS}}$ F (*ov supra scr. m. rec. quod scrib. erat supra* BYS). — BYS F. — 11 taurus] acturus V p. — ταῦρος] *om.* libri, *add.* B, Rholandellus — ὄϊς] Bentinus, ois libri. — 12 probaton F. — latino G H M, Laetus. — 13 grecia F. — ficta] '*fort.* dicta' LSp. *sed conf. supra* § 69. — 14 maxume G H. — parabant *corr. ex* parabantur F (Groth), parabantur F (Keil), ceteri.

**arandum; inde Arimenta dicta, postea I tertia littera extrita.
Vitulus quod graece antiquitus ἰταλός, aut quod plerique ve-
geti [*ut*] Vegitulus. Iuvencus, iuvare qui iam ad agrum co-
§ 97 lendum posset. Capra carpa, a quo scriptum Omnicarpae
caprae. Ircus quod Savini Fircus; quod illic Fedus, in
Latio rure Edus; qui in urbe, ut in multis A addito Aedus.
(p. 100 Sp.[1]) Porcus quod Savini dicunt aprinum porcum por; inde Porcus,
nisi si a Graecis, quod Athenis in libris sacrorum scriptum
§. 98 est porcae porcoe. Aries quod *ei* dicebant ἄρρην, veteres
nostri Ariuga, hinc Arvigas. Haec sunt quorum in sacruficiis
exta in olla, non in veru coquuntur, quas et Accius scribit et
(p. 101 Sp.[1]) in pontificiis libris videmus. in hostiis eam dicunt Arvigam
quae cornua habeat. Quoniam si cui ovi mari testiculi dempti
§ 99 ei ideo vi natura versa, Vervex declinatum. Pecori ovillo**

---

1 arimenta] armenta MVp, aramenta Laetus. *conf.* Isidor. XII, 1, 8. — i] F, '.a.' p, *om.* ceteri. — 2 grece F. — italos libri (itales V), itulus Laetus, ἰτοῦλος vulg. *ex* B. — 3 ut] *add.* LSp. — vegitulus Laetus, uigitulus libri (uegeticulus G). — iouare F. — 5 sauini F *cum plerisque.* — quod] '*fort.* ut quod' LSp. — fędus F. — 6 rure edus] rure qui in urbe hedus F *sed deletis* qui in urbe *verbis.* '*fort.* ruri edus, in urbe' LSp. *conf.* Lachm. ad Lucret. p. 143, Mommsen Unterital. Dial. p. 358. — 7 sauini FMVp, sabino H, sabini ceteri. — dicunt] Laetus, dicto libri. — aprinum porcum] LSp, apruno porco F (Keil) G, aprino porco F (Groth), a pruno porco c, de aprino porco B vulg., a primo porco ceteri. *conf.* Mommsen p. 352. — por inde] Turnebus, poride F *cum aliis,* poridie GH, poridiis inde B, poridus inde vulg. — 8 grecis F. — scripta FHVabcp. — 9 porcae porcoe] *scrib. vid.,* porcae porco FH, porce porco GMabcp, *lacun. in* B, κάπρῳ καὶ πόρκῳ vulg. — quod] GH vulg., qui ceteri. — ei] *scripsi,* eam libri, eum vulg. *an* quem *pro* qui eam? — ἄρρην] *scripsi,* ares libri. '*fort.* quod Graeci diceb. ἀρήν' LSp; *hoc* ἀρήν *etiam* Müller. *conf.* Lindem. ad Fest. p. 447. — 10 ariuga] Fa, aruiga ceteri, aringa Ursinus *ap. Scioppium,* Scaliger, aruga Donat. ad Ter. Phorm. IV, 4, 28, *fort. reddendum huic loco. conf.* Ribb. tr. fr.[2] p. 227. — ariugas Fa, aruigas ceteri, arvignus B, Laetus. — quarum vulg. — sacruficiis] *sic* F. — 11 olla] GV, ollo F *cum aliis.* — 12 pontificialibus vulg. *ex* B. — hostis] *conf. ad* p. 14, 6. hostiis Rholandellus. — arvigam] Müller, ariugem libri, aruigem p, Laetus. — 13 habet vulg. *ex* B. *interpunxi post* habeat. — si] Lindemann, is libri. — 14 ei] *scripsi,* et libri. — vi] Scioppius, ut libri. — uerbex F. — declinatum] '*fort.* dictus' LSp.

quod agnatus, Agnus. [Catulus] A sagaci sensu et acuto Ca-
tulus; hinc Canis, nisi quod, ut tuba ac cornua [quod], signum
cum dent, canere dicuntur, quod hic item et noctu [lucus] in (p. 102 Sp.[1])
custodia et in venando signum voce dat, Canis dictus.
20. Ferarum vocabula item partim peregrina ut Panthera, § 100
Leo; utraque graeca, a quo etiam et rete quoddam Panther*um*
[et Leaena] et muliercula [Pantheris et] Leaena. Tigris qui
est ut leo varius, qui vivus capi adhuc non potuit; vocabu-
lum e lingua armenia; nam ibi et sagitta et quod vehemen-
tissimum flumen dicitur Tigris. Ursi Lucana origo vel, unde
illi, nostri ab ipsius voce. Camelus suo nomine syriaco in
Latium venit, ut Alexandrea Camelopardalis nuper adducta, (p. 103 Sp.[1])
quod erat figura ut camelus, maculis ut panthera. Apri ab § 101
eo quod in locis asperis, nisi a Graecis quod hi caproe.
Caprea a similitudine quadam caprae. Cervi quod magna
cornua gerunt, [*ut*] *G*ervi, G in C mutavit ut in multis. Lepus
quod Siculi quidam Graeci dicunt *λέποριν*. a Roma quod orti

---

1 catulus] *omisi*, Müller *posterius delet post* acuto. — acuto] *exspectes* cato. *an sic scribendum* Catulus a . . . acuto ut Acutulus? — 2 tuba] '*fort.* tubae' LSp. — cornua *corr. ex* corpua F. et cornu Laetus. — quod] *delevi*, '*fort.* quae' LSp. cornu aliquod signum Müller. — 3 dent] Victorius, dente libri, dant vulg. — noctu lucus F *cum aliis*, noctuculus HMbc Laetus, nocticulus GB. noctu lucuque Müller, *prob.* Reiter p. 83. *conf.* Bergk Annal. phil. CI, 829. *mihi del. videtur aut* lucus *aut* noctu lucus *ut ex* § 68 *illatum*, *nisi forte fuit* et noctu in custodia et luci in venando. — 5 peregrina] '*fort.* peregrina partim vernacula; peregrina' LSp. — 6 leo] '*hic fort. reponenda:* panther leo et muliercula pantheris et lea; utraque' LSp. — greca F *et infra* leena. — graeca et leaena et muliercula pantheris ẹt lẹaẹna tịgrịs quị eṣt uaṛiuṣ ụt leọ paṇtheṛ a quo et recte G. — etiam et] etiam in M, Laetus, *fort.* etiam est. *in* F etiam *legi non notavit Keil.* — pantherum et muliercula Leaena] *scripsi*, panther et leaena et muliercula pantheris et leaena libri. — 8 ut *om.* LSp. — uarius ut leo G, uarius *om.* Ha. — 11 nostri] nomen Reiter p. 118. — 12 alexandre a *corr. ex* alexandrea F, alexandria Laetus, alexander a Gbc. — 14 grecis F. — caproe] Groth, aproe F *cum plerisque*, capron G, *απϱ* H, *κάπϱοι* Bentinus, *κάπϱος* Aldus, apros Laetus. — 16 ut gervi] LSp, gerui M, Laetus, cerui p, corui F *cum ceteris. fort. del.* corui *ut corrupte ex marg. illatum.* — mutavit] mutata b *et post* gervi *positum* Laetus, mutato vulg. — 17 Siculi] LSp, siculis libri, e Siculis Aldus, in Siculis B. — greci F. — Leporin F, leporem Laetus, *λέποϱεμ* B.

Siculi, ut annales veteres nostri dicunt, fortasse hinc illuc tulerunt et hic reliquerunt id nomen. Volpes, ut Aelius dicebat, quod volat pedibus.

§ 102 21. Proxima animalia sunt ea quae vivere dicuntur ne-
(p. 104 Sp.[1]) que habere animam, ut virgulta. Virgultum dicitur a viridi, id a vi quadam humoris; quae si exaruit, moritur. Vitis quod ea vini origo. Malum quod Graeci Aeolis dicunt μᾶλον. Nux iuglans, quod cum haec nux antequam purgatur, similis glandis, haec glans optima et maxima a Iove et glande iuglans est appellata. Eadem Nux, quod ut nox aerem huius
§ 103 sucus corpus facit atrum. Quae in ortis nascuntur, alia pere-
(p. 105 Sp.[1]) grinis vocabulis ut graecis Ocimum, Menta, Ruta, quam nunc πήγανον appellant; item Caulis, Lapathium, Rapum; sic enim antiqui Graeci, quam nunc ῥάφανον; item haec graecis vocabulis Serpyllum, Rosa, una littera commutata; item ex his
(p. 106 Sp.[1]) graecis latina κολίανδρον, μαλάχη, κύμινον; item Lilium ab λειρίῳ et Malva ab μαλάχῃ et Sisymbrium a σισυμβρίῳ.
§ 104 Vernacula: Lactuca a lacte, quod olus id habet lact; Brassica
(p. 107 Sp.[1]) ut praesica, quod ex eius scapo minutatim praesicatur; Asparagi

---

F fol. 8 alia peregrinis . . . fundunt.

---

2 id] id *corr. ex* hoc F. — volpes] vulpes quasi volipes, melius puto lepus quasi levipes, quamvis declinatio obstare videatur, ut convenientius hoc illi quam vulpi, quod sequitur *in marg.* p. — 4 proxime Turnebus *ex codice suo in quo* proxima me, *in* p *non apparet* me. proxuma H. — 7 greci eolis F. — malon F. — 8 nux iuglans] *scripsi, ut est apud Plinium et Celsium,* pinus iuglans libri, *lacunam post* pinus Müller, LSp *olim.* '*desidero piri originem*' LSp. pirus . . . iuglans Groth. — 9 optuma et maxuma H. — 12 grecis F. — ocinum G. — 13 ΠΕΓΑΝΟΝ F. — lapatium F. — rapum] Müller, radix libri. — 14 greci F *constanter.* — ῥάφανον] Scaliger, raphanum libri. — '*fort.* item ex graecis' LSp. — 16 '*fort.* graecis κορίανον κύμινον latina coriandrum cuminum; item lilium λείριον, malva μαλάχη, sisymbrium σισύμβριον' LSp. — coliandron libri, coriandron Laetus. — malachen cyminon libri. — 17 λειρίῳ] lirio libri. — malba F. — malache libri. — sisimbrium libri. — asysimbrio F. — 18 lactuca] M, Laetus, lacte F *cum ceteris.* — lact] F, lac ceteri. *conf.* Ritschl Opusc. II p. 330 sq. 571—579. LSp Philol. XI p. 402. A. Müller p. 24. — brassica] Laetus, blassica libri. — 19 praesica] Turnebus, passica libri, praeseca Aldus. — praesecatur Aldus, praesiccatur Laetus.

quod ex asperis virgultis leguntur et ipsi scapi asperi sunt, non leves; nisi graecum; illic quoque enim dicitur ἀσπάραγος. Cucumeres dicuntur a curvore ut curvimeres dicti. Fructus, a ferundo, res eae quas fundus et ea quae in fundo ferunt ut fruamur. hinc declinatae Fruges et Frumentum, sed ea e terra; etiam frumentum *ad* exta ollicoqua solet addi ex mola, (p. 108 Sp.[1]) id est ex sale et farre molito. Uvae ab uvore.

22. Quae manu facta sunt dicam de victu, de vestitu, § 105 de instrumento et si quid aliud videbitur his aptum. De victu antiquissima Puls; haec appellata vel quod ita Graeci vel ab eo unde scribit Apollodorus, quod ita sonet cum aquae ferventi insipitur. Panis quod primo figura faciebant ut mulieres in lanificio panus; posteaquam ei figuras facere instituerunt alias, a pane et faciendo Panificium coeptum dici. hinc Panarium ubi id servabant, sicut Granarium ubi granum (p. 109 Sp.[1]) frumenti condebant; unde id dictum, nisi ab eo quod Graeci id κρόκην, a quo a Graecis quoque granum dictum in quo ea quae conduntur. Hordeum ab horrido. Triticum quod tri- § 106

---

2 ἀσπαραγον a, asparagus F M V p, *lacun.* G, *om.* b c Laetus. — 4 a ferundo] a fruendo Groth *coll.* p. 15, 19. *fort. del.* — ea equas F *cum multis.* eae *scil.* sunt. — et ea quae] *scripsi,* et ea eque F *cum plerisque,* et eae quae ceteri, *nisi quod* ut *pro* et V p. et eae quas quae Müller, Lachmann Mus. Rhen. II (1843) p. 361. — feruntur Aldus. — 6 ad exta] *scripsi,* quod exta libri, quod ad exta Turnebus. — ollico quo libri, *corr.* Turnebus. — solet] *sic* F. — 7 uvae ab uvore *om.* V p. — uvore] humore H, humore aliter ab uvere G. — 8 *conf.* LSp Emend. p. 14—17. — 11 quom a. — aquae] Scioppius, aqua libri. — 12 fervente G, fruente H, fervens ei Gothofredus. — quod primo] *fort.* primo quod. — 13 panus] *cf.* Aug. Müller p. 36. — postea quam] F *cum plerisque,* postquam G M b, posteaque vulg., postea Müller. — 14 ceptum F. *exspectes:* alias, panis coeptum dici, hinc *vel omissis* a pane et fac. panificium *verbis vel post* dici *positis.* — 15 granum *om.* G. — 16 frumenti '*fort. del.*' LSp. — 17 KPOKEN F M V, κρο H a, *lacun.* G b c p. *vocabulum corruptum.* — a Graecis] '*a melius abest*' LSp. — granum] '*latet vocabulum graecum*' LSp. — in quo] et in quo vulg. — 18 ea quae] eadem Laetus. — hordeum] c, horreum ceteri. 'Apuleius p. 107 Os.: hordeum per commutationem a graecis sumsimus on conversa in um. horreon enim graece, horreum latine. Marcus tamen Varro in libro de origine latinae linguae ab hordeo horreum derivatum aspirat, hordeum vero ab horrore tractum dicit, *quo malo autore male olim conieci*: ab horrido, inde hordeum. triticum, *ut nuper*

tum e spicis. Far a faciendo, quod in pistrino fit. Milium a graeco; nam id *μελίνη*. Libum quod ut libaretur, priusquam (p. 110 Sp.[1]) essetur, erat coctum. Testuacium quod in testu caldo coquebatur, ut etiam nunc Matralibus id faciunt matronae. Circuli quod mixta farina et caseo et aqua circuitum aequabiliter

§ 107 fundebant. Hos quidam qui magis incondite faciebant, vocabant Lixulas et Similixulas vocabulo savino; itaque frequen*tantur* a Sabinis. A globo farinae dilatato item in oleo cocti dicti a globo Globi. Crustulum a crusta pultis, cuius ea quod ut corium exuitur, crusta dicta. Cetera fere opera a vocabulis graecis sumpta ut Thrion et Placenta.

§ 108 Quod edebant (p. 111 Sp.[1]) cum pulte, ab eo Pulmentum, ut Plautus. hinc Pulmentarium dictum. hoc primum defuit pastoribus. Caseus a coacto lacte ut coaxeus dictus; dein posteaquam desierunt esse contenti his quae suapte natura ferebat sine igne, in quo erant poma, quae minus cruda esse poterant decoquebant in olla. ab olla (p. 112 Sp.[1]) Olera dicta, quorum a gerere cruda olera. e quis ad coquen-

---

Wilmanns p. 132: horreum ab hordeo, hordeum ab horrido' LSp. — orrido F. — 1 e] ex Vp, est M, Laetus. — 2 ΜΕΛΙΝΕ (Η *supra scr. ut vid.* H) F, ΜΕδΙΝe M, ΕλΤΝΕ V, *lacun.* Gabcp, *om.* H, prius *μέλην*, post *μεδιν* B (*μέλην* et *μέδιν* vulg.), *μέλην* Aldus. — 3 essetur] Turnebus, esset ut libri. — testuacium] *sic* F. testicium Groth *coll.* Cat. R. R. 74 Schn. — 4 matronae circuli] matrone nostre praecipue circuli Vp. — 6 fundebant] fingebant Groth. — hos] LSp *et* Mommsen Unterit. Dial. p. 352, hoc libri. — 7 similixulas] F *cum multis*, semilixulas alii, semixulas H. — sauino] *sic* F M Vp. — itaque frequentantur a] *scripsi*, itaque frequentia libri. '*fort.* quod frequentati' LSp. — 9 a globo] *om.* Müller. — globi] globuli Laetus, glomi *ex* Paul. Diac. Georges Philol. XXXIII p. 226. — 10 exuitur] Müller, exuritur libri (exuritur F (Keil), et uritur F (Groth)). — opera] aperta Groth. — 11 thrion] *θρύλλον καὶ τρύφον* B, vulg. — 12 pulmentum] Charis. p. 73 K.: Varro autem ad Ciceronem V pulmentum ait, quod id cum pulte essent, et inde pulmentarium dictum. — Plautus] *Plauti verba intercidisse vid.* — 13 defuit] *scripsi*, debuit libri, fuit August. *marg.* '*fort.* quod debebant *vel* debitum' LSp. — coacto] cocto p Laetus, cotto V. — 14 coaxeus] vulg. *ex* B, coxeus libri. — dein] deinde Laetus. — 16 minus cruda] '*fort.* cruda minus *vel* nimis cruda esse non poterant' LSp. — 17 quorum agerere F *aut* gen *corr. ex* ger (Groth) *aut* ger *corr. ex* gen (Keil), quorum a genere ceteri, quare degenera Müller, quoniam genere Reiter p. 38 sq. *ego* quod earum (*scil.* est) macerare *vel* quod in ea macerantur *vel simile fuisse censeo.*

dum quod e terra ruitur, Ruapa, unde Rapa. Olea ab elaea;
olea grandis Orchitis, quod eam Attici ὄρχιν μορίαν. Hinc § 109
ad pecudis carnem perventum est. [*Ut ab sue*] Suilla sic ab
aliis generibus cognominata. hanc primo assam, secundo
elixam, tertio e iure uti coepisse natura docet. Dictum As-
sum quod id ab igni assudescit; sucidum enim quod humi-
dum, et ideo ubi id non est, sucus abest; et ideo sudandum (p. 113 Sp.¹)
assum destillat calore, et ut crudum nimium habet humoris,
sic excoctum parum habet suci. Elixum e liquore aquae
dictum, et ex iure, quod iucundum magis conditione. Suc- § 110
cidia ab suibus caedendis; nam id pecus primum occidere
coeperunt domini et ut servarent sallere. Tegus suis ab eo (p. 114 Sp.¹)
quod eo tegitur. Perna a pede; Sueris a nomine eius. Offula
ab offa, minima suere. Insicia ab eo quod insecta caro,

F fol. 8 b offula ab.

1 e terra ruitur] *scripsi*, e terrae rure libri, e terra erueretur Turnebus, '*fort.* e terra eruerunt' LSp. quod rueret e rure vulg. *ex* B. — elea libri, *corr.* Victorius. — 2 attici] LSp, attico F, antiquo M, antiquam H, antiqui a b c, antiquitus B, Laetus. — ὄρχιν μορίαν] *scripsi,* orchen mora F, orchenmora alii, ὀρχέμορον Buttmann, orchimorian Müller. — 3 ut ab sue] *addidi.* perventum est ut suilla B, perventum. ut suilla Müller. '*fort.* suillam, ovillam, sic ab illius generibus cognominatam' LSp. — suilla *corr. ex* suilli F. — ab aliis] Müller, ab ilis F, habilis V p, ab illis ceteri. *fort.* ab suis. — 4 hanc] vulg. *ex* B, hinc libri. '*fort.* hac .. assa .. elixa' LSp. — 5 cepisse F. — docet] *exspectes* docuit, *quod etiam* LSp *olim voluisse videtur.* — '*fort.* assum dictum' LSp. *immo recte* dictum assum *quod iam supra positum est* assam; *conf.* VI § 8 dicta bruma, VII, 95 dictum mandier *al.* — 6 assu^{d}escit F^{1}. — sucidum] *scripsi,* ubidum F, uuidum ceteri. — 7 ideo] inde Müller. '*fort. del.*' LSp. — sudando Laetus. — 8 calore] vulg. *ex* B *qui* enim *praemittit;* calorem libri, humorem Müller. '*fort.* humidum et ideo sudandum assum destillat calore et ubi id non est sucus abest' LSp. — 10 et] '*fort. del.*' LSp. — iure] G, Laetus, iuro F, *unde plerique* uiro. — conditione] conditione suci Laetus. — 11 cedendis F. — 12 cęperunt F. — sallere] c, sallire F, salire ceteri, salere vulg. Diomed. p. 375 K: Sallior frequens videtur et tritum, ut perfecto tempore salsus sum dicamus. sed veteres ambiguitatem appellationis vitantes et analogiam sequentes Sallitus sum dixerunt a positione sallo, non sallio, ut... Varro ad Ciceronem quinto: ut servarent sallere. — tegus] tergus Laetus. — 13 sueris] sueres Scaliger. — a nomine] ex abdomine Müller. — 14 ab offa] dicta ab offa Laetus, dicta ut offa vulg. *ex* B. — minime p. — sue re F, suerae H, in suere B, Scioppius, in

ut in carmine Saliorum est, quod in extis dicitur nunc prosectum. Murtatum a murta, quod ea ad[*ditur*] large fartis.
§ 111 Quod fartum intestinum crassundiis, Lucanam dicunt, quod
(p. 115 Sp.[1]) milites a Lucanis didicerint, ut quod Faleriis, Faliscum ventrem. Fundolum a fundo, quod [*non ex*] utraque parte sed ex una parte sola apertum; ab hoc Graecos puto τυφλὸν ἔντερον appellasse. Ab eadem fartura Farcimina extis appellata, a quo in eo quod tenuissimum intestinum fartum, Hila dicta ab hilo, quod ait Ennius:

neque dispendi facit hilum.

(p. 116 Sp.[1]) Quod in hoc farcimine summo quiddam eminet, ab eo quod ut in capite apex, Apexabo dicta. Tertium fartum est Lon-
§ 112 gavo quod longius quam duo illa. Augmentum quod ex immolata hostia desectum in iecore im[*ponitur in*] porriciendo augendi causa. Magmentum a magis quod ad religionem magis

---

sue vulg., e suere Müller, '*fort.* minima in sue re' LSp, sueris Groth, LSp *olim. fort.* suis parte — 2 murta] murtua H, myrto vulg. *ex* B, murto Turnebus. — ea additur large] *scripsi*, eo ad large F *cum aliis*, eo a large V c p, eo ab large a, eo large b, ea large Laetus. — fartis] fartum Rholandellus *prob. ut vid.* LSp. — 3 crassundiis] F, crassundus ceteri, crassum B, Aldus, in crassundiis Müller, e crassundiis Georges. — lucanicam Laetus. *conf.* Charis. p. 94 K. — 4 didicerint] F G H a b c, didiceretur p, didicerunt M V, Laetus *fort. recte.* — faleris M V p Scioppius. — 5 non ex] *om.* libri, non *add.* Aldus, ex LSp Über d. Krit. p. 46. — utraque parte] LSp, ut reliquae partes libri. *conf.* § 62, 145, IX, 4, 99. — 6 TYphloNENTEPON F, TYPLONENTEPON M, TYPLIONEMTEPON V, *lacun. in aliis. conf.* Isidor. XI, 1. 131. — 7 extis] in extis vulg. *ex* B. *an* ex extis? — 8 a quo in eo quod] in quo quod Müller. '*intercidisse aliquid videtur*' LSp. — tenuissimum] testinuissimum M V a c p, testinuissimum *corr. ex* testinumissimum F. — hila [ab hilo] dicta. Hilo quod F^1 *et omissis supra scriptis* H, hila dicta ab hilo (ilo p) hilo quod G M V p. hila ab hilo dicta id est minimo quod Laetus. — 10 dispendii libri, dispendei vulg. *ex* B. — 11 eminet] vulg. *ex* B, seminet libri. — 13 illa] hila Laetus. — augumentum G b c, Aug. Müller p. 14, agumentum Laetus, *item* B *supra scripto* καὶ agmentum. *conf.* Schuch ad Apic. 7 § 264 p. 135. — 14 imponitur in porriciendo] *scripsi*, '*fort.* in porriciendo' LSp *olim*, imporiendo F H V a c p, imponendo b, vulg. *ex* B, in poriendo ceteri, in ponendo Laetus. *in cod.* F *post* im *novus versus incipit.* desectum iecore in porriciendo Christ. — 15 augendi] Turnebi cod., agendi libri. — magmentum] M, vulg. *ex* B, magnentum ceteri, magnetum Laetus.

pertinet; itaque propter hoc magmentaria fana constituta locis
certis quo id imponeretur. Mattea ab eo quod ea graece ματ- (p. 117 Sp.[1])
τύη. Item graeca singillatim Heleo*sin*um, Bulbum.
23. Lana Graecum, ut Polybius et Callimachus scribunt. § 113
Purpura a purpurae maritumae colore, Poenicum quod a Poe-
nis primum dicitur allata. Stamen a stando, quod eo stat
omne in tela velamentum. Subtemen quod subit stamini. (p. 118 Sp.[1])
Trama quod trameat frigus id genus vestimenti. Densum a (p. 119 Sp.[1])
dentibus pectinis quibus feritur. Filum quod minimum est
hilum; id enim minimum est in vestimento. Pannus grae- § 114
cum, ubi πᾶνος. Panuvollium dictum a pano et volvendo
filo. Tunica ab tuendo corpore, tunica ut *tuica.* Toga a te-

---

1 magmentaria] Turnebus, mentarea libri, montana B, Laetus. — fana] libri, cana Salmasius ad Solin. p. 129 B, vasa Turnebus. — 2 mattea] LSp, Groth, mattae FMa, matae vulg. *ex* B, matheę G, matte HV, macte b c. — ea graece] graeci Laetus. — ματτύη] LSp, Groth, MATTYЄ FMV, MatryЄ p, μα H, *lacun.* G a, *om.* b c, μάτιαι καὶ μάπιαι vulg. *ex* B. — 3 graeca] *scripsi,* grecis *vel* graecis libri, '*fort.* a *vel* e graecis' LSp, graeci Laetus. — heleosinum] *conieci,* heę. Ouum F[1], *in quo* eę. Ouum *corr. man. ut vid.* 1, *atque ita* Vp, esse ouum H, ouum G, haec ouum ceteri. — bulbum] BVLBVM FMV, B(*sic*) H, 'uulb' p, *lacun.* G a c, *om.* Laetus *cum* B. — ovum bulbum *om.* Müller *lacuna addita; ciborum enim ex carne confectorum plura vocabula graeca intercidisse censet.* — 4 lana] *haec non cohaerent cum iis quae praecedunt. vid. praef.* — polibius F. — et] ut GH. — 5 purpure maritumę F. — colore] G, Laetus, colerent ceteri *cum* F, colore et Müller, colore ut Lachm. ad Lucr. II, 829. — Poenicum] penicum F, *exspectes* Poenica. — p^o^enis F[1]. — 6 allata] allegata p, albatum c, allatum Laetus. — 8 trameat] *vel* traviat Turnebus, tramat libri. — frigus] filum *Augustini amicus. si sana est librorum lectio, sic interpreteris:* trama *nominatur, quod genus aliquod vestimenti, cui et ipsi* tramae *nomen est, frigus trameat. conf.* Plin. 11, 81, *ubi* trama *significat* texta aranea; *quibus simile videtur fuisse genus illud vestimenti.* — 9 pectinis *corr. ex* pectinii *ut vid.* F (Groth). — minimum] '*fort. del.*' LSp. — 10 graecum] vulg. *ex* B, grecus *vel* graecus libri. — 11 ubi πᾶνος] *conieci. etiam* LSp '*fort.* ubi Aeolis πᾶνος' *olim adscripsisse invenio.* ubi ea fecit libri. ubi ea facit Laetus, qui eum faciunt Müller, *om.* vulg. *ex* B. — pannuuelium G, panuuelium H a, pannuellium M, pannuellum p. panuuellium F *quod* panuvollium *scripsi.* — 12 tuica] *conieci; nisi forte haec* tunica ut induica *ab alio addita sunt.* indua b, indica F *cum ceteris,* induca Laetus. '*an* tuenica *vel* manica?' LSp. *alia* Christ Philol. XVI p. 456, Riese XXVII p. 305. *conf.* LSp Philol. XVII p. 291.

gendo. Cinctus et Cingillum a cingendo, alterum viris, alterum mulieribus attributum.

§ 115 24. Arma ab arcendo, quod his arcemus hostem. Parma
(p. 120 Sp.[1]) quod e medio in omnis partis par. Conum quod cogitur in cacumen versus. Asta quod astans solet ferri. Iaculum quod ut iaciatur fit. Tragula a traiciendo. Scutum [*a*] sectura ut secutum, quod a minute consect*is* fit tabellis. Umbonis a
§ 116 graeco, quod ambonis. Gladium *C* in *G* commutato a clade, quod fit ad hostium cladem gladium; similiter ab omine Pi-
(p. 121 Sp.[1]) lum, qui hostem ferirent, ut perilum. Lorica quod e loris de corio crudo pectoralia faciebant; postea subcidit gallica e ferro sub id vocabulum, ex anulis ferrea tunica. Balteum quod cingulum e corio habebant bullatum, balteum dictum. Ocrea
(p. 122 Sp.[1]) quod opponebatur ob crus. Galea ab galero quod multi usi
§ 117 antiqui. Tubae ab tubis, quos etiam nunc ita appellant tubicines sacrorum. Cornua quod ea quae nunc sunt ex aere, tunc fiebant bubulo e cornu. Vallum vel quod ea varicare nemo posset, vel quod singula ibi extrema vacilla furcillata habent figuram litterae V. Cervi ab similitudine cornuum

---

1 cinculum GH, cingulum M, Laetus. — 5 acumen GH. — uorsus G. — sollet *in* F *esse testatur* Groth. — 6 a] *add.* Laetus, *om.* libri. — 7 a minute] aminute *corr. ex* aminuti F (Groth). aminutie p, minute vulg., e minute Müller. — consectis] Augustinus, Müller, consectum libri. — fit] sit a b B Aldus, sic p. — a graeco] aut a graeco vel Laetus. — 8 quod] ut M. — ἄμβωνες Turnebus. — gladium] LSp, gladius libri. *conf.* VIII, § 45, R. R. I 48, 3. — C in G] G in C FGHVa, *sed litterae in* F *tam sibi similes sunt ut vix discrepent.* — 9 ad] ob GH. — gladium] *fort. del.* — omine] vulg., homine libri. — 10 qui] quod Laetus, quo Vertranius. — hostem] hostis vulg. *ex* B. — ferirent] *scripsi*, feriret libri, periret Augustinus. — 11 subcidit] succidia M, subccidia G, sucuderunt Laetus. — gallica e] Müller, gallie F *cum aliis*, gallee p, galliae GH, gallus b, galli e Laetus, alia e Turnebus. *conf.* Lachm. ad Lucr. VI, 954. — 12 ferrea tunica] Turnebus, ferream tunicam libri. *in* F tunicam *sic scriptum est ut* m *litterae nota solito longius absit a linea.* ferea iam tunica Lachmann. loricam *pro* tunicam Ursinus *apud Scioppium.* — 14 opponebatur] ponebatur Scioppius. — quo vulg. *cf.* Aug. Müller p. 40. — multum Scioppius. — 16 sacrorum] sacrorum id est Sacri tubicines tubi vocantur Laetus. — 17 varicari Laetus. '*fort.* varicare opus sit' Sciopp. *in marg.* — 18 posset] possit vulg. '*fort.* potest' LSp. — bacilla vulg.

cervi; item reliqua fere ab similitudine ut Vineae, Testudo, Aries.

25. Mensam escariam Cillibam appellabant; ea erat qua- § 118
drata ut etiam nunc in castris est; a cibo cilliba dicta; postea (p. 123 Sp.[1])
rutunda facta, et quod a nobis media et a Graecis mesa, mensa dicta potest; nisi etiam quod ponebant pleraque in cibo mensa. Trulla a similitudine truae, quae quod magna et haec pusilla, ut truola; hanc Graeci trullan. Trua quo in culina lavatrinam aquam fundunt; trua quod travolat ea aqua. Ab
eodem est appellatum Truleum; simile enim figura nisi quod (p. 124 Sp.[1])
latius est quod concipiat aquam et quod manubrium cavum
non est nisi in vinario truleo. Accessit Matellio a matula § 119

---

1 '*fort.* vinea' LSp. — 3 cillibam] cibillam Rholand., *infra* cibilla Laetus. — erant F V a p. — 4 'a cibo cilliba dicta *melius post* appellabant *ponuntur*' LSp. — 5 rutunda facta *corr. ex* rutundę factę F, rutundae factae M. — media] Charisius p. 58 K: mensam sine n littera dictam Varro ait, quod media poneretur, sed autores cum n littera protulerunt, Vergilius saepe. sed et mensam cum n posse dici idem Varro ait, quod et mensa [βρωτὰ] edulia in ea [escolenta] ponerentur. '*hunc in suo Varronis exemplo, nisi memoria eum fefellit, invenisse conicias:* et quod a nobis media (ponebatur) et a Graecis, mesa. mensa dici potest etiam quod' LSp. — agrecis mesa m̃sa F, μέσα *pro* mesa Aldus. — 6 dicta] Müller, dici libri. (*conf.* VI, 68 id a θριάμβῳ potest dictum, V, 96 possunt .. ficta, *al.*) *fort.* dicta. potest etiam quod. — 8 truola] *scripsi* (*ut* area areola *al.*), troula libri, truilla LSp, truella Georges. — hanc] LSp, hinc libri. — TRVLLan F, trullā M V, Laetus, trullan p, *item* G *addita lac. duorum verb., om.* H a b c, τρυβλίον, nos trullam vulg. *ex* B. — trua] Müller, truae libri. — quo in culina] *scripsi*, quae culina in libri (culinae B, e culina Bentinus), qua e culina Müller. — 9 aquam fundunt] *in haec verba exit primi quaternionis folium postremum cod.* F. *secundum qui sequebatur* (p. 123—238 ed. Sp.[1] trua quod ... sic enim V, 118—VI, 61) *Victorius invenit et scripturam contulit, nunc excissus desideratur, iam Bandinio frustra quaesitus. Quae nunc desunt in* F, *ea cum Laurent.* 51, 5 *qui non sine cura ex illo descriptus est,* H. Keil *composuit* (f). *eas autem varias lectiones quas* Victorius *ex deperdito illo quaternione editioni principi adscripsit, littera* F *indicavimus.* — 10 eodem est] '*fort.* eadem' LSp. — simile] '*fort.* similei' LSp. simile *pro nominativo habendum ex more Varr.* — 11 quod] quo Müller. — concipiat] F p[1], concipit ceteri. — 12 vinario truleo] Christ, uinaria trulla libri, *nisi quod* tulla f. — '*fort.* non nisi . . . accessit. Matellio' LSp. — matellio] Aldus, matiolio libri, matiolus B.

dictus et fictus, qui posteaquam longius a figura matulae discessit, et ab aqua Aqualis dictus. Vas aquarium vocant Futim quod in triclinio allatam aquam infundebant; quo postea accessit Nanus cum graeco nomine, et cum latino nomine graeca
(p. 125 Sp.[1]) figura Barbatus. Pelvis pedeluis a pedum lavatione. Candelabrum a candela; ex his enim funiculi ardentes figebantur, Lucerna post inventa, quae dicta a luce aut quod id vocant
§ 120 λύχνον Graeci. Vasa in mensa escaria: ubi pultem aut iurulenti quid ponebant, a capiendo Catinum nominarunt, nisi quod Siculi dicunt κάτινον ubi assa ponebant; Magidam aut Langulam alterum a magnitudine, alterum a latitudine finxerunt. Patenas a patulo dixerunt, ut pusillas, quod his libarent
(p. 126 Sp.[1]) coenam, Patellas. Tryblia et Canistra quod putant esse latina, sunt graeca. τρύβλιον enim et κανοῦν [de] graece. reliqua quod aperta sunt, unde sint relinquo.

§ 121 26. Mensa vinaria rotunda nominabatur Cilibantum, ut
(p. 127 Sp.[1]) etiam nunc in castris. id videtur declinatum a graeco. Cyliceum a poculo calice, qui illis [κύλιξ]. Capides et minores

---

1 dictus et fictus] *vel* fictus et dictus *scrib. putavi,* dictus et dictus libri, dictus (*om.* et dictus) *cum* Turnebo LSp. — et] *om. cum* Scioppio LSp, *nisi est pro* etiam *aut supra* postea *scrib. pro* posteaquam. — 2 futim] futum V, Aldus, butim M. — 3 quod] quo vulg. — quo] '*an* quoi?' LSp. — 4 nanus] Turnebus, magnus libri, μάγινος vulg. *ex* B. — 5 barbatos Laetus. — pedeluis] Scioppius, pedelavis Aldus, pedeuis libri. *fort.* pelvis ut pedeluis. — 8 licnon MVp, *lacuna in* f a G. greci lichnon Laetus (*tacet Victorius*). — immensa f G. — 9 quid] quod f. — catinon F G M V p, *lacuna in* f b c. — 10 magidam] '*fort.* magidem *vel* magida' LSp. Aug. Müller p. 34. — aut] autem G M, autem aut Laetus. *conf.* Reiter p. 31. — iangulam V p. — 12 patenas] libri *quod non mutandum erat,* patinas Rholandellus. — quod his] quis Müller. — dixerunt pauxillas uero ut his B. — 13 triplia libri, *corr.* vulg. *ex* B. — quod] quae *cum* Aldo LSp. — latina et sunt M, Laetus. — 14 triplion F G M V p, τρ *cum lacuna* H, f, *lacuna in* a c. — κανοῦν] LSp, canunun F, canunum M, cannuun V, canñnum p, καν *cum lac.* H, canastron Laetus, *lacun.* a f, *om.* G. — graece] *scripsi* (*ut* p. 51, 8) de *om.*, de graeca M, Laetus, *nec Victorius ex* F *mutavit,* de graeco V p, graeca ceteri. *delet* LSp. — sunt graeca. τρυβλίον καὶ κανέον graeca sunt. reliqua vulg. *ex* B. — 16 cylibantum a graeco a poculo (*sic*) f. — 17 nunc] *om.* B, Laetus, *nec Victorius ex* F *addidit.* — cyliceum] *scripsi,* ciliceo M V p, *lacuna in* H a c, cyliceo ceteri. — 18 calice qui illis κύλιξ] *scripsi,* cylice qui illa libri. *ceterum conf.* § 127. — capides] LSp, capis Tur-

Capulae a capiendo, quod ansatae ut prendi possent, id est capi. Harum figuras in vasis sacris ligneas ac fictiles antiquas etiam nunc videmus. Praeterea in poculis erant Pa- § 122
terae, ab eo quod patent ita dictae. hisce etiam nunc in publico convivio antiquitatis retinendae causa, cum magistri fiunt, potio circumfertur, et in sacrificando deis hoc poculo magistratus dat Deo vinum. Pocula a potione, unde Potatio. (p. 128 Sp.¹)
sed etiam possunt haec a Poto, quod *πότος* potio graece. Origo potionis Aqua, quod aequa summa. Fons unde fun- § 123
ditur e terra aqua viva, ut fistula, a qua fusus aquae. Vas vinarium grandius Sinum ab sinu, quod sinum maiorem cavationem quam pocula habebat; item dictae Lepestae quae etiam nunc in diebus sacris Savinis vasa vinaria in mensa deorum sunt posita; apud antiquos scriptores graecos inveni appellari poculi genus *δεπέσταν;* quare vel inde radices in (p. 129 Sp.¹)
agrum Sabinum et Romanum sunt profectae. Qui vinum da- § 124
bant ut minutatim funderent, a guttis Guttum appellarunt; qui sumebant minutatim, a sumendo Simpulum nominarunt. In huiusce locum in conviviis e Graecia successit Epichysis et Cyathus; in sacruficiis remansit guttus et simpulum. Altera § 125
vasaria mensa erat lapidea quadrata oblonga una columella;

---

nebus, capit libri. '*fort.* a graeco *κυλικεῖον.* pocula, quae in illa, capides' LSp (quae in *iam* Müller). — 1 id est capi] '*delenda esse puto, sed conf.* § 137: solvunt id est luunt.' LSp. *quamquam non facile his verbis careas quibus deletis absit idem syllabarum sonitus.* — 4 patent] LSp *duce* Aldo *qui* pateant latine *scripserat,* latini libri, latum latini Müller, *conf.* Ursinus ad Ciaccon. p. 167. — ita] iam p. — dictae] dicunt dictae F G, dicunt M B, Laetus. — 5 causa cum] gratia quom G H. — 8 sed etiam possunt haec] *scripsi,* et etiam postea haec possunt libri, *in quibus varia lectio videtur esse* postea (*an* pote?) *et* possunt. *pro* postea *scripsit* repotia Müller *coll.* VI, 84. '*fort.* potatio et repotia. haec possunt etiam a *πότος*' LSp. *conf.* Reiter p. 9. — poto] libri, h. e. *πότῳ.* — quod *πότος*] quod potos libri, quod *cum lac.* f. — potio] poton p. — 9 origo potionis] *fort. del. ut marginis nota.* — aequa] equa libri. — 11 cavationem] Aldus, cautionem libri. — 12 habebat] LSp, habebant libri. — dictae lepestae] Müller, dicta flepeste M V f p, dictae flepestae G H, dicta lepeste Scioppius. — 13 sauinis M V p. — 15 *δέπεσταν* H, *δέπασταν* a, depestam F G V p, *lacun.* f, *δέπαστρον* Ursinus *ap. Scioppium, λεπαστάν* Müller. *conf.* Pollux X, 75. — 19 epychisis f H V. — 20 sacruficiis] *sic* f. — 21 uasaria (uin *supra scriptum*) F f a, uasaria G H, ui-

vocabatur Cartibulum. haec in aedibus ad compluvium apud
(p. 130 Sp.¹) multos me puero ponebatur et in ea et *cir*cum eam aenea vasa: a gerendo Cartibulum potest dictum.

§ 126 27. Praeterea erat tertium genus mensae [et] quadratae vasorum; vocabatur Urnarium, quod urnas cum aqua positas ibi potissimum habebant in culina. ab eo etiam nunc ante balineum locus ubi poni solebat, Urnarium vocatur. Urnae dictae quod urinant in aqua haurienda ut urinator. Urinare
§ 127 est mergi in aquam. Impurro fictum ab urbo, quod ita flexum ut redeat sursum versus *ut* in aratro quod est urvum.
(p. 131 Sp¹.) Calix a caldo, quod in eo calda puls apponebatur et caldum eo bibebant. Vas ubi coquebant cibum, ab eo Caccabum appellarunt. Veru a versando.

§ 128 28. Ab sedendo appellatae Sedes, Sedile, Solium, Sellae, Siliquastrum; deinde ab his Subsellium; ut Subsipere quod non plane sapit, sic quod non plane erat sella, Subsellium. ubi in eiusmodi duo, Bisellium dictum. Arca quod arcebantur
(p. 132 Sp.¹) fures ab ea clausa. Armarium et Armamentarium ab eadem origine, sed declinata aliter.

---

naria *ceteri ex* F². — erant f. — columbella libri, columnella Laetus, *corr.* Rholandellus. — 1 a *pro* ad (*ante* compl.) fVp, apud GH, *om.* M. — 2 in ea] tina Scaliger, Ursinus ad Ciacconium p. 150. — circum eam] Christ, cum ea libri. — 3 cartibulum] cartibum HVapf, gertibulum unde cartibulum B, vulg., cartibum unde cartibulum Laetus, *nec Victorius mutavit.* — potest] post GHMb, Laetus. — dici a. — 4 et] *delevi.* etiam Scioppius. '*fort. antea intercidit* lapideae *vel simile*' LSp. — 5 uocabatur V, uocatur ceteri, vocaturque vulg. *ex* B, vocabaturque Scioppius. '*fort.* vocatum, *nisi probum est illud* vocabatur' LSp. — 8 aurienda f. — orinator orinare libri *praeter* p, *in quo* urinator dicitur intre est mergi; *correxit* Bentinus. — 9 impurom H, impūco M, in pūro b, imburum Aldus *cum* B, impurvom Müller. — ab urbo] a bura Ursinus, ab urvo Müller. — 10 ut] Aldus, est ut G, est ceteri, *om.* Laetus. — urvum] B, aruum libri, bura Augustinus, urbum vulg. — 11 plus apponebatur libri, *corr.* Laetus. — 12 cacabum Mp, *editi praeter* Laetum *qui* cocubum *habet.* — 13 veru] Aldus, uera libri. — 14 ab] a fG. — solium] Augustinus, souum libri, sedum Aldus. — 15 seliquastrum Aldus. — 16 sapit] '*fort.* subsipere non plane sapere, *certe* qui, *non* quod *exspectamus*' LSp. — 17 in] '*fort. del.*' LSp. — arcentur vulg. *ex* B, arceantur Scioppius. — 18 armamentarium] armamentum M, armentarium p.

29. Mundus muliebris dictus a munditia. Ornatus quasi § 129
ab ore natus; hinc enim maxime sumitur quod eam deceat.
Itaque id paratur speculo. Calamistrum quod his calfactis in
cinere capillus ornatur. Qui ea ministrabat a cinere Cinerarius
est appellatus. Discerniculum quo discernitur capillus. Pecten
quod per eum explicatur capillus. Speculum a speciendo quod (p. 133 Sp.[1])
ibi se spectant. Vestis a vellis vel ab eo quod vellus lana § 130
tonsa universa ovis. id dictum quod vellebant. Lana ex lana
facta. Quod capillum contineret dictum a rete Reticulum; Rete
ab raritudine; item texta fasciola, qua capillum in capite alligarent, dictum Capital a capite, quod sacerdotulae in capite
etiam nunc solent habere. Sic Rica ab ritu, quod Romano
ritu sacrificium feminae cum faciunt, capita velant. Mitra et
reliqua fere in capite postea addita cum vocabulis graecis.

30. Prius [de] indutui, tum amictui quae sunt, tangam. § 131
Capitium ab eo quod capit pectus, ut antiqui dicebant, id est (p. 134 Sp.[1])
comprehendit. Indutui alterum quod subtus, a quo Subucula;
alterum quod supra, a quo Supparus, nisi id quod item dicunt
osce. Alterius generis item duo, unum quod foris ac palam,
Palla; alterum quod intus, a quo Intusium, id quod Plautus dicit:

Intusiatam patagiatam caltulam ac crocotulam.

---

1 mulieris Scioppius. — 2 maxume G. — doceat p, Sciopp. *in marg.* — 3 id] ob id Laetus, ideo a, *quod probat* LSp. — speculo] *scripsi,* speculum libri. — his] is V p, *om.* G H. — calefactis p, calefactum G H. — 5 est] *om.* H. — 6 spiciendo libri, *corr.* Laetus. — 7 se spectant a b, Turnebus, espectant F, exspectant *vel* expectant alii. — vestis] vestis universa *ex inferioribus* Christ Philol. XVI p. 461 *quod probat* Riese XXVII p. 305 *et olim* LSp XVII p. 298. vestis . . facta *ante* Prius § 131 *ponit* Christ. — uellis] *h. e.* villis libri, *quod retinui* (*conf.* Lucil. sat. I, 28 M.), velis Laetus. — vel] Laetus, uela libri. — 8 uellabant libri, *corr.* Aldus *cum* B. — lanea (*priore loco*) Turnebus. — 10 in capital ligarent Groth. — 12 *fort.* habere sic. rica. — 13 foeminae quom f. — 15 prius deinde utuitum amictui F G V f p (amittui f), *ubi* de indutu Laetus, dein indutui Müller. *delevi* de. — tum] aut M B, Laetus. — sunt tangam] subtangam Laetus, *tacet Victorius.* — 16 capit] capiat G M V p. — ut antiqui dicebant id est] LSp, id est ut antiqui dicebant libri. *an delenda sunt* ut antiqui dicebant? — 17 conprehendit f. — 19 '*fort.* Oscei' LSp. — 22 caltulum libri, *corr.* Laetus *ex* Plaut. Epid. II, 2, 17. — crocolatum f, corcotulam H.

(p. 135 Sp.[1]) Multa post luxuria attulit, quorum vocabula apparet esse graeca
§ 132 ut Asbeston. Amictui dictum quod amiectum est, id est circumiectum, a quo etiam quo vestitas se involvunt, Circumiectui appellant, et quod amictui habet purpuram circum, vocant Circumtextum. Antiquissimi amictui Ricinium; id, quod eo utebantur duplici, ab eo quod dimidiam partem retrorsum
§ 133 iaciebant, ab reiciendo Ricinium dictum. Hinc quod facta
(p. 136 Sp.[1]) duo simplicia paria, Parilia primo dicta, R exclusum propter levitatem. Parapechia, Clamides, sic multa, graeca. Laena quod de lana multa, duarum etiam togarum instar; ut antiquissimum mulierum ricinium, sic hoc duplex virorum.

§ 134 31. Instrumenta rustica quae serendi aut colendi fructus causa facta. Sarculum ab serendo ac sariendo. Ligo quod eo
(p. 137 Sp.[1]) propter latitudinem quod sub terra facilius legitur. Pala a
§ 135 pangendo, G L quod fuit. Rutrum ruitrum a ruendo. Aratrum quod aruit terram. Eius ferrum Vomer quod vomit eo plus terra. Dens quod eo mordetur terra; supra id regula quae stat Stiva ab stando, et in ea transversa regula Manicula, quod manu bubulci tenetur. Qui quasi temo est inter boves, Bura a bubus; alii hoc a curvo Urvum appellant. Sub iugo medio

---

2 abiectum est id est circumlectum libri, *corr.* vulg. ambiectum Müller. — 3 quo vestitas] G, Augustinus, quod uestitas ceteri. — vestitu se Turnebus. — 5 '*fort.* antiquissimum, *alii apud Turnebum* antiquissimis' LSp. — amictuis Scaliger. — 7 faciebant libri (*omnes puto*), *corr.* Laetus. — reiiciendo f. — ricinum f, recinum a. — 8 R exclusum] Müller, r esclusum Turnebus, resclusum H V a f, resiculum p, resculum F *apud Vict.* reclusum G M b. *fort.* RI exclusum *vel supra* parlia. — 9 breuitatem G H. '*fort.* lenitatem' LSp. — parapecheia M, *παραπεχεία* B. — chlamydes Veneta, *χλάμυς* B. — lena libri, *corr.* Aldus. — 10 duarum] ducrum f. — etiam] '*fort.* enim' LSp. — 13 ab] F, 'a' f *cum plerisque*. — serendo ac] serando ac Scaliger. '*fort. del.*' LSp. *de duabus originibus conf.* § 136 eradunt atque eruunt, VII § 52 circum latera erant regi atque ad latera habebant ferrum, VI § 47 a voluntate dictum et a volatu *al.* — sariendo] Aldus, sarcendo libri, sariendo vulg. *ex* B. — 15 pagendo Laetus. — G L quod fuit] G in L mutatum vulg. *ex* B, factum L G quod fuit Müller. — 16 aruit] aravit Laetus, arruit Turnebus, ruit B, eruit Augustinus. — 17 terra] Madvig Adv. II p. 168, *prob.* LSp Philol. Anz. V p. 584. terram libri. terrae Rein Obs. crit. p. 6. — mordent p². — 18 ab] F, 'a' f *cum plerisque*. — manibula V p. — 19 qui] *de interpunctione vid.* Müller, Reiter p. 88 adnot. 2. — 20 urvum] Turnebus, Schneider ad R. R. p. 395, curuum libri.

cavum, quod bura extrema addita oppilatur, vocatur Coum a covo. Iugum et Iumentum ab iunctu. Irpices regula com- § 136 pluribus dentibus, quam item ut plaustrum boves trahunt, ut (p. 138 Sp.[1]) eruant quae in terra serpunt; sirpices postea S detrito a quibusdam dicti. Rastelli ut irpices serrae leves; itaque homo in pratis per fenisecia eo festucas corradit, qua ab rasu*ra* Rastelli dicti. Rastri quibus dentatis penitus eradunt terram atque eruunt, a quo rutu rastri dicti. ' Falces a farre littera § 137 commutata; hae in Campania Seculae a secando; a quadam (p. 139 Sp.[1]) similitudine harum aliae, ut quod apertum unde, Falces Fenariae et Arboriae; et quod non apertum unde, Falces Lumariae et Sirpiculae. Lumariae sunt quibus secant lumecta, id est cum in agris serpunt spinae; quas quod ab terra agricolae solvunt, id est luunt, Lumecta; Falces Sirpiculae vocatae ab sirpando, id est ab alligando; sic Sirpata dolia quassa cum (p. 140 Sp.[1]) alligata his dicta. utuntur in vinea alligando fasces, incisos fustes, faculas. has Phanclas *Chermonesioe dicunt. Pilum § 138 quod eo far pisunt, a quo ubi id fit dictum Pistrinum. L et S inter se saepe locum commutant. Inde post in urbe Lucili

1 cavum] canum V, coum B, covum Rholandellus. — '*fort.* vocatum' LSp. — coum] cous F *apud Victorium.* — 2 covo] cavo Rholandellus. — iumenta GMVa. — compluribus] cum pluribus Vb, Laetus, conpluribus f. — 4 serunt libri, *corr.* Turnebus. — '*fort* sirpices, irpices' LSp. — S] est GHaf, si M, quae Laetus (*tac. Vict.*). — detrita M, Laetus (*tac. Vict.*). — quibusdam] quibus Vp. — 5 itaque] vulg. *ex* B, ita qua libri. *conf.* Reiter p. 100 sq. — 6 fenisecta libri, *corr.* vulg. — festucas] festas f. — qua] HVfp, quo alii. — rasura] *scripsi,* rasu libri. — 7 dentalis libri, *corr.* Turnebus, dentalibus Laetus. — 8 rutu rastri] Scaliger *et* Turnebus *qui* erutu *scripsit,* ratrabatri G, ruturbati ceteri. rasu rastri Roth Philol. XVII p. 175. — '*fort.* farre R littera' LSp. — 9 Hec V. — secculae f. — 11 arboreae GHVp, arborariae Georges, *item* Freund *et* Klotz *in lexicis.* — lumariae falces Laetus. — lumariae et] lumaria et Ff. — 12 id est] *om.* Laetus. — 14 luunt id est solvunt Augustinus. *conf.* p. 51, 1. — 15 sirpata] vulg. *ex* B, sirpita libri. — 17 phlanclas f, fanclas HVp, phanclas (fundas) G, zanclas Müller. — V. C. phanides Chermonesiae, al. phandas chersonesii Sciopp. *marg.* — chermosie f, chermosioe Ga, chermosiae H, chersonesice vulg. *ex* B. — 18 pinsunt Bentinus. *cf.* Aug. Müller p. 55. — quo id sit dictum Laetus (*tac. Vict.*). — L] vulg., R libri. — et *om.* V. — 19 locum *om.* M vulg.

(p. 141 Sp.[1]) Pistrina et Pistrix. Trapetes molae oleariae; vocant trapetes a terendo, nisi graecum est; ac molae a molliendo; harum enim motu eo coniecta molliuntur. Vallum a volatu, quod cum id iactant volant inde levia. Ventilabrum quod ventilatur in
§ 139 aere frumentum. Quibus comportatur fructus ac necessariae res: de his Fiscina a ferendo dicta. Corbes ab eo quod eo spicas aliudve quid corruebant; hinc minores Corbulae dictae. De his quae iumenta ducunt: Tragula quod ab eo trahitur per terram. Sirpea quae virgis sirpatur, id est colligando im-
§ 140 plicatur, in qua stercus aliudve quid vehitur. Vehiculum in
(p. 142 Sp.[1]) quo faba aliudve quid vehitur, quod ex viminibus vietur aut eo vehitur. Brevius vehiculum dictum est aliis vel Arcera, quae etiam in duodecim tabulis appellatur; quod ex tabulis vehiculum erat factum ut arca, arcera dictum. Plaustrum ab eo quod non ut in his quae supra dixi, sed ex omni parte palam est, quae in eo vehuntur, quod perlucet, ut lapides, asseres, lignum.

§ 141 (p. 143 Sp.[1]) 32. Aedificia nominata a parte ut multa. Ab aedibus et

---

1 pistrix] pistria Vp. — vocantur Bentinus *cum* B. '*fort.* oleariae vocantur' LSp. — trapetes] trapeta Laetus, *cui Victorius* s *addit.* — 2 ac *om.* vulg. '*fort. graeci vocabuli vestigium est*' LSp. — molliendo] Scaliger, molendo M, Laetus, moliendo ceteri. movendo Groth. — 3 molliuntur] Scaliger, moluntur Vertranius, moliuntur libri. — vallum] uannum B. Serv. ad Georg. 1, 166: 'vannus Iacchi, id est cribrum areale. legimus tamen et vallum secundum Varronem.' — 4 quod] quo vulg. — 5 aere] '*fort.* area' *marg.* Scioppii. — conportatur f, Laetus, comportantur Mp, Aldus, corporantur H. — ac] *del.* LSp. — 6 his] iis Laetus. — 7 aliũdue f. — 8 quod ab eo] libri (*scil.* ab iumento), ab eo quod *cum* Laeto LSp. — 9 quae] quod Müller. — colligendo f. — 10 vehitur] geritur p, evehitur vulg. *ex* B. — 11 vehitur] geritur Vp. — ex] Laetus, est libri. — vietur] Turnebus, utetur libri (uteretur GM). quo ex viminibus uterentur vulg. *ex* B. — 12 brevius] *scripsi,* breui est libri, brevis veha vulg. *ex* B, vehea brevis veha Scioppius, *om.* Laetus. '*fort.* brevi E' LSp. — est aliis vel] vel *del.* LSp. *fort.* ab aliis ut. dictum est aliis ue ẽt dictum ab his uel G, dictum est aliis uel etiam dictum ab his uel M. — 14 arca] archar f, arcar FGMV, arcas H. — 15 ut] F, *om.* f Laetus. ut in *om.* GH. — sed] '*fort.* ex quadam parte sed' LSp. — 16 *scrib. vid. aut* vehantur *aut* palam sunt. — perlucet] libri, perlucent vulg. *prob.* LSp. — lapidem Vfp. — 17 lignum] *vel* tigna LSp, tignum libri. — 18 aperte] MVa.

faciendo maxime Aedificium, [et] Oppidum ab Opi dictum, quod munitur opis causa ubi sint, et quod opus est ad vitam gerendam ubi habitent tuto. Oppida quod operi muniebant, moenia. Quo moenitius esset quod exaggerabant, Aggeres dicti, et qui aggerem contineret Moerum. Quod muniendi causa portabatur Munus. Quod sepiebant oppidum eo moenere, Moerus. (p. 144 Sp.[1])
§ 142 Eius summa Pinnae ab his quas insigniti milites in galeis habere solent et in gladiatoribus Samnites. Turres a torvis, quod eae proiciunt ante alios. Qua viam relinquebant in muro, qua in oppidum portarent, Portas.
§ 143 Oppida condebant in Latio Etrusco ritu multi, id est iunctis bobus, tauro et vacca, interiore aratro circumagebant sulcum. hoc faciebant religionis causa die auspicato, ut fossa et muro essent muniti. Terram unde exculpserant, Fossam vocabant et introrsum iactam Mu- (p. 145 Sp.[1]) rum. Post ea qui fiebat orbis, Urbis principium; qui quod erat post murum, Postmoerium dictum, eiusque auspicia urbana finiuntur [*cippis*]. Cippi pomeri stant et circum Ariciam et cir-

---

1 maxime] maxume GH, maximum vulg. — et] est vulg., *om.* Scioppius. — opi] ope Laetus. *cf.* Aug. Müller p. 28. — 2 ubi sit b Müller. — 3 gerundam G. — ubi] ut p. — habitent] habeant MVp, *prob.* Madvig. Adv. II p. 168. — tuto] GHVfp, tuta alii. — oppida] oppida vel B, vel oppida vulg. '*fort.* oppidum' LSp. — operi] operis Müller, Madvig, opere vulg. — 4 moenia] moenia dicta HMap. — quo] quod HVap. — essent GH, Laetus. Quo munitius ut esset, quod Madvig. *conf.* Rein Observ. crit. p. 8. — aggeres dicti] '*fort.* aggerem dicebant' LSp. — 5 moerum] merum f, murus vulg. *ex* B. — parabatur Vp. — 6 munus] Laetus, manus libri. moenus *et* moeniendi *vid. fuisse.* — causa manu parabatur, quod vulg. *ex* B. — quod] que G, quo vulg. — $_{o}$eo moenere] Turnebus, eę omoenere FMVa, esse omenere H, et emoenere G, ee emoenere p, eae amoenere f, e quo munere vulg. — moerus] Scioppius, murus libri. — 7 eius] ẽi V, enim p. — habere in galeis Laetus. — 9 prospiciunt M, Laetus. — qua in .. portas] '*fort.* quae in .. portae' LSp. — 11 multi] ut multa Augustinus, sulcis Groth. — id est] idem f. — bacca libri, *corr.* Laetus. — 14 iactam] Müller, factam^{um} F, factam ceteri, factum Laetus. — 15 post ea] Müller, postea libri. — 16 pomerium Laetus. '*fort.* pomerium ut postmoerium' LSp. — eiusque] eius, quo Turnebus, eiusque ambitu vulg. *ex* B. eo usque Mommsen Hermes X p. 43, quoque Reiter p. 81 sq. — 17 cippis] *add.* LSp. — circum Ariciam et circum] Scioppius, circum ars clamet circoum F *cum plerisque,* circum areolam ardeam et circum B, cir-

cum Romam. Quare et oppida quae prius erant circumducta aratro ab orbe et urvo Urbes; ideo coloniae nostrae omnes in litteris antiquis scribuntur urbis, quod item conditae ut Roma, et ideo coloniae et urbes conduntur, quod intra po-

§ 144 merium ponuntur. Oppidum quod primum conditum in Latio

(p. 146 Sp.[1]) stirpis Romanae Lavinium; nam ibi Dii penates nostri. hoc a Latini filia, quae coniuncta Aeneae, Lavinia, appellatum. Hinc post triginta annos oppidum alterum conditur Alba; id ab sue alba nominatum. haec e navi Aeneae cum fugisset Lavinium, triginta parit porcos; ex hoc prodigio post Lavinium conditum annis triginta haec urbs facta, propter colorem suis et loci naturam Alba Longa dicta. Hinc mater Romuli Rhea,

§ 145 ex hac Romulus, hinc Roma. In oppido Vici a via, quod ex utraque parte viae sunt aedificia. Fundula a fundo, quod exitum non habet ac pervium non est. Angiportum, si id angustum, ab agendo et portu. Quo conferrent suas controversias

(p. 147 Sp.[1]) et quae venderentur vellent quo ferrent, Forum ~~appellarunt.~~

§ 146 Ubi quid generatim, additum ab eo cognomen, ut Forum Bovarium, Forum Olitorium; hoc erat antiquum Macellum, ubi olerum copia. ea loca etiam nunc Lacedaemonii vocant Macellum, sed Iones ostia ortorum [Macellotas ortorum] et castelli

cum Ardolam Ardeam et circum vulg. — 1 et (*post* quare) *om.* H f. — 2 orbe] Laetus, urbe libri. — urbes] urbs est libri, urbes et Aldus. '*fort.* aratro urbes dictae, ab orbe' LSp. — 3 urbis] urbes G H. — 4 et urbes] ut urbes vulg. *ex* B, urbes et Laetus. '*fort.* et *del.*' LSp. — 7 appellatum Stanlei ad Aeschyl. sept. v. 125, appellata libri. — 8 conditum H a. — 9 suae f. — quom G H. — fugisset] vulg. *ex* B, Victorius, Turnebus, fuisset libri. — 10 'Lavinium *fort. del.*' LSp. *sed conf.* R. R. II, 4, 18. — parit] *pro* pariit *positum esse censet* Aug. Müller p. 57. — 12 rhea libri, *non* rea. *conf.* Nieb. hist. rom. I, 214. — 13 ex utraque] vulg. *ex* B, dextra qui F f b p, dextraque a, dextra quod M V, dextera H, dextra Laetus. *vid.* § 111. — 14 fundula] LSp, fundullae libri. — 15 habent B. — sive quod id angustum sive ab Müller, '*sed sufficit* si *mutatum in* quod' LSp. *intellego:* fundula angip. nominatur si id angustum est. — 16 agendo] angendo Laetus. *conf.* VI § 41. — 17 uendere G M. '*fort.* vellent *del.*' LSp. *conf.* Paul. ex Fest. s. v. macellum p. 125 M. — 18 addictum f. — bovarium libri, boarium Laetus. — 20 macellum sed] '*fort.* μακέλλους et' LSp. — 21 ostia] hostia libri. — ortorum et castelli macela (*sive* μάκελα) LSp, ortorum macellotas ortorum et castelli macelli libri, macella *etiam* Müller *coll.* Hesych. s. h. v.

Macela. Secundum Tiberim ad Iunium Forum Piscarium vo-
cant; ideo ait Plautus apud piscarium. Ubi variae res ad (p. 148 Sp.[1])
corneta Forum Cuppedinis a *Cuppe*dio, quod multi Forum Cu-
pidinis a cupiditate. Haec omnia posteaquam contracta in § 147
unum locum quae ad victum pertinebant et aedificatus locus,
appellatum Macellum, ut quidam scribunt, quod ibi fuerit ortus,
alii quod ibi domus fuerit, cui cognomen fuit Macellus, quae
ibi publice sit diruta, e qua aedificatum hoc quod vocetur ab
eo macellum. In foro Lacum Curtium a Curtio dictum con- § 148
stat, et de eo triceps historia; nam et Procilius non idem pro-
didit quod Piso, nec quod is, Cornelius Stilo secutus. A Pro-
cilio relatum in eo loco dehisse terram et id ex S. C. ad (p. 149 Sp.[1])
aruspices relatum esse; responsum deum Manio postilionem
postulare, id est civem fortissimum eo demitti. tum quendam
Curtium virum fortem armatum ascendisse in equum et a Con-
cordia versum cum equo eum praecipitatum; eo facto locum
coisse atque eius corpus divinitus humasse ac reliquisse genti
suae monumentum. Piso in annalibus scribit sabino bello, § 149
quod fuit Romulo et Tatio, virum fortissimum Mettium Cur- (p. 150 Sp.[1])
tium Sabinum, cum Romulus cum suis ex superiore parte im-
pressionem fecisset, [Curtium] in locum palustrem, qui tum
fuit in foro antequam cloacae sunt factae, secessisse atque
[ad] suos in Capitolium recepisse; ab eo lacum invenisse no-

---

1 tyberim f. — ad Iunium] ad Ianum *apud Turnebum,* ad Ianium Scaliger, ad merum Bunsen descr. Rom. I, 629, adiunctum Urlichs, ad Portunium Jordan II, 257. — 2 Plaut. Curc. IV, 1, 13 apud forum piscarium. — 3 cuppedio] *scripsi cum* vulg. (*quae* cupedio), cuppedine Jordan Herm. II, 89, cupedeo Laetus, fastidio libri. — quod] Laetus, quem libri. Aug. Müller p. 38. — cuppedinis libri. — 7 fuerit domus G H. — cui] quoi H a, Manii cui Urlichs topogr. rom. p. 147. — 10 et de] et *om.* Laetus, '*fort.* set' LSp. — 11 Cornelius] C. Aelius vulg. *ex* B. — 13 manium Laetus. — 14 id est] id quo P. R. plurimum posset, id est Bergk. — eodem mitti libri, *corr.* Turnebus. — 15 Concordia] Concordiae vulg. *ex* B, ad Concordiae Scaliger. — 16 eum] eo H, in eum Aldus. — 18 Piso] L. Calpurnius Piso vulg. *ex* B. — 20 quom G. — experiore p, *et supra scr.* su f. — 21 curtius G H a f, Laetus. '*aut del. aut* in Curtium' LSp. — locum] lacum libri, *corr.* Laetus. — 23 ad] *delevi.* ad suos se Müller, *pro quo malim* se recepisse. '*an* recessisse *pro* recepisse?' LSp. — locum Christ.

§ 150 men. Cornelius et Lutatius scribunt eum locum esse fulguritum et ex S. C. septum esse, id quod factum est a Curtio Consule, cui M. Genutius fuit collega, Curtium appellatum.
§ 151 Arx ab arcendo, quod is locus munitissimus urbis, a quo facillime possit hostis prohiberi. Carcer a coercendo quod exire
(p. 151 Sp.[1]) prohibentur. In hoc pars quae sub terra Tullianum, ideo quod additum a Tullo rege. Quod Syracusis, ubi de[*licti*] causa custodiuntur, vocantur Latomiae, *in*de Lautumia translatum,
§ 152 quod hic quoque in eo loco lapidicinae fuerunt. In eo Lauretum ab eo quod ibi sepultus est Tatius rex, qui ab Laurentibus interfectus est, [*nisi potius*] ab silva laurea quod ea ibi excisa et aedificatus vicus, ut inter sacram viam et ma-
(p. 152 Sp.[1]) cellum editum Corneta, quae abscisae loco reliquerunt nomen, ut Esculetum ab esculo dictum et Fagutal a fago, unde etiam
§ 153 Iovis Fagutalis quod ibi sacellum. Armilustrium ab ambitu lustri; locus idem Circus Mecinus dictus, quod circum specta-

---

1 Cornelius] C. Aelius vulg. *ex* B. — luctatius libri, Q. Lutatius vulg. *ex* B. — locum] '*fort.* lacum' LSp. — 2 id quod] idque G f. — est] esse Aldus, esset Müller. — 3 quoi G H. — M] N p. — 4 facillume f. — 5 prohibere V a f p. — exire] inclusi *addit* b. — 6 prohibentur] prohibet Scioppius. — 7 Tullio libri, *corr.* B. — delicti] Bergmann, de libri, simili de vulg. *ex* B, hac de Aldus. ubi clausi cust. Groth. — 8 inde] Müller, exinde Turnebus, et de libri. — '*fort.* vocatur λατομίαι, inde Lautumiae' LSp. *cf.* Aug. Müller p. 35. — 9 in eo loco] *om.* vulg. *ex* B. — in eo] inde vulg. *ex* B. *lacunam posuit ante haec verba* Müller. '*fort. del.*' LSp. in Aventino Groth. — lauretum] F, laurentum G H a f. — 11 nisi potius] *addidi*, aut *add.* Scioppius, vel Müller. — 12 inter] intra G H. — macellum] macellatum p. — 13 editum] aedificatum Urlichs top. rom. p. 148. '*fort.* dictum' LSp. *conf.* Jordan Hermes II, 94, Bücheler Annal. phil. CV, 567. — corneta] corneta a cornis vulg. *ex* B. '*fort.* cornetum a cornis' LSp. — abscisae] F f, abscise M a b, ab cise G, abscissae ceteri. — 14 escula libri, *corr.* Laetus. — 15 Io$\overset{v}{\text{b}}$is f, Iobis libri plurimi. — armilustrum M, Laetus (*tac. Vict.*). '*fort.* ambilustrum *vel* ambilustrium. Serv. ad Aen. I, 283: Lustrum autem dictum, quod post quinquennium una quaeque civitas lustrabatur, unde Romae ambilustrum, quod non licebat nisi ambos censores post quinquennium lustrare civitatem. *alterum vocabulum infra* VI § 22 *exponitur. illud si locum non significat, armorum notio ante ambitu intercidit.*' LSp. *conf.* Christ Philol. XVI p. 456, LSp XVII p. 291 sq., Riese XXVII p. 305. — 16 locum H V f p. — mecinus] *sic* F G V b f p, metinus H, maximus Laetus *et fort.* M. circum meci-

culis aedificatus, ubi ludi fiunt, et quod ibi circum metas fertur pompa et equi currunt. itaque dictum in Cornicula*ria* militis adventu, quem circumeunt ludentes:

Quid cessamus ludos facere? circus noster (p. 153 Sp.[1])
ecce adest.

In circo primum unde mittuntur equi nunc dicuntur Carceres, Naevius Oppidum appellat. Carceres dicti, quod coercuntur equi, ne inde exeant antequam magistratus signum misit. Quod ad muri speciem pinnis turribusque carceres olim fuerunt, scripsit poeta:

Dictator ubi currum insidet, pervehitur usque ad oppidum.

Intumus circus ad Murciae vocatur, ut Procilius aiebat, ab § 154
urceis, quod is locus esset inter figulos; alii dicunt a murteto (p. 154 Sp.[1])
declinatum quod ibi id fuerit; cuius vestigium manet, quod ibi est sacellum etiam nunc Murteae Veneris. Item simili de causa Circus Flaminius dicitur· qui circum aedificatus est Flaminium campum, et quod ibi quoque ludis Tauriis equi circum metas currunt. Comitium ab eo quod coibant eo comitiis § 155
curiatis et litium causa. Curiae duorum generum; nam et ubi (p. 155 Sp.[1])
curarent sacerdotes res divinas ut curiae veteres, et ubi senatus humanas ut curia Hostilia, quod primus aedificavit Hostilius rex. Ante hanc Rostra; cuius id vocabulum, ex hostibus

tius a. — *fort.* spectacula *conf.* § 154. — 1 aedificatis Müller. — ubi] vulg. *ex* B, ibi libri. '*fort.* ubi . . fierent' LSp. — 2 cornicula libri, *corr.* Vertranius. — milites libri, *corr.* Turnebus. — 3 aduentum Mb. — 6 primum] proximum a, Scioppius. — 7 coercuntur FMVa, coercuitur H, coecuntur f, coercentur p, cohercerentur b. *conf.* Aug. Müller p. 59. — 9 ad muri speciem] Müller, a muris partem libri, a muri parte vulg. — pennis turribus qui libri, *illud corr.* Laetus, *hoc* vulg. *conf.* Reiter p. 83. — 11 insidet] LSp, Fleckeisen ap. Ribb. v. 107 coroll. p. XVIII. insidit libri. *conf.* Franke in Blumii Einleit. in Roms alte Gesch. p. 55—59. — 13 intimus Gb. — Murciae] LSp, murciam Salmasius, murtim p, murcis B, murum b, murcisam G, mucim ceteri, mutium vulg. — vocatum Laetus, vocatus vulg. *ex* B. — 17 qui] '*fort.* quod' LSp. — 20 et] *om.* B, Scioppius. — causa] a, vulg. *ex* B, causae F, esse GH, cause allias esse M. — 21 diuinas et f. — 23 quoius Hf. *si sana sunt verba, intellege:* 'qui locus hoc vocabulo nominatur, in eo fixa sunt rostra.' quod loco quoius Huschke De Varronis loco p. 49, quoius loci id voc. quod Müller. '*fort. verba* cuius

capta fixa sunt rostra; sub dextra huius a comitio locus sub-
structus, ubi nationum subsisterent legati qui ad senatum essent
§ 156 missi. is Graecostasis appellatus a parte ut multa. Senacu-
lum supra Graecostasim ubi aedis Concordiae et basilica Opimia.
(p. 156 Sp.[1]) Senaculum vocatum, ubi senatus aut ubi seniores consisterent,
dictum ut γερουσία apud Graecos. Lautolae ab lavando, quod
ibi ad Ianum Geminum aquae caldae fuerunt. ab his palus
fuit in minore Velabro, a quo quod ibi vehebantur lintribus,
§ 157 Velabrum, ut illud maius de quo supra dictum est. Aequi-
melium quod aequata Meli domus publice, quod regnum occu-
pare voluit is. Locus Ad busta Gallica quod Roma recuperata
Gallorum ossa qui possederunt urbem ibi coacervata ac con-
(p. 157 Sp.[1]) septa. Locus qui vocatur Doliola ad Cluacam maxumam, ubi
non licet despuere, a doliolis sub terra. Eorum duae traditae
historiae, quod alii inesse aiunt ossa cadaverum, alii Numae
Pompilii religiosa quaedam post mortem eius infossa. Argi-
letum sunt qui scripserunt ab Argola seu quod is huc venerit
ibique sit sepultus, alii ab argilla, quod ibi id genus terrae sit.
§ 158 Clivos Publicius ab aedilibus plebei Publicis qui eum publice
(p. 158 Sp.[1]) aedificarunt. Simili de causa Pullius et Cosconius quod ab his
viocuris dicuntur aedificati. Clivus proximus a Flora susus
versus Capitolium vetus, quod ibi sacellum Iovis, Iunonis, Mi-
nervae, et id antiquius quam aedis quae in Capitolio facta.

---

id vocabulum *ponenda sunt post* Hostilia, *hoc autem loco scrib.* rostra quod ex' LSp. — 2 exterarum nationum Bergk. — 3 graeco *σταϲ* a, graeco appellatus Stasis aperte (*sic*) G, is graeco i appellatus f. — est appellatus V p. — 4 graecostasin vulg. *ex* B. — opima f. *conf.* Becker Antiq. I, 310. — 6 gerusia G, ierusia ceteri. — 8 lintribus] Laetus, lustribus libri, luntribus Victorius. — 9 supra] § 44. p. 17, 16 sq. — 10 aquata libri (acquata p), *corr.* Rholandellus. — Melii Laetus. — publice] Aldus, Mommsen Herm. V p. 258 adn. 2. publico libri. — 11 is] *conf.* Madvig Adv. II p. 168, Rein p. 6. — 12 consepta] consita vulg. *ex* B, condita Scioppius. — 13 maxumam] maximam M V p. — 16 argeletum libri, *corr.* Laetus. — 17 argula p. — seu] seu Argo Scaliger, seu Agrola Müller, ab Argi leto quod Reiter p. 92 sq. *conf. etiam* C. F. W. Müller p. 792. '*fort. del.*' LSp. *vocabulum aliquod latere puto in* la seu. — venit Laetus. — 18 sit] *om.* Laetus. — 19 Publicius] publicus libri, *corr.* vulg. — Publicieis vulg. *ex* B (publiciis). — 20 publius G, pulius M V, Publilius (publius B) vicus et Cosconius vicus vulg. *ex* B. — 21 proxumus G H. — floras usus libri, *corr.* Victorius *et* Turnebus.

Esquiliis Vicus Africus quod ibi obsides ex Africa bello Punico § 159
dicuntur custoditi. Vicus Ciprius a Cipro, quod ibi Savini cives
additi consederunt, qui a bono omine id appellarunt; nam (p. 159 Sp.[1])
Ciprum sabine bonum. Prope hunc Vicus Sceleratus, dictus a
Tullia Tarquini Superbi uxore, quod ibi cum iaceret pater
occisus, supra eum carpentum mulio ut inigeret iussit.

33. Quoniam vicus constat ex domibus, nunc earum voca- § 160
bula videamus. Domus graecum et ideo in aedibus sacris ante
cellam, ubi sedes dei sunt, Graeci dicunt πρόδομον, quod post, (p. 160 Sp.[1])
ὀπισθόδομον. Aedis ab aditu, quod plano pede adibant. ita-
que ex aedibus efferri indictivo funere praeco etiam eos dicit
qui ex tabernis efferuntur, et omnes in censu villas dedicamus
Aedes. Cavum aedium dictum qui locus tectus intra parietes § 161
relinquebatur patulus, qui esset ad communem omnium usum.
In hoc locus si nullus relictus erat, sub divo qui esset, dice- (p. 161 Sp.[1])
batur Testudo ab testudinis similitudine, ut est in praetorio
et castris. Si relictum erat in medio ut lucem caperet, deor-
sum quo impluebat, dictum Impluvium; susum qua complue-
bat, Compluvium, utrumque a pluvia. Tuscanicum dictum a
Tuscis, posteaquam illorum cavum aedium simulare coeperunt.
Atrium appellatum ab Atriatibus Tuscis; illinc enim exemplum
sumptum. Circum cavum aedium erat unius quoiusque rei § 162
utilitatis causa parietibus dissepta; ubi quid conditum esse (p. 162 Sp.[1])

---

1 esquilis a f, exquilis M. — 2 sauini *sic* M V p. — 3 abditi f[1]. — homine f p. — 4 sabini H. '*an* Sabinei?' LSp. — 5 Tarquini] G M a Laetus, *tacet Victorius*, tarquinii ceteri. — 6 inigeret] Scaliger, Ursinus *apud Sciopp.*, iniceret libri, mitteret B, Laetus. — 7 earum] p vulg., *om.* H, eorum ceteri. — 8 uideamus f, uidemus F *cum multis*, uocabulauimus p. *cf.* p. 31, 13 *et* VI § 27. — domum V a f p. — ante] '*fort.* quod ante' LSp. — 9 prodomum F V p, prodomus G, *lacuna in* H f a. — post] Victorius, potest libri. — 10 ostisthodum F V p, opistodium G, *lacuna in* H f a, *corr.* Victorius. — abibant libri, *corr.* Laetus (*tacet Victorius*). — 11 inductiuo libri, *corr.* vulg. *ex* B. — 12 dedicamus] Gronov ad Gell. VI, 11, inde dicamus libri, inde dicimus vulg. — 14 patulus] Serv. ad Aen. I, 505: 'Varro de lingua latina ad Ciceronem: in aedibus locus patulus relinquebatur sub divo, qui si non erat relictus et contectus erat appellabatur testudo.' — 15 dio B. — 17 et] in vulg. *ex* B. — carperet F H. — 18 sursum f[2] G. — 19 utrunque f. — 20 caeperunt f. — 22 erat] *scil.* domus. erant vulg. — cuiusque G M V p a b. — 23 discepta G H.

volebant, a celando Cellam appellarunt; Penariam ubi penus; ubi cubabant Cubiculum; ubi cenabant Cenaculum vocitabant, ut etiam nunc Lanuvi apud aedem Iunonis et in cetero Latio ac Faleriis et Cordubae dicuntur. Posteaquam in superiore parte cenitare coeperunt, superioris domus universa Cenacula dicta; posteaquam ubi cenabant, plura facere coeperunt, ut in castris ab hieme Hiberna, Hibernum domus vocarunt; contraria . . .

(p. 163 Sp.[1]) HIC DEFECIT EXEMPLAR FOLIIS DUOBUS.

§ 163 34. . . . ligionem Porcius designat cum de Ennio scribens dicit eum coluisse Tutilinae loca. Sequitur Porta Naevia, quod in nemoribus Naeviis; etenim loca, ubi ea, sic dicta. Deinde (p. 164 Sp.[1]) Rauduscula quod aerata fuit. Aes Raudus dictum; ex eo [in] veteribus in mancipiis scriptum r a u d u s c u l o l i b r a m f e r i t o.

§ 164 Hinc Lavernalis ab ara Lavernae, quod ibi ara eius. Praeterea intra muros video portas dici in Palatio Mucionis a mugitu, quod ea pecus in bucita *circ*um antiquum oppidum exigebant; alteram Romanulam ab Roma dictam, quae habet gradus in novalia ad Volupiae sacellum.

§ 165 (p. 165 Sp.[1]) Tertia est Ianualis, dicta ab Iano, et ideo ibi positum Iani signum et ius institutum a Pompilio, ut scribit in annalibus Piso, ut sit aperta semper,

---

1 caellam f. — 2 cubiculum *om.* f. — caenabant f *et sic ubique;* coen. alii. — 3 lanuui] F, lanubi H M V f p a, lauinii B. — 4 faleris G, phaleris L a e t u s (*tacet Victorius*). — cordubae] columbae f. — 5 '*fort.* superior . . . cenaculum' LSp. — 7 domi uocauerunt B. — contraria] *om.* a b B, L a e t u s, contra aestivum v u l g. — 9 defecit] deficit V a f. — hic desunt duo folia G, hic spatium duarum cartarum relictum erat in exemplari H, hic desunt tres cartae B, desunt paginae tres v u l g. contraria ligionem p *nullo defectus signo,* hic est defectus M². — 10 religionem v u l g., regionem T u r n e b u s. — quom G H a. — 12 Naeviis] L a e t u s, naeuius l i b r i (*ex* naeuieis *ni fallor ortum*), Naeviis, Naevius enim . . dicta coluit v u l g. *ex* B. — etenim] ea enim G V p. *conf.* M a d v i g Advers. II p. 168 sq. J o r d a n Top. Rom. I p. 234. R e i t e r p. 33 sq. — 13 raudusculana *basis Capitolina apud* P r e l l e r u m Urbis reg. p. 246. porta rauduscula L a e t u s. *conf.* Val. Max. V, 6, 3. — 14 in *posterius om.* v u l g., '*fortasse prius del.*' LSp. — 15 ara Lavernae] *fort.* Laverna. — 16 mugionis V e r t r a n i u s. — 17 bucita circum] M ü l l e r, bucitatum l i b r i, bucita tum S c a l i g e r. '*fort.* buceta tum ante antiquum' LSp. — 19 navalia v u l g. *ex* B, nova via S c a l i g e r.

nisi cum bellum sit nusquam. Traditum est memoriae Pompilio rege fuisse opertam et post T. Manlio consule bello Cartaginiensi primo confecto et eodem anno apertam.

35. Super lectulis origines quas adverti, hae: Lectica, § 166 quod legebant, unde eam facerent, stramenta atque herbam, (p. 166 Sp.[1]) ut etiam nunc fit in castris; lecticas, ne essent in terra, sublimis in his ponebant; nisi ab eo quod Graeci antiqui dicebant *λέκτρον* lectum potius. Qui lecticam involvebant, quod fere stramenta erant e segete, Segestria appellarunt, ut etiam nunc (p. 167 Sp.[1]) in castris, nisi si a Graecis; nam *στέγαστρον* ibi. Lectus mortui fertur; dicebant Feretrum nostri, Graeci *φέρετρον*. § 167 Posteaquam transierunt ad culcitas, quod in eas acus aut tomentum aliudve quid calcabant, ab inculcando Culcita dicta. Hoc quicquid insternebant ab sternendo Stragulum appellabant. (p. 168 Sp.[1]) Pulvinar vel a pluribus vel a pollulis declinarunt. Quibus operibantur, Operimenta et [pallia] Opercula dixerunt. In his

---

1 quom GHa. — 2 opertam] Scaliger, Freinsheim, apertam libri. — T.] titio F, *om.* Laetus, *corr.* vulg. — Manlio] manilio FGHV, manulio M, *om.* abf, *corr.* vulg. *ex* B. — cartaginiensi F, cartaginensi ceteri. — 3 et] sed Scioppius, *om.* H. — apertam] apertam imo clausam ℞. Livii. I. Vp, scripture error apertissimus, ymo enim clausa p *in marg.*, opertam et apertam Müller, apertam. DESUNT QUAEDAM. Augustinus. — 4 super] FGMVp, sub Habf. supellectilis *pro* super lectulis Groth. — auerti f. — 5 eam] Victorius, vulg., iam libri. Aug. Müller p. 48. — 6 terras libri, *corr.* vulg. — 7 his] 'pedibus *vel* fulcris *nisi forte* in his *del.*' LSp, lignis Müller. — 8 lectron lectum potius quam lecticam libri, *corr.* Veneta. '*fort.* *λέκτρον* potius quam *κλίνην*. lecticam qui' LSp. *haec verba* nisi ab ... lectum potius *post* fit in castris *ponit* LSp. *ego conieci* facerent; stram... castris ne .. sublimia in his p. (*del.* lecticas). — 9 segestria] segestriam B, Laetus. Nonius p. 11 M: Toralim vel Toralium designator est Varro de vita pop. Rom. libro I. Quod frondem lecticae struebant (insternebant?), ex ea herba torta torum appellatum; hoc quod inicitur etiam nunc Toral dicitur; lecticam qui involvebant, segestria appellabant. — 10 stegastron F. — ibi] LSp, ubi libri. — 11 fertur] '*fort.* quod fertur' LSp. fitur GHMVafp. — feretron libri plurimi, *om.* G, *φέρτρον* et *φέρετρον* B, *φέρτρον καὶ φέρετρον* vulg. — 12 eas acus] Turnebus; ea sagus libri. — 13 calcabant] caelabant f, celabant Ha, celebant G. — hoc] F, hoͣc f, has ceteri. '*an* huic?' LSp. — 15 pluribus] plumis Aldus. — pollulis] polulis GH, pellulis Aldus. — 16 operiebantur plerique, *non* F. — pallia] *del. vid.*, *post* operibantur *ponit* LSp.

multa peregrina ut Sagum, Reno gallica, Gaunacum et Amphi-
mallum graeca; contra latinum Toral, ante torum, et Torus a
(p. 169 Sp.[1]) torvo, quod is in promptu. Ab hac similitudine Torulus in
§ 168 mulieris capite ornatus. Qua simplici scansione scandebant
in lectum non altum, Scabellum; in altiorem, Scamnum. Dupli-
cata scansio Gradus dicitur, quod gerit in inferiora superiorem.
Graeca sunt Peristromata et Peripetasmata, sic alia quae item
convivii causa ibi multa.
§ 169 36. Pecuniae signatae vocabula sunt aeris et argenti haec:
(p. 170 Sp.[1]) As ab aere. Dupondius a duobus ponderibus, quod unum pon-
dus Assipondium dicebatur; id ideo quod As erat libra pondo.
Deinde ab numero reliquum dictum usque ad Centussis ut As
singulari numero, ab tribus assibus Tressis et sic proportione
§ 170 usque ad Nonussis. In denario numero hoc mutat, quod pri-
mum est ab decem assibus Decussis, secundum ab duobus de-
cussibus Vicessis, quod dici solitum a duobus Bicessis; reliqua

---

1 gallica] Turnebus, galli quid libri. — gaunacum] Scaliger, Georges, Brambach Lat. Orthogr. p. 213, gaunacūma GHMf, gannacūma Vp, gausapum Groth. — 2 toral] tore quod M, Laetus (*tac. Vict.*), tora et B, tore uel ceteri, torale quod Aldus, toral quod Augustinus. '*fort.* toral velum' LSp. *fuisse suspiceris* toral et torus, ante torum. — 3 torulus] Augustinus, toruinus GH, Rholandellus, toruius ceteri, torvis Laetus, B. — 5 altum] M, Laetus, aliud H, alium ceteri. — scannum f. — 6 gerit inferiora graeca et sic G, gerit ab inferiore in superiorem vulg. *ex* B. '*fort.* gerit in superiora inferiorem aut in inferiora superiorem' LSp. — 7 sunt sic *cum lacuna* f, *περιστρματα* et *περιπετασματα* H, *περιστρώματα* et *περιπετάσματα* a. — alia quae] LSp, aliquod MVfp, aliquid ceteri, aliud aliquid vulg. *ex* B. sic reliqua item convivii ut gausape Reiter p. 21. — 8 causa. Ibi multa *distinguunt* GVfp (*in* G *duorum vers. spatium vacuum relictum inter* causa *et* Ibi), causa ibi. Multa ceteri. *a* pecuniae *novam sententiam primus incepit* LSp; *vid. praefat.* — multa pecuniae (*vid. supra*)] Priscianus de figuris numerorum 15 p. 410 K: 'Varro de lingua latina libro quinto: multa pecuniae ... nummi denarii a decima libella.' *conf.* LSp Über d. Krit. p. 12–15. — 10 ab duobus Prisciani libri. — 11 libram pondo Gronov. de sest. 1, 6, libra pondus libri. — 12 reliquum dictum *om.* Priscianus. — centussem Prisc. — 13 singulari] Laetus, a singulari libri. ut as sing. numero *om.* Prisc. — 15 decusis f *cum compluribus*, *item* decusibus bicesis. — 16 vicessis] bicessis libri. *illud e Prisciano recepi quamquam apud istum verba* quod dici solitum a duobus bicessis *propter syllabarum similitudinem post* vicessis *interciderunt*. — dici]

conveniunt, quod est ut Tricessis proportione usque ad Cen- (p. 171 Sp.[1])
tussis, quo maius aeris proprium vocabulum non est; nam du-
centis ***et sic*** **proportione quae dicuntur non magis asses quam**
denarii aliaeve quae res significantur. Aeris minima pars § 171
Sextula, quod sexta pars unciae. Semuncia quod dimidia pars
unciae; Se valet dimidium ut in Selibra et Semodio. Uncia (p. 172 Sp.[1])
ab uno. Sextans ab eo quod sexta pars assis, ut Quadrans
quod quarta, et Triens quod tertia pars. Semis quod semis,
id est [ut] dimidium assis, ut supra dictum est. Septunx a
septem et uncia conclusum. Reliqua obscuriora, quod ab de- § 172
minutione, et ea quae deminuuntur ita sunt, ut extremas sylla- (p. 173 Sp.[1])
bas habeant, ut deunx dempta uncia [Deunx], Dextans dempto
sextante, Dodrans dempto quadrante, Bes, ut olim Des, dempto
triente. In Argento Nummi, id ab Siculis. Denarii quod de- § 173
nos aeris valebant; Quinarii quod quinos; Sestertius quod
semis tertius; dupondius enim et semis antiquus sestertius est,
et veteris consuetudinis, ut retro aere dicerent, ita ut semis
tertius, quartus [semis] pronuntiarent. Ab semis tertius Ses- (p. 174 Sp.[1])

---

dixi vulg. — solitum] Turnebi cod., solum libri ceteri. '*fort.* solet Vicessis' LSp. — a duobus] a duobus decussibus vulg. '*fort. delenda*' LSp. *sic, ni fallor, haec intellegenda sunt:* ut a decem assibus dicitur decussis, sic ab duobus decussibus (*hoc est* a viginti) vicessis, id quod dici solitum, quasi sit a duorum, non a viginti numero, bicessis. *cum dicit* a duobus, *respicit ad* bis, biduum *et similia.* — bicensis libri, *corr.* Laetus. — 1 quod est] *om.* M, Prisc. — decussibus vicessis et tricessis a tribus, sic proportione usque Scioppius. — tricensis libri *praeter* p *in quo* tricesis. — 2 quo] quod Hf. — ducentis] LSp, docenti f (v *supra* o), centi M, cęteri ducenti G, ducenti ceteri. — 3 et sic] Priscianus, in Varronis libri. — quae] cum Aldus. — 4 aliaeve quae] aliaeque Vp Prisc., aliaeve Laetus, alieneque Vp. — 5 unciae est Prisc. — semiuncia f. — 6 se] Bentinus, sic libri. se valet ... semodio *om.* Prisc. — 7 uno dicta Prisc. *et* a. — ut] est Prisc. — 8 quod semis] quod semias Turnebus. — 9 ut (*ante* dimidium) *om.* M, Laetus, Prisc. — 10 collisum Prisc. — 11 diminuuntur GHMbp. — 12 ut deunx] LSp, ut de una libri, ut a decem Laetus, ut a duodecim vulg. *ex* B. ut de *om.* Prisc., unde una Müller. — *posterius* deunx *delet* LSp. — 14 quod] quod denarii quod libri, *omnes puto, quamquam ex* f *nihil notatum est; corr.* Veneta. — 15 sextertius libri, *etiam infra.* — quod semis tertius] duobus semis Prisc. — 17 aera Prisc., vulg. *ex* B. '*fort.* haec' LSp. *an delendum? conf.* Gronov. de pec. p. 22. — 18 quartus semis libri, semis quartus vulg. *ex* B. semis *delet* LSp. ut semis

§ 174 tertius dictus. Nummi denarii decuma Libella, quod libram pondo as valebat et erat ex argento parva. Simbella quod libellae dimidium, quod Semis assis. Teruncius a tribus unciis, quod libellae [ut] haec quarta pars; sic Quadrans assis.

§ 175 Eadem pecunia vocabulum mutat; nam potest idem dici
(p. 175 Sp.[1]) Dos, Arrabo, Merces, Corollarium. Dos si nuptiarum causa data; haec graece *δωτίνη*; ita enim hoc Siculi; ab eodem Donum. nam graece ut *issedonion et ut alii *δόμα* et ut Attici *δόσιν*. Arrabo sic data, ut reliquum reddatur; hoc verbum item a graeco *ἀῤῥαβών*. Reliquum, quod ex eo quod debitum reli-
§ 176 quum. Damnum a demptione, cum minus re factum quam
(p. 176 Sp.[1]) quanti constat. Lucrum ab luendo, si amplius quam ut exsolveret, quanti esset, *re*ceptum. Detrimentum a detritu, quod ea quae trita minoris pretii. Ab eadem mente Intertrimentum ab eo, quod duo quae inter se trita, et deminuta, a quo etiam

---

quintus, semis quartus, semis tertius nunciarent Priscianus; semis tertius quartus, [non tertius quartus] semis pronuntiarent Christ. — sestertius] *om.* libri, *addit* Priscianus pronuntiarent. sestertius igitur ab semis vulg. *ex* B. — 1 decuma] a decima Priscianus. — 2 as] aeris Scioppius. *conf.* Mommsen Über das röm. Münzwesen p. 324. — sembella Laetus. — 3 terruncius libri. — unciis sembellae quod valet dimidium et est quarta pars quadruncius sicut quadrans assis B *et omisso* quadruncius vulg. '*debebat dici* quod, ut quadrans assis, sic haec libellae quarta pars, *sed sufficere videtur* quod libellae haec quarta pars, ut quadrans assis' LSp. *ego delevi* ut. — 5 iḍem (t) f, item libri plerique. — 7 dotine F M V p, *δο* a, ·V· H, *lacuna in* G b f, *δώς* Scaliger. — ita etiam nunc Siculi Riese Philol. XXVII p. 289 *et* 306. — 8 Graeci Buttmann. — ut ipse donion M, Laetus, asse domon p, *lacuna in* G H a b f, ut Iones *δόμον* Turnebus. — doma *et* dosin libri *praeter* G H a b f, *in quibus lacuna est.* ut Aeolis *δόνειον* et ut Alii *δόμα* Bergk Philol. XXXII, 567. — 9 sic] si Reiter p. 113 sq. — data] *scil.* pecunia. — reliquum *delet* Madvig Adv. II p. 169. — 10 arrabon libri, *lacuna in* G H a b f. — debitum reliquit vulg. *ex* B. — 11 quom H. — re factum] '*fort.* receptum .. constabat' LSp. re *dictum vid. pro* rei. *hoc* rem facere *est* pecuniam, lucrum facere. — 12 amplius ex eo luerit quam Augustinus. — '*fort.* exsolveretur' LSp. — 13 esset] *fort.* est. — receptum] LSp, ceptum libri *nisi quod* cẹptum a, coeptum G. captum vulg. — 14 mente *om.* vulg. *et qui* ab eodem Scioppius. '*fort.* ab eadem mente *del. sed conf.* VI § 44' LSp. *fort.* ab eodem trimento. — 15 duo aeque inter Groth. — et *om.* M.

Intertrigo dicta. Multa [a] pecunia quae a magistratu dicta, § 177
ut exigi posset ob peccatum; quod singulae dicuntur, appel-
latae eae Multae, quod olim unum dicebant mult*um*; itaque (p. 177 Sp.[1])
cum [*in*] dolium aut culleum vinum addunt rustici, prima urna
addita dicunt etiam nunc. Poena a poeniendo aut quod post
peccatum sequitur. Pretium, quod emptionis aestimationisve
causa constituitur, dictum a peritis, quod hi soli facere pos-
sunt recte id. Si quid datum pro opera aut opere, Merces § 178
a merendo. Quod manu factum erat et datum pro eo, Manu-
pretium a manibus et pretio. Corollarium si additum praeter (p. 178 Sp.[1])
quam quod debitum; eius vocabulum fictum a corollis, quod
eae cum placuerant actores, in scena dari solitae. Praeda est
ab hostibus capta, quod manu parta, ut parida Praeda. Prae-
mium a praeda, quod ob recte quid factum concessum. Si § 179
datum quod reddatur, Mutuum, quod Siculi moeton; itaque
scribit Sophron moeton anti moetu. Munus quod mutuo animo
qui sunt dant officii causa; alterum munus quod muniendi causa
imperatum, a quo etiam Municipes qui una munus fungi de-

---

1 intertrigo] Bentinus, intrigo libri. intrigo dicta et intertrigo vulg. *ex* B. — a] *om.* b, Vertranius. ea Groth. — 2 appellatae] additae Goeschen. — 3 eae] hae G, et b, esse Laetus. — multae] Turnebus, multas libri. — multum] *scripsi,* multae libri, multa vulg., multam Goeschen. '*fort.* multae. multa itaque' LSp. *sed conf.* Reiter p. 97 sq. — 4 quom Hf. — in] *add.* vulg. *ex* B. — culleum: ui- num *sic cum spatio* f. — 5 nunc] multam *add.* B, multa vulg. *fort.* unam urnam additam d. et. nunc multam. — post *om.* a b f. — 6 ex- timationisue f. — 7 possunt facere Laetus. — 10 'a manibus et pretio *abundant*' LSp. — 11 eius] est Scioppius, ẹṛạṭ eius G. corollarium st additum . . debitum. eius vocabulum Madvig Adv. II p. 169. *conf.* Rein p. 5. — 13 parida] Pseudo Apuleius p. 141: 'M. vero Terentius scribit praedam a pariendo dictam quasi paritam.' — praemium] praedia primum Turnebi codex. — 14 si] sit V p. — 15 datur Laetus. — moeton] m acton (*sic*) G, maeton H, *μοῖτον* vulg. *ex* B. — 16 moeton anti moetu] moeton antimo et libri (*unde latinas litteras servandas putavi*) *nisi quod* moeton anthimo et H M a, moeton anchimo G b, moeton an- timo f. meton anthymo Laetus *nec Victorius mutavit.* *μοῖτον ἀνατίθη- μον* vulg. *ex* B, *μοῖτον ἀντιμῶ* Turnebus, *μοῖτον ἀντίτιμον* Scaliger. *μοιτοὶ ἄντιμοι* (*sic cod.*) *παροιμία Σικελοῖς· ἡ γὰρ χάρις μοι τὸν οἰνόχαριν* Hesychius, *ubi conf. interpp.* Lindenbr. ad Terent. Eun. III, 1, 55, *μοῖτον ἀντὶ μοίτου referentes.* '*fort. del.* et' LSp.

§ 180 bent, dicti. Si [is] ea pecunia quae in iudicium venit in liti-
(p. 179 Sp.[1]) bus, Sacramentum a sacro; qui petebat et qui inficiabatur, de aliis rebus uterque quingenos aeris ad pontem deponebant, de aliis rebus item certo alio legitimo numero assum; qui iudicio vicerat, suum sacramentum e sacro auferebat, victi ad aera-
§ 181 rium redibat. Tributum dictum a tribubus, quod ea pecunia,
(p. 180 Sp.[1]) quae populo imperata erat, tributim a singulis proportione census exigebatur. Ab hoc ea quae assignata erat, Attributum dictum; ab eo quoque quibus attributa erat pecunia, ut militi reddant, Tribuni Aerarii dicti; id quod attributum erat, aes militare; hoc est quod ait Plautus:

cedit miles, aes petit.

et hinc dicuntur milites Aerarii ab aere, quod stipendia face-
§ 182 rent. Hoc ipsum stipendium a stipe dictum, quod aes quoque Stipem dicebant; nam quod asses libras pondo erant, qui acceperant maiorem numerum non in arca ponebant sed in aliqua cella stipabant, id est componebant, quo minus loci
(p. 181 Sp.[1]) occuparet; ab stipando Stipem dicere coeperunt. Stips ab stoebe fortasse, graeco verbo. Id apparet quod ut tum institutum etiam nunc diis cum thesauris asses dant, Stipem dicunt, et qui pecuniam alligat, Stipulari et Restipulari. [Milites]

---

1 si] *vel* si est *scrib. vid.*, si is libri, *om.* vulg. *ex* B, *lacunam indicavit* Aldus. '*fort.* similis *vel* similiter' LSp. — indicium F *cum multis.* — in litibus venit f. — 2 quis petebat F *cum plerisque.* — '*fort.* sacro, quod et is qui petebat' LSp. — 3 utrique Laetus. — quingentos Laetus, quinquagenos B. — pontem] pontificem Augustinus, Pithoeus, Göttling Röm. Staatsverf. p. 176. '*E Gaii* IV, 13 *et* 31 *conicias* praetorem, *sed vetustiorem morem sequitur Varro*' LSp. poenam Groth. — 4 '*fort.* certum alium legitimum numerum assium, *nisi verbum* litigabant *vel simile intercidit*' LSp. — assium vulg., actum C. F. W. Müller p. 868. — 5 e] a Laetus. — 8 exigebantur libri, *corr.* Aldus. — 9 '*fort.* ab eo ii quoque' LSp. *sed conf. ad* p. 29, 6. — 10 '*fort.* redderent' LSp. — 11 Plautus] Aulul. III, 5, 52. — 13 '*fort.* quod aere stipendia faciunt, *sed facilius est* ab aere quo stip. facerent' LSp. — 14 quoque stipem] '*fort.* stipem quoque' LSp. *conf.* p. 29, 6. — 15 librae Laetus, librales Müller. — erant] '*fort. del.*' LSp. — 16 acceperunt f H. — 18 stips] b, stipa ceteri, stipare Aldus. '*fort.* nisi stips' LSp. — 19 STOEBE F V p, STOPE M, *στο* f, go H, *στουε* B, *lacuna in* G, *om.* b, *στείβειν* Aldus. stips ab . . verbo *ab alio videntur addita esse.* — 20 thesaurus f. — dicunt] *fort.* dare dicuntur. — 21 '*fort.* pecunia alligantur' LSp. — milites] *seclusi.*

stipendiarii ideo quod eam stipem pendebant; ab eo etiam Ennius scribit:

Poeni stipendia pendunt.

Ab eodem aere pendendo Dispensator, et in tabulis scribimus § 183
Expensum et [in] prima Pensio et sic secunda aut quae alia, (p. 182 Sp.[1])
et Dispendium, ideo quod in dispendendo solet minus fieri; Compendium quod cum compenditur una fit; a quo usura quod in sorte accedebat, Impendium appellatum; quae cum accederet ad sortem usu, Usura dicta, ut Sors quod suum fit sorte. Per trutinam solvi solitum; vestigium etiam nunc manet in aede Saturni, quod ea etiam nunc propter pensuram trutinam habet positam. Ab aere Aerarium appellatum.

37. Ad vocabula quae pertinere sumus rati ea quae loca § 184
et ea quae in locis sunt satis ut arbitror dicta, quod neque parum multa sunt aperta, neque si amplius velimus, volumen patietur. Quare in proximo, ut in primo libro dixi, quod sequitur de temporibus dicam.

---

1 stipendiarii] vulg. *ex* B, stipendii ceteri. militis stipendia Scioppius. — eam] '*fort.* his eam' LSp. — 5 in] *del.* Laetus, inde vulg. *ex* B. '*fort.* et in *del.*' LSp. *an fuit* expensum et inpensum et prima? — 7 quom H f. — compendetur libri, *corr.* Laetus. — sit vulg. — 8 sortem vulg. — quom H f. — 9 usu] Aldus, usum libri. — ut sors] '*fort.* aut' LSp. — 10 etiam nunc] vulg. iam nunc et libri. '*fort. delenda sunt, conf. tamen* R. R. II, 4, 18' LSp. — 13 quae pertinere sumus rati *post verba* in locis sunt *ponit* Scioppius. *de loci interpunctione conf.* C. F. W. Müller p. 800. — et loca et Laetus. '*fort.* locorum, *conf.* VI § 1, VII, 110' LSp. — 14 ut *om.* Laetus. '*fort.* satis multa ut .. parum sunt *conf.* VI § 35, *ubi* satis dictum *exstat*' LSp. — arbitror] uideor G H. — 15 multa *om.* b. — amplium f. — 16 proxumo G H f.

M. TERENTI VARRONIS

DE LINGVA LATINA

LIBER V EXPLICIT . INCIPIT

LIBER VI.

§ 1 1. Origines verborum quae sunt locorum et ea quae in
(p. 183 Sp.[1]) his in priore libro scripsi. In hoc dicam de vocabulis tem-
(p. 184 Sp.[1]) porum et earum rerum quae in agendo fiunt aut dicuntur cum tempore aliquo ut Sedetur, Ambulatur, Loquontur; atque si qua erunt ex diverso genere adiuncta, potius cognationi ver-
§ 2 borum quam auditori calumnianti geremus morem. Huius rei auctor satis mihi Chrysippus et Antipater et illi in quibus, si non tantum acuminis, at plus litterarum, in quo est Aristophanes et Apollodorus, qui omnes verba ex verbis ita declinari scribunt, ut verba litteras alia assumant, alia mittant, alia commutent, ut fit in Turdo, in Turdario, *in* Turdelis. Sic
(p. 185 Sp.[1]) declinantes Graeci nostra nomina dicunt Lucium *Λεύκιον* et

---

M. TERENTI . . LIBER VI *sic* F. — 1 quae] qua FfVp. — sunt p Rholandellus, sint ceteri. — ea] *om.* MB, Laetus. '*fort.* eorum *vel* earum rerum' LSp. *hoc etiam* Christ Philol. XVI p. 456. — 4 loquuntur GM, *om.* p, loquitur Laetus. — atque] At quae f. — 5 adiunta f, auicta a. — 6 geremus] GV, gerimus p, oremus ceteri. — 7 aristippus p, *in marg.* al' crisippus. — 8 ac plus f. — 10 verba] '*fort. del.*' LSp. — adsumant Gf. — amittant b Turnebus vulg., mutent GH. — alia commutent *om.* Vp. — 11 turdo in] turdo et Laetus (*tacet Vict.*). — in (*post* turdario)] vulg. *ex* B, ·T· ceteri, *om.* Laetus, '*fort.* et' LSp. *aliud vid. latere.* — turdelis] turdellis Scioppius, Merklin Philol. XII p. 198, 599, turdelice libri. *conf.* Fest. p. 161 (a) M., Isid. 12, 7, 71. — 12 Lucium] LSp, lucienum B, Laetus, leucienum ceteri omnes. — *Λεύκιον*] LSp *quamquam idem postea* Lucilium *Λευκίλλιον,* Quinctium *Κοΐντιον probasse videtur.* *λευκιενον* a f, *λουκίενον* H, *om.* G, lucienon B, Laetus, leucienon ceteri, *Λευκίενον* Müller.

Quintum *Κόϊντον*, **et** [*nos*] *Ἀρίσταρχον* **Aristarchum et** *Δίωνα*
**Dionem; sic, inquam, consuetudo nostra multa declinavit [ut]
a vetere ut ab Solu Solum, ab Loebeso Liberum, ab Lasibus** (p. 186 Sp.¹)
Lares, quae obruta vetustate ut potero eruere conabor.

2. Dicemus prius de temporibus quam quae per ea fiunt, § 3
**sed ita ut ante de natura eorum; ea enim dux fuit ad vocabula
imponenda homini. Tempus esse dicunt intervallum mundi [et]
motus. id divisum in partes aliquot maxime ab solis et lunae
cursu. itaque ab eorum tenore temperato Tempus dictum,
unde Tempestiva; et a motu eorum qui toto caelo coniunctus
Mundus. Duo motus . . . casu venit, quo tempus id ab hoc** § 4
deo Dies appellatur. Meridies ab eo quod medius dies. D (p. 187 Sp.¹)
**antiqui, non R in hoc dicebant, ut Praeneste incisum in solario
vidi. Solarium dictum id, in quo horae in sole inspiciebantur,
quod Cornelius in basilica Aemilia et Fulvia inumbravit. Diei
principium Mane quod tum manat dies ab oriente, nisi potius
quod bonum antiqui dicebant Manum, ad cuiusmodi religionem**

---

1 Quintum] LSp, quinctium libri. — *Κόϊντον*] LSp, quinction F, *Κοΐντιον* vulg. — Aristarchon F. — nos, illi (*post Ἀρίσταρχον*) *addit* Laetus, *unde* nos *ascivi*. '*fort.* et nos illorum *Ἀρίσταρχον* Aristarchum' LSp. — *Δίωνα*] Diona F, dyona V. — 2 Dionem] dyonem V, dyonen p. — ut (*ante* a vetere) *del.* Popma, ut a vetere *om.* Laetus, ut a uetere... absoluo B (*sic*), *inde* uetustum *supplet* vulg. (*conf. infra* VI § 59). — 3 solu] *hoc est quartae, ut nos dicimus, declinationis. conf.* Aug. Müller p. 36. solo Aldus. LSp *coniecit:* ut ab solui solitus sum. — solum] solium Scaliger. — Loebeso Müller, libero libri. — ut a vetese (vetuse) veterem, ab Auselo Aurelios, ab Loebeso Liberum et Liberam Bergk. Beitr. z. l. Gramm. p. 22. — Liberum] vulg *ex* B., liberam libri. — 5 prius] LSp primo libri; *aut* tum *scrib. pro* quam. — quam quae] quaeque Turnebus, et quae vulg. *ex* B. — fiant GH. — 7 intervallum] Laetus, inuallum libri. — et] *del* Turnebus. — 8 parteis F *ap. Vict.* — maxume H. — 9 ab (*ante* eorum) *om.* GHbf. — 10 tempestiva] tempestas Scioppius. — motu] motore B, Laetus (motor F *apud Vict.*). — 11 duo] dio Laetus. — motus casu] motus solis, alter cum caelo quo ab oriente ad occasum Müller, '*malim* solis sunt quorum alter, quo ab oriente ad occasum' LSp. *lacunam indicavimus. quae lateat sententia, primus* Scioppius *explicuit his verbis:* unde tempestas. unus motus solis est quo toto coniunctus mundo ab ortu in occasum venit. tempus id. — 12 deo] dio B, August. *marg.* — 14 vidi . . . inspiciebantur *om.* Laetus, solarium . . . inspiciebantur *om.* vulg. *ex* B. — 15 'et *fort. del.*' LSp. — inunbrauit f. — 16 tum] cum F. — 17 quoiusmodi GHaf.

Graeci quoque cum lumen affertur, solent dicere φῶς ἀγαθόν. § 5 Suprema summum diei, id ab superrimo. Hoc tempus XII tabulae dicunt occasum esse solis; sed postea lex Plaetoria id quoque tempus esse iubet supremum quo praetor in comitio supremam pronuntiavit populo. Secundum hoc dicitur Crepu- (p.188 Sp.[1]) sculum a crepero. id vocabulum sumpserunt a Savinis, unde veniunt Crepusci nominati Amiterno, qui eo tempore erant nati, ut Lucii prima luce in Reatino; Crepusculum significat dubium; ab eo res dictae dubiae Creperae; quod Crepusculum dies etiam nunc sit an iam nox, multis dubium. § 6 Nox quod, ut Catulus ait, omnia nisi interveniat sol, pruina obriguerint, quod nocet, nox, nisi quod graece νύξ nox. Cum stella prima (p.189 Sp.[1]) exorta — eum Graeci vocant ἕσπερον, nostri Vesperuginem ut Plautus:

neque vesperugo neque vergiliae occidunt —

id tempus dictum a Graecis ἑσπέρα, latine Vesper; ut ante solem ortum quod eadem stella vocatur Iubar, quod iubata, Pacui dicit pastor:

exorto iubare, noctis decurso itinere.

Ennius:

---

1 quom H a f. — φῶς ἀγαθόν] ΦΟCΑΓΑΘΟΝ M V, φὼς ἀνθὸν H, *lacuna in* G p, *om.* b f. — 2 duodecim f. — 3 Plaetoria] vulg., praetoria libri. — 4 iubet esse Laetus. — praetor] praeco Ursinus; *conf.* VI § 89. — 6 a crepero] '*fort. del.*' LSp. *conf.* VII § 77. — sauinis *sic* F M V p. — 7 '*fort.* venerunt' LSp. — '*fort.* in Amiterno *vel* Amiterni' LSp. *illud etiam* C. F. W. Müller p. 868. in Amiternino LSp *olim.* — qui] quod Laetus, B. — 8 Lucii] Laetus, luci libri. — reatino] Müller, Reate *marg.* vulg., reatione HVap, creatione ceteri. — 9 crepere f. — 10 etiam num vulg. *ex* B. — *verba* nox quod .. graece νὺξ B *infra post* vergiliae occidunt *exhibet.* '*fort.* nox quod nocet, quod ut ... obriguerint, nisi' LSp. — 11 Catulus] Catullus G H, Rholand., Pacuvius Scaliger, Ursinus ad R. R. I, 2 p. 253 Schn. Ribb. Pac. trag. fr. v. 12 *et* p. XXXVIII. Baehrens ad Cat. p. 114. 'Omnia nisi si int. Christ. — 12 νύξ] *lacuna in* G p. — nox] *om.* Scioppius. — 13 eum] cum G H, *om.* Laetus. '*fort.* eam' LSp. — hesperon V p, experon M, *lacun.* G b. — 14 Plautus] Amphitr. I, 1, 119. — 15 uergiae f. — 16 id] exortae stellae B. — ἑσπέρα] espera M, hespera V p, *lacun.* G. — ut] ut iubar Christ. — 17 quod *om.* Scioppius. '*fort.* quae' LSp. — vocabatur Laetus. — 18 pacui] MVp, pacu a f, pacuuius F (*ap. Vict.*) G H b, pacuius Laetus, pacuvianus Victorius, Turnebus, '*fort.* ut Pacuvianus' LSp. Ribb. tr. fr. v. 347. — pastor] M, Laetus, pactor H, partor ceteri.

Aiax, lumen iubare in caelo cerno?

Inter vesperuginem et iubar dicta Nox Intempesta, ut in Bruto § 7
Cassii quod dicit Lucretia: (p. 190 Sp. [1])

Nocte intempesta nostram devenit domum

Intempestam Aelius dicebat cum tempus agendi est nullum,
quod alii Concubium appellarunt, quod omnes fere tunc cubarent; alii ab eo quod sileretur Silentium noctis, quod idem
Plautus tempus Conticinium; scribit enim:

Videbimus, factum volo. redito conticinio.

Alter motus solis est, [alter caeli] quod movetur a bruma § 8
ad solstitium. Dicta Bruma quod brevissimus tunc dies est;
Solstitium quod sol eo die sistere videbatur, [aut] quo ad nos (p. 191 Sp. [1])
versum proximus est. Sol[stitium] cum venit in medium spatium inter brumam et solstitium, quod dies aequus fit ac nox,
Aequinoctium dictum. Tempus a bruma ad brumam dum sol
redit, vocatur Annus, quod ut parvi circuli Anuli, sic magni
dicebantur circites Ani, unde Annus. Huius temporis pars § 9
prima Hiems, quod tum multi imbres; hinc Hibernacula, Hiber- (p. 192 Sp. [1])
num; vel quod tum anima quae flatur omnium apparet, ab
hiatu Hiems. Tempus secundum Ver quod tum vivere incipiunt

---

1 aiax] alax H a b f. *conf. infra* VII, 76. '*an* euax?' LSp. — iubare] *scripsi*, iubarne libri, *nisi quod* iubarue M V p, Laetus (*tac. Victor.*). hoc lúmen iubárnest quod ín caelo cérno Ribbeck v. 336 sq. — 2 nox intempesta nox vulg. *ex* B. '*fort.* nox. nox intempesta' LSp. — 3 Cassii] *sic etiam* VII, 72 libri. Accii Victorius, Turnebus. Cassius vulg. *ex* B. *conf.* Ribb. tr. fr. Att. praet. 41. — dicebat M, Laetus (*tacet Vict.*) — 5 quom H. — 6 alii in concubium libri, *corr.* Laetus. — omnes fere] Victorius *ex* F, fere omnes ceteri. — 8 Plautus] Asin. III, 3, 95. — conticinnium f, *item infra* conticinnio. — 9 uidemus M B, Laetus. — redito] i redito vulg. *infra* VII § 79 F *habet* ad reditum, *i. e.* at redi tum; *in Plauti libris est* redito huc. — 10 alter caeli *om.* Scioppius, aliter ac caeli Müller. — quod] '*fort.* quo' LSp. — 12 videtur Laetus, videatur vulg. — quo] *scripsi*, aut quod libri (vel quod p) *de del.* aut *iam* Müller *cogitaverat.* — ad] sol ad Laetus. — 13 proximus est. sol] *vel* proximus est (*del.* solstitium) *scrib. vid. duce* LSp *qui* '*fort.* proximus est sol, solstitium.' proximum est solstitium libri. — quom H. — 17 circi | ani (*scilicet alterum sub finem, alterum ab initio versus*) p, Augustin. *marg.*, circites *delet* Scaliger. '*an* circuitus?' LSp. — Isidorus de nat. rerum 6, 2: annum autem quasi anum dici quidam putant, id est circulum, unde et anuli dicti sunt diminutive. — 19 quae efflatur Christ.

virgulta ac vertere se tempus anni; nisi quod Iones dicunt ἦρ ver. Tertium ab aestu Aestas; hinc Aestivum, nisi forte a
§ 10 graeco αἴϑεσϑαι. Quartum Autumnus ... ab sole, sicut Mensis a lunae motu dictus, dum ab sole profecta rursus redit ad
(p. 193 Sp.[1]) eum. luna quod graece olim dicta μήνη, unde illorum μῆνες, ab eo nostri. A mensibus Intermestris dictum, quod putabant inter prioris mensis senescentis extremum diem et novam lunam esse diem, quem diligentius Attici ἕνην καὶ νέαν appellarunt
§ 11 ab eo quod eo die potest videri extrema et prima luna. Lustrum nominatum tempus quinquennale a luendo, id est solvendo, quod quinto quoque anno vectigalia et ultro tributa per censores persolvebantur. Seclum spatium annorum centum vocarunt, dictum a sene, quod longissimum spatium senescen-
(p. 194 Sp.[1]) dorum hominum id putarunt. Aevum ab aetate omnium annorum; hinc Aeviternum, quod factum est Aeternum; quod Graeci αἰῶνα, id ait Chrysippus esse ἀεὶ ὄν. Ab eo Plautus:

Non omnis aetas ad perdiscendum est satis,

hinc poetae aeterna templa caeli.

§ 12 3. [A] naturali discrimini civilia vocabula dierum accesse-

---

1 ac] et Hb. — vivere] virere Aldus. — ἦρ] LSp, ἔαρ Victorius, βηρ B, et libri, *om.* Laetus. — 3 αἴϑεσϑαι H, αἴϑεστα a, ЄΘЄСΤЄ Vf, eecte M, *lacun.* Gb. — autumnus ab] *lacunam indicavit* vulg. MULTA DESUNT *addens.* Quaedam desunt Müller. *desideratur autumni origo.* sicut] sic B, Laetus. '*fort.* ** ut annus et dies ab solis, sic mensis' LSp. — 5 *post* luna *interpungit* Müller. — μήνη] Aldus, mene FVp, *μ cum lacuna* Hf, *lacunam* G, menen M, Laetus. — μῆνες] vulg. *ex* B, menes FMVabfp, menses GH. —. 6 nostri] '*fort.* redit ad eum. Luna quod . . inde illorum μῆνες, ab eo nostri menses' LSp. — dictus M, Laetus (*tacet Vict.*) — 8 attici *om.* a. — menencenean libri (*μ cum lacuna* Haf, *lac. sine hac littera* G, μηνηκοϊαν B), *correxit* Aldus. — 9 ea die M, Laetus. — 12 seculum M, Laetus. — centum annorum GH. — senescendorum] *cf.* Lachm. ad Lucr. I, 585, Aug. Müller p. 54. — 14 putarant H, putant M, Laetus (*tac. Vict.*). — 16 αἰῶνα] AЄONA MV, *Δ cum lac.* af, *om.* GHbp. — aeternum id ait Chrisippus esse ab *sic* Laetus. — ἀεὶ ὄν] Turnebus. *conf.* Aristot. de caelo 1, 9 p. 279, 27. ЄON FGMV, αἰῶνα B, *om.* ceteri. — 17 est satis] sat est Plaut. Truc. 1. — 18 caeli] caeli celi *vel* celi caeli libri, *alterum om.* Laetus. caeli. A caeli naturali vulg., ad caeli naturalia discrimina Scioppius. — 19 naturali discrimini] LSp, a naturali discrimine libri. *conf.* § 38. — dierum] Scioppius, diem libri, dies Laetus *cum* B. '*fort* dieum, *sed illud etiam* VI § 33' LSp.

runt. Dicam prius qui deorum causa, tum qui hominum sunt instituti. Dies Agonales per quos rex in regia arietem immolat, dicti ab Agon, eo quod interrogatur a principe civitatis et princeps gregis immolatur. Carmentalia nominantur quod (p. 195 Sp. 1) sacra tum et feriae Carmentis. Lupercalia dicta quod in Lupercali § 13 Luperci sacra faciunt. Rex cum ferias menstruas nonis Februariis edicit, hunc diem Februatum appellat. Februm Sabini purgamentum, et id in sacris nostris verbum; nam et Lupercalia Februatio, ut in antiquitatum libris demonstravi. Quirinalia a Quirino, quod ei deo feriae et eorum hominum, qui furnacalibus suis non fuerunt feriati. Feralia ab inferis et ferendo, quod ferunt tum epulas ad sepulcrum quibus ius ibi parentare. Terminalia quod is dies anni extremus constitutus; duodecimus enim mensis fuit Februarius et cum intercalatur inferiores quinque dies duodecimo demuntur mense. Ecurria (p. 196 Sp. 1) ab equorum cursu; eo die enim ludis currunt in Martio campo. Liberalia dicta quod per totum oppidum eo die sedent sacerdotes § 14 Liberi, anus hedera coronatae, cum libis et foculo pro emptore sacrificantes. In libris Saliorum quorum cognomen Agonensium, forsitan hic dies ideo appelletur potius Agonia. Quinquatrus; hic dies unus ab nominis errore observatur proinde ut sint quinque dictus; ut ab Tusculanis post diem sex- (p. 197 Sp. 1)

---

1 quid eorum libri, *corr.* Rholandellus. — sunt] sint M, Laetus. — 3 dicti] diti GHaf, dici b. '*fort.* Diti, dicti' LSp. — agon] agon' Aldus, agoneo GH, agone ceteri. *ἄγων ut vid. dicit.* — 5 sacra tum] Laetus, sacratum libri. — 7 hunc] tunc Ursinus ad Fest. 67, 16. — februm] februum Laetus (*tac. Vict.*), febrium a. — sauini M. *fort.* Sabinis . . et idem in' LSp. — 8 nam] Aldus, non libri. — 10 ei deo] vulg. *ex* B, ideo libri, huic deo Laetus. — et *fort. del.* — 11 fornacalibus Laetus. — ferialia libri, *corr.* Aldus. — '*fort.* inferis ferendo' LSp. — 12 ferunt] fert Vp. — ibi] vulg. *ex* B, sibi libri. Macrob. Sat. 1, 4, 14: Varro Feralium diem ait a ferendis in sepulcra epulis dici. — 13 parentare] parent a re p, parent arae Gabf. — quom Haf. — 15 ecuria H, equiria Laetus. — 16 ludis *om.* Laetus. — campo Martio Laetus. — 17 sedent] se dent Victorius. — 18 liberi anus *om.* B *addens* hic deest * (*sic*). anus *om.* Laetus. *del. vid.* sacerdotes Liberi. — libis] libi f. — 20 forsitan] '*fuit olim* fortasse an' LSp. *conf.* Reiter p. 105. — appelletur] Ff, appellatur ceteri. — 21 unus] cinus Hf, Scioppius, cunus G. — 22 ut sint quinque] quartus sive quintus B *et servatis* ut sint August. *marg.* — ut ab] ut *om.* MB, Laetus.

tum Idus similiter vocatur Sexatrus et post diem septimum
Septimatrus, sic hic quod erat post diem quintum Idus Quin-
quatrus. Dies Tubulustrium appellatur, quod eo die in atrio
§ 15 sutorio sacrorum tubae lustrantur. Megalesia dicta a Graecis,
quod ex libris Sibyllinis arcessita ab Attalo Rege Pergama;
(p. 198 Sp.[1]) ibi prope murum Megalesion [in] templum eius deae, unde ad-
vecta Romam. Fordicidia a fordis bubus. Bos forda quae fert
in ventre. Quod eo die publice immolantur boves praegnantes
in curiis compluris, a fordis caedendis Fordicidia dicta. Palilia
§ 16 dicta a Pale, quod ei feriae, ut Cerialia a Cerere. Vinalia
a vino; hic dies Iovis, non Veneris. huius rei cura non levis
in Latio; nam aliquot locis vindemiae primum ab sacerdoti-
bus publice fiebant, ut Romae etiam nunc; nam flamen Dialis
auspicatur vindemiam et ut iussit vinum legere, agna Iovi
(p. 199 Sp.[1]) facit, inter quoius exta caesa et proiecta flamen *porus vinum
legit. In Tusculanis ortis est scriptum:

VINUM NOVUM NE VEHATUR IN URBEM ANTE QUAM
VINALIA KALENTUR.

Robigalia dicta ab Robigo; secundum segetes huic deo sacri-
§ 17 ficatur, ne robigo occupet segetes. Dies Vestalia ut virgines
Vestales a Vesta. Quinquatrus Minusculae dictae Iuniae Idus
(p. 200 Sp.[1]) ab similitudine maiorum, quod tibicines tum feriati vagantur
per urbem et conveniunt ad aedem Minervae. Dies Fortis For-

---

2 septematruus libri, *corr.* Laetus. — sic] Laetus, sit libri. — 3 tubulustrum Laetus, tubilustrum vulg. *cum* B, TUBIL *in Fastis.* — 4 tubae] tubi Fasti Praen. — 5 'ex libris Sibyllinis *fort. ante* advecta *ponenda sunt*' LSp. — arcessita GHf, accersita alii. — Pergamum Laetus, Pergami Aldus. — 6 ibi *om.* Laetus. — in] ubi vulg. *ex* B, *del.* LSp. *conf.* Unger Anal. Propert. p. 87. — 8 ea die Laetus. — 10 ei] Victorius, et libri. et feriae ei deae fiunt Laetus. — ut] et G f, *om.* H. — Cerealia p, Laetus. *cf.* Aug. Müller p. 6 adn. — 14 agnam B, Laetus. — 15 porrecta vulg. *ex* B. *sed* proiecta *antique. conf.* Macrob. sat. III, 2, 2. — porus] primus Müller, populus romanus (*om.* flamen) *suspicatur* LSp. portis Bergk Beiträge I, 94. *fort.* per ortos. — 16 ortis] LSp, sortis F, sacris ceteri (scriptum sacrum est p). — scriptum *om.* MB, Laetus. — 18 calentur libri, *corr.* vulg. — 19 robicalia, libri, *corr.* Laetus. — rubigo f. — 20 *lacunam post* segetes *indicat* Müller *quod Maii mensis feriae, inprimis Lemuriorum mentio non possit abesse.* — 21 a] LSp, aut libri. Vestales Vestae sacrificent Laetus. — quinquatriis GMf, Laetus. — 22 cum F, quom Haf, *corr.* Laetus.

tunae appellatus ab Servio Tullio rege, quod is fanum Fortis Fortunae secundum Tiberim extra urbem Romam dedicavit Iunio mense. Dies Poplifugia videtur nominatus, quod eo die § 18 **tumultu repente fugerit populus; non multo enim post hic dies quam decessus Gallorum ex urbe, et qui tum sub urbe populi, ut Ficuleates ac Fidenates et finitimi alii, contra nos coniurarunt. Aliquot huius diei vestigia fugae in sacris apparent, de quibus rebus antiquitatum libri plura referunt. Nonae Caprotinae quod eo die in Latio Iunoni Caprotinae mulieres sacrificantur et sub caprifico faciunt; e caprifico adhibent virgam.** (p. 201 Sp. [1]) **Cur hoc, togata praetexta data eis Apollinaribus ludis docuit** § 19 **populum. Neptunalia a Neptuno; eius enim dei feriae. Furrinalia [*a*] Furrina, quod ei deae feriae publicae dies is, cuius deae honos apud antiquos. nam ei sacra instituta annua et flamen attributus; nunc vix nomen notum paucis. Portunalia dicta a Portuno, cui eo die aedes in portu Tiberino facta et feriae institutae. Vinalia Rustica dicuntur ante diem XII Kalendas** § 20 **Septembres, quod tum Veneri dedicata aedes et orti ei deae** (p. 202 Sp. [1]) **dicantur ac tum sunt feriati olitores. Consualia dicta a Conso quod tum feriae publicae ei deo et in circo ad aram eius ab sacerdotibus ludi illi, quibus virgines Sabinae raptae. Volcanalia a Volcano, quod ei tum feriae et quod eo die populus pro se in ignem animalia mittit. Opeconsiva dies ab dea Opeconsiva,** § 21 **quoius in regia sacrarium, quod ideo artum, ut eo**

1 quod dis GHaf. — 2 tyberim f. — 3 ea die V p. — 4 repente tumultu Laetus. — 6 ac] aut f, *om.* Laetus *cum* B. — coniuraverunt M, Laetus, coniurarant p. — 7 diei] dei F f, Laetus. *fort.* die. — fugae *fort. del.* — 9 sacrificant Laetus (*tacet Vict.*). — 10 e caprificio f. — virgam] lac Ursinus *ex* Macrob. I, 11, 40. — 11 cur] ob Laetus. — toga M, Laetus. *post* eis Scioppius *posuit* DESUNT ALIQUA. — docui vulg. — 12 dei] Laetus, die libri. '*fort.* eo die' LSp. — 13 a Furina vulg. Furrinae *vel* Furrine libri. — publice libri (*quos inspexi omnes*), *corr.* Aldus. — is *om.* M V p. — quoius H a. — 15 uix notum est paucis f. — 16 quoi a. — 17 duodecimum f, quartum decimum Augustinus *ex fastis.* — 18 aedis vulg. *ex* B. — 19 dicantur] p, Müller, dicuntur ceteri. eius tutelae (*pro* ei deae) B, eius tutelae adsignificantur Laetus, *idem nisi quod* adsignantur Aldus. — 21 ludi] fiunt ludi Laetus. — sauine V. — sauine uirgines p. — 23 dea] ea f M, Laetus, deo V p. — ope consiuia H a. — 24 cuius M V p, Laetus. — ideo] ita Müller. *plura intercidisse censet* Bergk *coll.* Festo p. 186. — artum] Jordan Top. II

praeter virgines Vestales et sacerdotem publicum introeat nemo. (p. 203 Sp. 1) IS CUM EAT, SUFFIBULUM UT HABEAT scriptum. [id diciturne ab suffiendo? subligaculum.] Vortunalia a deo Vorturno, cuius feriae tum Octobri mense. Meditrinalia dies dictus a medendo, quod Flaccus flamen Martialis dicebat hoc die solitum vinum [*novum*] et vetus libari et degustari medicamenti causa; quod facere solent etiam nunc multi cum dicant: (p. 204 Sp. 1) novum vetus vinum bibo. novo veteri vino morbo me- § 22 deor. Fontanalia a Fonte quod is dies feriae eius; ab eo tum et in fontes coronas iaciunt et puteos coronant. Armilustrium ab eo quod in armilustrio armati sacra faciunt, nisi locus potius dictus ab his; sed quod de his prius, id ab luendo aut lustro, id est quod circumibant luentes ancilibus armati. Saturnalia dicta ab Saturno, quod eo die feriae eius, ut post § 23 diem tertium Opalia Opis. Angeronalia ab Angerona cui sacri- (p. 205 Sp. 1) ficium fit in curia Acculeia et cuius feriae publicae is dies. Larentinae quem diem quidam in scribendo Larentalia appellant, ab Acca Larentia nominatus, cui sacerdotes nostri publice parentant sexto die, qui Atra dicitur; diem Tarentini Accas § 24 Tarentinas. Hoc sacrificium fit in Velabro, qua in novam

p. 272, 274, Christ, actum libri. factum *coniecerat* LSp. *an* angustum? — 2 eat] introeat Bergk. — ut] LSp, aut libri, haut B, Laetus. — scriptum] tritum B, Augustin. *marg.* — diciturne ab suffiendo] dicitur ut ab suff. Aldus *et om.* ut Augustinus, dicitur ab sufficando ut Müller. *ego et* id diciturne ab suffiendo? *et* subligaculum *seiunxi, utrumque in marg. ad* suffibulum *adscriptum esse ratus.* — 3 deo *om.* Laetus. — uorturno F, uortūno ceteri, VOLTURN. *in fastis.* — 4 quoius Ha. — 5 quod ut ait Flaccus Laetus. — 6 vinum] nimium a. — novum *add.* Laetus. — 7 '*fort.* dicunt' LSp. — 8 vino *om.* G V f. — 9 Fonte] Fonto Roth Philol. XVII, 175. — 10 tum] autem f. autem tum in B, vulg. — 11 armilustrio] armilustro Scioppius. — 12 luendo] ludendo Vertranius. '*fort.* lustro id est *delenda sunt, nisi transposueris* id ab lustro, id est luendó, aut quod' LSp. — 13 luentes] *scripsi,* ludentes libri. *conf. supra* V § 153: armilustrum ab ambitu lustri. — 14 post diem tertium *delet* Wilmanns p. 40. — 15 quoi . . quoius H a f *et hic et alibi.* — 17 Laurentinae] Larentinal Müller. laurentinae . . laurentalia . . laurentia M V p. — 19 parentant ante libri, *corr.* vulg. — sexto] festo Scaliger. — atra] F f, acta b p, ara G H, aera a, atria M, Laetus, *lacun.* B. Acca Augustinus. *fort.* Accas. — diem Tarentini] *scripsi,* diem tarentum libri *nisi quod* ditarentum V p. '*fort.* qui dicitur dies Accas Larentinas' LSp. — 20 qua] Laetus, quia libri.

viam exitur, ut aiunt quidam ad sepulcrum Accae, ut quod ibi; prope faciunt diis Manibus servilibus sacerdotes; qui uterque locus extra urbem antiquam fuit non longe a porta Ro- (p. 206 Sp.[1]) manula, de qua in priore libro dixi. Dies Septimontium nominatus ab his septem montibus, in quis sita Urbs est; feriae non populi sed montanorum modo, ut Paganalibus, qui sunt alicuius pagi. De statutis diebus dixi; de annalibus *nunc* § 25 [de statutis] dicam. Compitalia dies attributus Laribus *compi*talibus; ideo ubi viae competunt tum in competis sacrificatur. Quotannis is dies concipitur. Similiter Latinae Feriae dies conceptivus dictus a Latinis populis, quibus ex Albano monte (p. 207 Sp.[1]) ex sacris carnem petere fuit ius cum Romanis, a quibus Latinis Latinae dictae. Sementivae Feriae; dies is, qui a ponti- § 26 ficibus dictus, appellatus a semente, quod sationis causa susceptae. Paganicae eiusdem agriculturae causa susceptae, ut haberent in agris omnes pagus, unde paganicae dictae. Sunt praeterea feriae conceptivae quae non sunt annales, ut hae quae dicuntur sine proprio vocabulo aut cum perspicuo, ut Novendialis sunt.

4. De his diebus nunc iam qui hominum causa con- § 27 stituti, videamus. Primi dies mensium nominati Kalendae, (p. 208 Sp.[1]) quod his diebus calantur eius mensis Nonae a pontificibus,

---

2 *interpunxi post* ibi. — servilibus] arvales Scaliger. — 4 in priore libro] p. 64, 18. — 5 his] iis LSp. — 6 paganalia Aldus (*idem* quae *pro* qui), paganalia iis Madvig Advers. II, 169, Paganalia ab his Rein Observ. crit. p. 1. '*fort.* paganalia omnibus *vel* hominibus' LSp. *intellego*: ut Paganalibus sunt feriae eorum qui. *conf.* Becker I, 122. — 7 aliquoius G. — statutis] statis Scioppius. — nunc (*om.* de statutis) Aldus *ex* B, nec de statutis libri, nec die statutis Mommsen Corp. insc. lat. I p. 382. '*fort.* nec statutis nunc' LSp. — 8 compitalibus] Müller, ut alibi libri. '*fort.* quibus ut alibi *vel* ideo quod ut alibi ubi' LSp. — 9 sacrificant Augustinus. — 10 quotannis] quotquot annis LSp. — 11 conseptiuus libri, *corr.* Laetus *qui* conceptinus *scripsit.* — 12 carmen libri, *corr.* Aldus. — 13 sementiuae f, Vertranius, sementinae ceteri. — *post* feriae *interpunxi, conf. supra* p. 77, 21: quinquatrus; hic dies. — 14 suscepta libri, *corr.* Aldus. — 16 pagi Müller. haberet . . omnis pagus Aldus. — sunt *quod vocab. cum* dictae *coniungebatur, ad sequentia retuli.* — 17 conceptie p. — 18 cum] quom H, con V p. — perspicio libri, *corr.* vulg. — 22 quod] ab eo quod M, Laetus (*tac. Vict.*) — menses libri, *corr.* vulg. *ex* B.

quintanae an septimanae sint futurae, in Capitolio in curia Calabra
(p. 209 Sp.[1]) sic dicto quinquies Kalo Iuno Covella, septies dicto Kalo
§ 28 Iuno Covella. Nonae appellatae aut quod ante diem nonum Idus semper, aut quod, ut novus annus Kalendae Ianuariae ab novo sole appellatae, novus mensis [*a*] nova luna Nonae; eodem die [enim] in urbem [*ex*] agris ad regem conveniebat populus. Harum rerum vestigia apparent in sacris Nonalibus in arce, quod tunc ferias primas menstruas, quae futurae sint eo mense, rex edicit populo. Idus ab eo quod Tusci Itus,
§ 29 vel potius quod Savini Idus dicunt. Dies postridie Kalendas,
(p. 210 Sp.[1]) Nonas, Idus appellati Atri, quod per eos dies novi inciperent. Dies Fasti, per quos praetoribus omnia verba sine piaculo licet fari, Comitiales dicti, quod tum ut esset populus constitutum est ad suffragium ferundum, nisi si quae feriae conceptae essent, propter quas non liceret, [*ut*] Compitalia et
§ 30 Latinae. Contrarii horum vocantur Dies Nefasti, per quos

---

1 quintanaene vulg. *cum* B. — 2 dicto quinquies] LSp *cum* Turnebo *ex* Macrobio, dictae quinque libri, dies te quinque Scaliger. *sic* Macrob. sat. I, 15, 10: itaque . . idem pontifex calata, id est vocata in Capitolium plebe iuxta curiam Calabram . . quot numero dies a Kalendis ad Nonas superessent pronuntiabat et quintanas quidem dicto quinquies verbo *καλῶ*, septimanas repetito septies praedicabat. *Saturniis numeris* die te V (*h. e.* quinto) *et infra* VII die te Christ. — Kalo] calo libri, *item infra.* — septies dicto LSp *cum* Turnebo, septem dictae libri. septem dies te Scaliger. — 5 novus] '*fort.* sic novus' LSp. — a] *add.* Scioppius, ab Müller. — nonae] Scioppius, nonis libri. — 6 eodem die Müller, eodem die enim libri, eo die enim LSp. *fort.* eo die. — urbem ex] *scripsi, quod etiam* LSp *olim coniecerat.* urbe in libri (*nisi quod* urbem in ab M), urbem ab Laetus. '*fort.* urbem qui in' LSp *ex* Macrob. I, 15, 12, *ubi:* qui in agris essent confluere in urbem. — 8 primas] proximas Bergk. '*fort. del. cum* Christio' LSp. — 9 edicit] praedicit Laetus. — itus] itis Macrob. I, 15, 14. — 10 sauini MVp. — 11 novi] nihil novi Turnebus. *plura intercidisse censet* Bergk Ind. schol. 1863 p. VII. — 13 tum ut esset] tum dum esset M, Laetus, tum esset vulg. *ex* B. coiret (*pro* esset) Müller, in comitio esset Bergk. '*fort.* adesset' LSp. *malim* eiret. — constitutus MB, Laetus. — 14 ferundum] fM, ferendum ceteri. — 15 ut] *add.* Laetus; *nisi forte ab alio addita sunt* compitalia et latinae. — 16 contrarii horum] '*aut* (*id quod supra feci*) *coniungenda sunt* Dies fasti . . licet fari, comit. dicti (*quae sic disiungebantur* fari. Comitiales d.) *aut ante haec* contrarii horum *ponenda sunt ista* Dies fasti . . fari

dies nefas fari praetorem Do Dico Addico. itaque non potest
agi. Necesse est aliquo uti verbo, cum lege quid peragitur.
Quod si tum imprudens id verbum emisit ac quem manumi- (p. 211 Sp.[1])
sit, ille nihilo minus est liber, sed vitio, ut magistratus vitio
creatus nihilo setius magistratus. Praetor qui tum fatus est,
si imprudens fecit, piaculari hostia facta piatur; si prudens
dixit, Quintus Mucius aiebat eum expiari ut impium non
posse. Intercisi dies sunt per quos mane et vesperi est nefas, § 31
medio tempore inter hostiam caesam et exta proiecta fas; a
quo quod fas tum intercedit aut eo intercisum nefas, Intercisi. (p. 212 Sp.[1])
Dies qui vocatur sic Quando Rex Comitiavit Fas; is dictus
ab eo quod eo die rex sacrificio ius dicat ad comitium, ad
quod tempus est nefas, ab eo fas; itaque post id tempus
lege actum saepe. Dies qui vocatur Quando Stercum Dela- § 32
tum Fas, ab eo appellatus, quod eo die ex aede Vestae (p. 213 Sp.[1])
stercus everritur et per Capitolinum clivum in locum defertur
certum. Dies Alliensis ab Allia fluvio dictus; nam ibi exer-
citu nostro fugato Galli obsederunt Romam.

Quod ad singulorum dierum vocabula pertinet dixi. Men- § 33

---

ut supra cohaereant inciperent. Dies comitiales' LSp. — 2 est] est enim Vertranius. — uti aliquo a b, aliquo eorum uti B, Laetus (*tac. Vict.*). — quid] Laetus, que p, qui libri ceteri. — peragitur] '*fort.* agitur' LSp. — 5 secius vulg., Victorius, sed ius libri. *aut* setius *aut* sectius *videtur latere.* — fatus] Turnebus, factus libri — 7 aiebat] LSp, abigebat libri *nisi quod* ambigebat M, Laetus, abnegabat vulg. *ex* B. Macrob. I, 16, 10: prudentem expiare non posse Scaevola pontifex adseverabat. — et ut impium non posse dicebat vulg. *ex* B. — 8 intercensi libri, *corr.* Laetus. — 9 porrecta vulg. *ex* B. — 10 aut eo] LSp, aut eos libri, aut eo est Müller. *fort.* fas dum intercedit, ab eo. — intercisi] *scripsi,* intercisum libri. — 11 vocatur] notatur Augustinus *ad* Fest. *s. v.* nefasti — Q. R. C. F. *praeponit verbo* quando B. — comitiasit Ursinus *ad* Fest. p. 21. — fas is] Victorius, fassis libri, fac vulg., fas, sic Ursinus p. 23. — 12 sacrificio ius] libri *nisi quod* sacrificiolus F, sacrificulus Laetus, *om.* Scioppius. — dicat] sacrificat Scioppius, Bergk, itat Ursinus, it Th. Mommsen Chron. p. 422, litat Hirschfeld Hermes VIII 469—71. rex sacrificulus sacrificat LSp *editurus erat. sed nihil mutandum videtur. est enim* rex sacrificio initium iuris dictionis dicat, *velut* novam aquilam dicare 'einweihen' Tac. hist. 5, 16. *conf. etiam infra* p. 94, 17. — 14 notatur Ursinus. — Q. S. D. F *praeponit verbo* quando B. — stercus Laetus. — 17 allio libri (auio f), *corr.* Laetus. — 19 per-

sium nomina fere sunt aperta, si a Martio, ut antiqui constituerunt, numeres. Nam primus a Marte. Secundus, ut Ful-
(p. 214 Sp.[1]) vius scribit et Iunius, a Venere, quod ea sit Ἀφροδίτη; cuius nomen ego antiquis litteris quod nusquam inveni, magis puto dictum quod ver omnia aperit, Aprilem. Tertius a maioribus
§ 34 Maius, quartus a iunioribus dictus Iunius. Dehinc quintus Quintilis et sic deinceps usque ad Decembrem a numero. Ad hos qui additi, prior a principe deo Ianuarius appellatus; posterior, ut idem dicunt scriptores, ab diis inferis Februarius appellatus, quod tum his parentetur; ego magis arbitror Februarium a die februato, quod tum februatur populus, id est
(p. 215 Sp.[1]) lupercis nudis lustratur antiquum oppidum Palatinum gregibus humanis cinctum.

§ 35 5. Quod ad temporum vocabula [latina] attinet, hactenus sit satis dictum; nunc quod ad eas res attinet quae in tempore aliquo fieri animadverterentur, dicam, ut haec sunt Legisti, Cur*suru*s, Ludens. De quis duo praedicere volo, quanta sit
§ 36 multitudo eorum et qui sint obscuriora quam alia. Cum verborum declinatuum genera sint quattuor, unum quod tempora adsignificat neque habet casus, ut ab lego Leges, Lege, alte-
(p. 216 Sp.[1]) rum quod casus habet neque tempora adsignificat, ut ab lego Lectio et Lector, tertium quod habet utrunque et tempora et casus, ut ab lego Legens, Lecturus, quartum quod neu-

---

tineat Laetus. — 1 sunt aperta fere Laetus. — a martio ut] F *apud Vict.*, ut a martio ceteri, '*quod si etiam in* F *fuit, del. fort. sunt* a Martio' LSp. — 2 Fulvius Flaccus vulg. *ex* B. — 3 Iunius Gracchus Laetus. — sit] si G H f b *et fort. omnes.* — afrodite libri (affroditae f, afrondite a), *corr.* vulg. *ex* B. — quoius *ut alibi* G H a f. — 5 aperit f *in marg.* — Aprilem] *conf.* Macrob. sat. I, 12, 14 *et ibi* L. Jan. — 8 Iano Ianuarius Laetus. — 9 iidem f. — 10 parentur libri, parententent Laetus, *corr.* vulg. — 12 palatium vulg. *ex* B. — 13 humanis *om.* Laetus, *conf.* Mommsen Corp. Inscr. lat. p. 364, Hermes X, 149, Jordan Top. II, 269. — cinctus G a b f. — 14 latina] *om.* Scioppius. hactenus *del.* Reiter p. 123 thes. 3. — 16 animadverterim Aldus. — 17 cursurus] LSp, currus libri (cursus G H), currens Laetus. — 18 qui] G f, quam b, quae ceteri. '*fort.* quare' LSp. — 19 declinatuum] B, Laetus, declinatiuum F f a p, declinantium G H M, declinācia b, declinationum Turnebus. — 20 ab lego] '*haec verba fort. del. et hic et in seqq. locis quattuor*' LSp. — lege] V b, lego ceteri. '*fort.* ut lego legei . . ut lectio lector . . ut legens lecturus . . ut lecte lectissime' LSp.

trum habet, ut ab lego Lecte ac Lectissime, horum verborum si primigenia sunt ad mille, ut Cosconius scribit, ex eorum declinationibus verborum discrimina quingenta milia esse possunt ideo, quia [*a*] singulis verbis primigeniis circiter quingentae species declinationibus fiunt. Primigenia dicuntur verba ut Lego, Scribo, Sto, Sedeo et cetera quae non sunt ab ali- § 37
quo verbo, sed suas habent radices. Contra verba declinata sunt quae ab alio oriuntur, ut ab lego Legis, Legit, Legam et sic indidem hinc permulta. Quare si quis primigeniorum verborum origines ostenderit, si ea mille sunt, quingentum milium simplicium verborum causas aperuerit una; sin nullius, (p. 217 Sp.[1])
tamen qui ab his reliqua orta ostenderit, satis dixerit de originibus verborum, cum unde nata sint, principia erunt pauca, quae inde nata sint, innumerabilia. A quibus iisdem principiis antepositis praeverbiis paucis immanis verborum ac- § 38
cedit numerus, quod praeverbiis mutatis additis atque *non* mutatis aliud atque aliud fit; ut enim [*Pro*]cessit et Recessit, (p. 218 Sp.[1])
sic Accessit et Abscessit; item Incessit et Excessit, sic Successit et Decessit, et Concessit [*et Discessit*]. Quod si haec decem sola praeverbia essent, quoniam ab uno verbo declinationum quingenta discrimina fierent, his decemplicatis con-

1 ac] et G H b, *om.* Laetus. *conf.* X § 17. — 2 primigena G V. — ad mille] Victorius, vulg., admitte libri. — 3 discriminum Augustinus. '*fort.* discrimina ad' LSp. — 4 a] *add.* LSp *qui* '*fort.* quod a *pro* quia'. *conf.* LSp Emend. p. 5. Reiter p. 101. (*infra* VII § 7.). — primigenii libri, *corr.* vulg. — 8 alio] G, Augustinus, alio quo Müller, aliquo libri. — 9 indidem] p, in indidem ceteri, itidem Laetus, B. — hinc] hic f, hec p, et sic Laetus, et sit B. — 11 unas in libri, *corr.* Turnebus. '*fort. rectius* si' LSp. — aperuit non minus tamen Scioppius. — 12 tamen qui] '*fort.* set tamen quae' LSp. — 13 quom Haf. — 14 quibus (*om.* a) Scioppius. — 15 principiis] '*fort.* primigeniis' LSp. — 16 mutatis] *om.* M, Laetus, Madvig Adv. II, 169. '*fort.* nudis' LSp. — non mutatis] *scripsi*, commutatis libri. *hoc dicit: praeverbia addita aut mutata sunt ut* ac abs suc con, *aut non mutata ut* re in ex de. — 17 processit] Fritsche, cessit libri. '*fort.* e cessit fit processit' LSp. — 19 et discessit] *add.* Vertranius, et praecessit vulg. *ex* B, et processit Rholandellus, *om.* libri. *verborum ordo aut is fuit ut coniungantur contraria, aut praeverbia non mutata bis opposita erant mutatis. hoc si fuit, conicias:* item ut incessit et excessit et decessit [et discessit], sic successit et concessit. — 20 declinatione vulg. *ex* B. *an* declinationibus?

iuncto praeverbio ex uno quinque milia numero efficerent, ex
mille ad quinquagies centum milia discrimina fieri possunt.
§ 39 Democritus, Epicurus, item alii qui infinita principia dixerunt,
(p. 219 Sp.[1]) quae unde sint non dicunt, sed cuiusmodi sint, tamen faciunt
magnum, quae ex his constant in mundo ostendunt. Quare
si etymologus principia verborum postulet mille, de quibus
ratio ab se non poscatur, et reliqua ostendat, quod non
§ 40 postulat, tamen immanem verborum expediat numerum. De
multitudine quoniam quod satis esset admonui, de obscuritate
pauca dicam. Verborum quae tempora adsignificant ideo locus
(p. 220 Sp.[1]) difficillimus ἔτυμα, quod neque his fere societas cum graeca
lingua, neque vernacula ea quorum in partu memoria adfuerit
nostra; e quibus, ut dixi, quae poterimus.
§ 41 6. Incipiam hinc: primum quod dicitur Ago, actio ab
agitatu facta. Hinc dicimus Agit gestum tragoedus et Agitantur quadrigae; hinc Agitur pecus pastum; [qua vix agi
(p. 221 Sp.[1]) potest] hinc Angiportum, qua nil potest agi; hinc Angulus, quod in eo locus angustissimus, cuius loci is angulus.
§ 42 Actionum trium primus agitatus mentis, quod primum ea

1 efficerentur Aldus. *fort.* effierent. — 2 ad *om.* Rholand. — discriminum August. — '*fort.* possent' LSp. — 3 Epicurus] Turnebus, securus libri, secuti et vulg. *ex* B, et Laetus. — 4 quae] quamvis quae Sciopp. '*fort.* quamquam' LSp. — quoiusmodi Haf. — faciunt tamen Laetus. — 5 quae] quod quae vulg. — 6 ethimologos M, Laetus, *nec mutavit Victorius*, ἐτυμολογια B. — postulet Müller. '*conicias* quae non postulat, *sed malim abesse* quod non postulat' LSp. *conf.* Lachm. ad Lucr. III, 317. — 9 admonuit F, *corr.* Laetus. — 10 locutus F, locutus (s) f, *corr.* Aldus. — 11 ἔτυμα] est TYMA FH, τυμα a, TYNA M, est τάτυνα B, est τάτινα vulg., *lacun.* GVp, *om.* b Laetus, est ἔτυμα Scioppius. locatu difficillima sunt ἔτυμα Madvig Adv. II, 170. *cf.* Rein p. 4. — 12 in partum libri (impartum af) *corr.* Rholandellus. — 13 nostra e] nostrae F, nostram de Laetus. — dixi] M, Laetus, dixit ceteri. *vid.* V, 10. — 14 primus libri, *corr.* Laetus. — 16 hinc angustum *post* pastum *add.* Madvig Adv. II, 170, *prob.* LSp Philol. Anz. V p. 584. Reiter p. 101. *ego secludenda putavi* qua vix agi potest *ut verba ad* qua nil potest agi *adscripta, cf.* V § 145, *aut scrib.* hinc angiportum qua vix agi potest, hinc angulus qua nil potest agi quod. — qua vix] Aldus, quia vix libri. — qua nil] quia nil p Laetus, quia nihil vulg. *ex* B. — 17 angulus vel quod Müller. — 18 quoius GHaf. — loci is] locis f. — 19 agitatus] gradus *vir doctus in exempl. August. biblioth. Bernensis; vid.* § 77.

quae sumus acturi, cogitare debemus, deinde tum dicere ac facere. De his tribus minime putat volgus esse actionem cogitationem, tertium, in quo quid facimus, id maximum; sed et cum cogitamus quid et eam rem agitamus in mente, agimus, et quom pronuntiamus, agimus. Itaque ab eo orator (p. 222 Sp.[1]) agere dicitur causam et augures augurium agere dicuntur, quom in eo plura dicant quam faciant. Cogitare a cogendo § 43 dictum; mens plura in unum cogit, unde eligere possit. Sic e lacte coacto Caseus nominatus, sic ex hominibus Contio dicta, sic Coemptio, sic Compitum nominatum. A cogitatione Concilium, inde Consilium, quod ut vestimentum apud fullonem cum cogitur, Conciliari dictum. Sic Reminisci, cum ea § 44 quae tenuit mens [ac] memoria, cogitando repetuntur. Hinc (p. 223 Sp.[1]) etiam Comminisci dictum, a con et mente, quom finguntur in mente, quae non sunt; et ab hoc illud quod dicitur Re*com*minisci, cum commentum pronuntiatur. Ab eadem mente Meminisse dictum et Amens qui a mente sua discedit. Hinc § 45 (49)

1 dein GHMVa. *cf.* VIII § 25. — 2 ac postremo facere Aldus. — 3 '*fort.* tertium quo' LSp. — maxumum H. — 4 quom Haf. — cogitamus] Sciopp. *marg.* (*qui:* al. V. C. sed et quom cogitamus quid, eam rem in mente agimus), hos agitamus libri *nisi quod* os GHaf, nos Scaliger. — agitamus] LSp, cogitamus libri. — agimus et quom pronuntiamus *om.* G. — 5 cum plerique. — orator] cogito a cogo orator M. — 6 dicitur agere Laetus. — agere augurium Laetus. — 8 mens] quom mens Scioppius, '*fort.* quod mens' LSp. — eligere] ap, Rholandellus, elicere FGVMb, dicere H, deligere B, Laetus. — 9 *fort.* coactum *vel* coactus. — sic .. nominatus *delet* Wilmanns p. 42 *cf.* V § 108. — hominibus] coactis *add.* Christ *et olim* LSp. — 11 quod ut] libri (quod et H). quod *del.* LSp, ut *om.* Sciopp. consilium. Et Müller. — 12 conciliari] August., consiliari libri. *fort.* quod ut .. cum cogitur conciliari, consiliari dictum *aut* consilium, inde concilium quod ut .. cum cogitur dictum. — dictum] dicitur f Laetus. — sic] *om.* f. — 13 ac] *delevi.* — '*verbum simplex* (*h. e.* ab eadem mente meminisse .. discedit) *composito praecedat oportet; item verba* mens ac memoria *praecedant originem alterius vocabuli iam expositam. ea igitur quae infra p.* 88, 15 *sq. leguntur* meminisse a memoria quom id .. monimenta dicta *his verbis* sic reminisci .. *praeponenda videntur. tum vero p.* 87, 16 *aut delendum* meminisse *aut* ab eadem mente a qua meminisse *scrib.*' LSp. — cogitando] cogitur (cogitantur vulg.) et cogitando B, vulg. — 14 a con et mente *om.* Sciopptus. — 15 mente] *de interpunct. vid.* Christ Philol. XVI. p. 450. — recomminisci] LSp, reminisci libri, eminisci Heusinger, Müller, procomminisci Nipperdey Spicil. crit. in Corn. Nep. p. 33. *an fuit* prominisci? — 17 discedit]

etiam Metuo [*a*] mente quodammodo mota vel metu amota. Sic quod frigidus timor, Trem*itus* tim*entium*. Tremo dictum a similitudine vocis, quae tunc quom valde tremunt apparet, (p. 224 Sp.¹) quom etiam in corpore pili, ut arista in spica ordei, orrent.
§ 46 Curare a cura dictum. Cura quod cor urat. Curiosus quod hac praeter modum utitur. Recordari rursus in cor revocare. Curiae, ubi senatus rempublicam curat, et illa ubi cura sacro-
§ 47 rum publica, ab his Curiones. Volo a voluntate dictum et a volatu, quod animus ita est, ut puncto temporis pervolet quo volt. Lubere ab labendo dictum, quod lubrica mens ac prolabitur, ut dicebant olim. Ab lubendo Libido, Libidinosus ac
§ 48 Venus Libentina et Libitina, sic alia. Metuere a quodam (p. 225 Sp.¹) motu animi, quom id quod malum casurum putat refugit. [mens]. Quom vehementius in movendo ut ab se abeat foras
49 (45) fertur, Formido; quom pavet, *pall*et, ab eo Pavor. Meminisse

---

vulg., descendit libri. '*fort.* decedit' LSp. — *post* descendit *addidit* Müller *ea quae infra leguntur* p. 88, 15—89, 8 meminisse a memoria . . monimenta dicta, *ita ut quae his sequuntur* hinc etiam metuo . . ordei orrent *post illa quae p.* 88, 15 *scripta sunt* ab eo pavor *appareant, ac sic fere traicienda esse verba etiam* LSp *statuit ante Müllerum. vid. praef.* — 1 a mente q. mota vel metu amota] *scripsi,* mentem q. motam vel metuisti amovisti libri, *nisi quod* quod ad modum (*pro* quodammodo) V, admodum p, *et* amoveo (*pro* vel metuisti amovisti) B, Laetus. hinc etiam metuo . . amovisti *delet* Wilmanns p. 42. '*conicias* hinc etiam Metuere, quod mentem quodam modo motam, ut metuisti, amovisti *vel* metuo . . ut metui amovi, *sed ne haec quidem placent et gravius inest mendum.*' LSp. — 2 tremitus timentium] *scripsi,* tremuisti timuisti libri, *delet* Wilmanns. sic quod . . . timuisti *om.* a. *possis etiam* tremit is qui timet. — tremo] '*fort.* tremere' LSp. — 3 tremunt] timetur Laetus. — 4 corpore] '*fort.* capite . . aristae' LSp. — hordei vulg. *ex* B. — orent H, horrent M, Laetus. — 5 urat] *fort.* urit. — qui hac Laetus. — 6 utitur] uritur vulg. — recordari] vulg. *ex* B, recordare plerique, Stünkel p. 10, recondere M, Laetus, reuocare GH. '*fort.* recordarei . . revocare *infra post* curiones *ponenda*' LSp. — 7 illa] illae Christ. *fort. supra* curia *cum Laeto.* — 10 lubere] LSp, libere libri. — 11 olim] enim f. — 12 Libentina] libentia *codex Vossii ap.* Bentl. Horat. carm. I, 19, 3. Nonius p. 64: Varro de lingua latina libr. V prolubiem et prolubidinem dici ab eo quod lubeat, unde etiam lucus Veneris Lubentinae dicatur. *conf.* Bentl. ad Ter. Ad. V, 9, 28. — 13 male cessurum Scioppius. — 14 mens] *delevi ut ex p.* 88, 1 *illatum.* '*fort.* refugit. Mens quom' LSp *olim.* — 15 quom] *fort.* qui. — pallet] *scripsi*, et F *apud Victor., om.* ceteri.

a memoria, quom in id quod remansit in mente rursus movetur; quae a manendo ut Manimoria potest esse dicta. Itaque Salii quod cantant Mamuri Veturi significant memo- (p. 226 Sp.[1]
riam . .; ab eodem Monere, quod is qui monet, proinde ac sit memoria; sic Monimenta quae in sepulcris, et ideo secundum viam, quo praetereuntis admoneant et se fuisse et illos esse mortalis. Ab eo caetera quae scripta ac facta memoriae causa Monimenta dicta. Maerere a marcere, quod etiam § 50
corpus marcesc[*it maero*]re; hinc etiam Macri dicti. Laetari ab eo quod latius gaudium propter magni boni opinionem (p. 227 Sp.[1]
diffusum. Itaque Iuventius ait:

Gaudia sua si omnes homines conferant unum in locum,

'*fort.* formidat, quom [parum movetur], pavet et' LSp. *conf.* Philol. XVI p. 456, Christ XVII p. 292. — 1 quom in id quod remansit in m. rursus] *scripsi,* quom id quod reman. in m. in id quod rursus libri *nisi quod* f *om.* in id quod, *quo in cod. voc.* mente *terminatur pagina.* id quod *et* in id quod *ad eandem scripturam vid. spectare ut posterius corrigendi causa sit additum.* '*fort.* in id quod fuit rursus movetur, a manando' LSp. *cf.* Reiter p. 81. — 2 manendo] Rholandellus, manando libri. — maniomoria F M f, manomoria H p, mamomoria V. — 3 quod] qui M, Laetus. — memurii libri (memuri H, memuriä in M), *corr.* Turnebus. — veturi] Turnebus, ueteri V p, ueterum ceteri. '*malim* Vetusi' LSp. — '*fort.* significat' LSp. — memoriam * *] *lacunam indicavit* LSp, *quod in* F *fuit verbum quod legi non poterat,* memoriam metuere V p, memoriam meminere M, memoriam monere ceteri. memoriam. Momere Laetus (*Victorius deleto* Momere *vocabulo adscripsit:* sic ibi verbum quod legi non potuit). Mamurium Veturium significant veterem memoriam. Monere ab eadem vulg. *ex B.* '*fort.* Veturi *latet, nisi potius fuit* memoriam. Monere ab eadem memoria' LSp. — 4 eadem Laetus. — monerem F G H a f. — ac sit] *scripsi* (*cf.* 91, 15 proinde ut sit), sit ac libri, '*fort.* est ac' LSp. — 5 sic monumenta G *nec Vict. ad Laeti* sic monimenta *quicquam notavit,* sit monitio menta H M V a b f p. — 6 admoveant F *apud Vict.* — 7 mortales M a, Laetus (*tac. Vict.*). — 8 monimenta] F f, monumenta G H V a b p Laetus. — marcere] marcore Augustin. *marg.* Stünkel p. 14. — 9 '*fort.* corpus *del*'. LSp. — marcescit maerore] *scripsi,* marcescere libri, *cui vocabulo* dicitur *add.* Laetus, videtur B, videntur vulg. 'Pseudo-Apuleius p. 139: M. Terentius ait, maereo dicitur eo quod corpus etiam marcescere faciat. *apud Tortellium melius* facit.' LSp. — 11 iuuentus H a f, Terentius Rholandellus. *conf.* Ribbeck com. fr.[2] p. 82. — 12 omnis M V p. — hominis M V p. '*fort* omnia omnis' LSp. *cf.* Emend. spec. p. 4.

Tamen mea exsuperet laetitia.
Sic quom se habent, laeta.

§ 51 7. Narro, cum alterum facio narum, a quo Narratio, per quam cognoscimus rem gestam. Quae pars agendi est a (p. 228 Sp.[1]) dicendo ac sunt aut coniuncta cum temporibus aut ab § 52 his, eorum hoc genus videntur ἔτυμα. Fatur is qui primum homo significabilem ore mittit vocem. Ab eo ante quam ita faciunt, pueri dicuntur Infantes; quom id faciunt, iam Fari. Cum hoc vocabul*um* eorum a similitudine vocis, puer ac Fatuus Fari [id] dicti. Ab hoc tempora quod tum pueris constituant Parcae fando, dictum Fatum et res Fatales. Ab hac eadem voce qui facile fantur, Facundi dicti, et qui futura praedivinando soleant fari, Fatidici; dicti

---

1 exuperet GHMaf. — 2 quom] enim Augustinus. — 3 narro] Papirianus ap. Cassiodorum de orthogr. cap. 4: 'narare per unum r scribitur, ut Varroni placet. secutus est enim etymologiam nominis eius qua gnarus dicitur quis qui scit quid loqui debeat. denique compositio verbi ita scribitur, ignorare, quod non per duo r sed per unum scribitur; ideo et narratio unum habere debet.' *fort.* sic quom se habent laeta, narrantur. Narro. — narum] narrum libri, gnarum Augustinus. cum altero facio sermonem Laetus, *et inserto* varium *post* facio B. — est] et GH. — a dicendo] Ursinus, adiacendo GHMf, ab adiacendo F *ap. Vict.*, a' diagendo (*sic*) a, a iacendo bp, a iaciendo V, adiacienda et haec quae aut B *et* * hic deest idem. *unde* Desunt quaedam *ante* adiicienda *inserit* vulg.; secunda in qua explicabimus, quae sunt ab dicendo Müller. '*fort. quae infra* p. 90, 9 *leguntur* cum hoc vocabulorum, *ea hic sunt inserenda:* a dicendo, ac quae cum hoc vocabulo sunt aut' LSp. *conf. etiam* Emend. spec. p. 11. — 6 earum libri, *corr.* vulg. — ἔτυμα] FM, ЄTHMA f, ЄTHNA Ha, *lacun.* b, *om.* G, Laetus. — fatur] '*malim* fari dicitur' LSp. — is] his Vf. — primus abf, primo Scioppius. '*fort.* primitus *ut infra* p. 92, 15' LSp. — 7 emittit M, Laetus. — 8 ita faciunt] G, Rholand., ita faciant ceteri. — 9 cum] *fort.* quod. — vocabulum eorum] *scripsi,* uocabulorum libri, vocabulum vulg. *conf. ad* p. 90, 5. tum hoc a uocabulorum similitudine p. — a] *om.* GHafb. — puer] *scripsi,* pueri libri. — 10 ac fatuus] *om.* Scioppius. — id] *delevi cum* LSp. — dicti] *scripsi,* dictum libri. '*fort.* dicuntur *nisi forte* ac fatuus fari id dictum *del.*' LSp. — tempora] Popma, tempore libri, *om.* Scioppius. — 11 '*fort.* constituunt' LSp. — 12 ab hac eadem voce] LSp, ad haec eandem uocem libri (eadem Hb). hanc (*pro* haec) Müller. — 13 et] F, *om.* ceteri. — solent Laetus, '*fort.* solebant' LSp. — dicti *fort. del.*

idem Vaticinari, quod vesana mente faciunt; sed de hoc post (p. 229 Sp.[1]) **erit usurpandum, quom de poetis dicemus. Hinc Fasti dies,** § 53 **quibus verba certa legitima sine piaculo praetoribus licet fari. Ab hoc Nefasti quibus diebus ea fari ius non est, et si fati sunt, piaculum faciunt. Hinc Effata dicuntur, qui augures finem auspiciorum caelestum extra urbem agris sunt effati ut esset; hinc Effari templa dicuntur; ab auguribus effantur qui in his fines sunt. Hinc Fana nominata quae pontifices in** § 54 **sacrando fati sunt finem; hinc Profanum quod est ante fanum** (p. 230 Sp.[1]) **coniunctum fano; hinc Profanatum quid in sacrificio ad Herculi, quae decuma appellata, ab eo est quod sacrificio quodam fanantur, id est ut fani lege sit. Id dicitur Pollutum, quod a porriciendo est fictum; quom enim ex mercibus libamenta proiecta sunt Herculi in aram, tum pollutum est, ut cum** (p. 231 Sp.[1]) **Profanatum dicitur, id est proinde ut sit fani factum; itaque ibi olim [fano] consumebatur omne quod profanatum erat, ut**

---

1 post] postea M, Laetus. *conf.* VII § 36. — 2 usurpandum] interpretandum p, interpetrandum V. 'retractandum *Varro dicit infra* VII § 90, VIII § 2, *sed* usurpandum VIII § 43' LSp. — poetis] 'VII § 36 poematis' LSp. — 5 qui] quod M, Laetus. '*fort.* quom' LSp. *cf.* Reiter p. 102. — effari dicuntur augures cum finem Scioppius, *ad quae* LSp *adscripserat: 'recte puto, sed* augures qui *retinendum*'. quae augures in fine Perottus. — 6 caelestium G H M, Rholand. *cf.* Aug. Müller p. 45. — agris] Laetus, agri libri. — ut] ubi Müller. — 7 ab augures f. '*fort.* dicuntur augures quod effantur, qui in h. f. sint' LSp. *distinxi post* dicuntur, *ceteri post* auguribus; *nisi forte sic duce* f: dicuntur ab auguribus. augures effantur. — 8 quae] quod Laetus. — 9 sunt] p, vulg. *ex* B, sint ceteri. — finem *fort. del.* — quod est] est quod Laetus. — 10 quid in sacrificio] quod in sacrario M, quod in sacrario pollutum Laetus. quod in sacrario nondum est B. — ad Herculi quae] *scripsi,* ad quae herculi F G H a f p *et nisi quod* atque M V, atque inde Laetus. 'quid in sacrificio *fort. del. ut ex inferioribus repetita, nisi scripseris* quod in sacrificio, quae Herculi decuma appellata, ab eo est' LSp. — 11 dicuma a f, dicam H, dicunt a dicuma G, dicunt V p. — appellata] data Laetus. — 12 fanatur M, Laetus, profanat b, *om.* a. — id] '*fort.* idem' LSp. — polluctum *et hic et infra amicus Augustini.* — 13 poriciendo G f, proiiciendo H. apporigendo a. — 14 porrecta vulg. *ex* B. — in] iam M, Laetus. — ara B, Laetus. — cum] quom H f. — 15 profanatum] Turnebus, profanum libri. est et tum profanatum Scioppius. — 16 ibi olim] *scripsi cum Vertranio, sed* fano *delevi:* ubi olim fano libri, ibi olim in fano Vertranius. ubi *om.* Ursinu

etiam fit quod praetor urbanus quotannis facit, quom Herculi § 55 immolat publice iuvencam. Ab eodem verbo Fari Fabulae ut tragoediae et comoediae dictae. Hinc Fassi ac Confessi, qui fati id quod ab iis quaesitum. Hinc Professi; hinc Fama et Famosi. Ab eodem Falli, sed et Falsum et Fallacia, quae (p. 232 Sp.[1]) propterea, quod fando quem decipit ac contra quam dixit facit. Itaque si quis re fallit, in hoc non proprio nomine fallacia, sed tralaticio, ut a pede nostro pes lecti ac betae. Hinc etiam Famigerabile et sic compositicia alia item ut declinata multa, in quo et Fatuus et Fatuae.

§ 56 Loqui ab loco dictum, quod qui primo dicitur iam fari (p. 233 Sp.[1]) vocabula et reliqua verba dicit ante quam suo quisque loco ea dicere potest. Hunc Chrysippus negat loqui, sed ut loqui; quare ut imago hominis non sit homo, sic in corvis, cornicibus, pueris primitus incipientibus fari verba non esse verba, quod non loquantur. Igitur is Loquitur, qui suo loco quodque verbum sciens ponit, et istum Prolocutum, quom in animo § 57 quod habuit, extulit loquendo. Hinc dicuntur Eloqui ac Reloqui in fanis Sabinis e cella Dei qui eloquuntur. Hinc dictus

---

ad Fest. p. 35, 25, Müller. '*fort.* ubi id, olim in fano' LSp. — profanatum] LSp, profanum libri. — 1 etiam] '*fort.* etiam nunc' LSp, etiamnum id quod Bücheler ind. lect. Bonn. aest. 1876 p. 12. — praetor] vulg. *ex* B, .P. R. libri (po′. Ro′ G), populus romanus Laetus. — urbanus] vulg. *ex* B, urƀ f, urbe H, urbem a, urbs M, urbis ceteri. — '*fort.* quotquot annis' LSp. — 2 *spuria vid. et* fari *et* ut tragoediae et comoediae. — 4 iis] H, hiis f, his ceteri. — 5 sed et] sic et Reiter p. 117. — 7 facit] fac ut H, faciat MB, Laetus. — nomine *om.* Vp. — 8 tralatio libri (translatio M, Laetus), translatione vulg. *ex* B. *corr.* Scioppius. — 9 famigerabile] *sic aperte* MVp, famiger habile GHabf, famiger, fabile Laetus (*tacet Vict.*), famiger, affabile vulg. *ex* B. — compositia GfB, Laetus, compositiua Vb, composita vulg. — '*fort.* et declinata *vel* ut multa declinata' LSp. — 10 fatuae] GfB, fatue ceteri, fatua *vel* faunus Augustinus. — 12 uocabula] H, ·|· vocabula F *apud Victor. ut vid.*, a uocabula GMVafp, et vocabula Laetus. — quidque Augustinus, quodque *infra.* '*fort.* quoque *vel* quique, *vid.* Lachm. ad Lucret. II, 371' LSp. — 13 crisippus plerique. — 16 loquebantur libri, *corr.* vulg. — 17 istud Müller. — prolocutum dicimus vulg. *ex* B. iste proloquitur Laetus. — 18 eloqui] vulg. *ex* B, eloquium libri. — reloqui] vulg. *ex* B, reliqui libri. *cf.* Lachm. ad Lucr. p. 306. 'ac reliqui *fort. del.*' LSp. — 19 qui deloquuntur abfp, quid elloquuntur GV, qui eloquuntur ceteri (*tac.*

Loquax qui nimium loqueretur; hinc Eloquens qui copiose (p. 234 Sp.[1]) loquitur; hinc Colloquium quom veniunt in unum locum loquendi causa. Hinc Adlocutum mulieres ire aiunt, cum eunt ad aliquam locutum consulandi causa; hinc quidam Loquelam dixerunt verbum quod in loquendo efferimus. Concinne loqui dictum a concino, ubi inter se conveniunt partes ita *ut* concinant aliud alii. Pronuntiare dictum enuntiare; pro idem § 58 valet quod ante, ut in hoc Proludit. Ideo actores pronuntiare (p. 235 Sp.[1]) dicuntur, quod in proscenio enuntiant poeta cogitante, quod maxume tum [id] dicitur proprie, novam fabulam cum agunt. Nuntius enim est a *no*vis rebus nominatus, quod a verbo graeco potest declinatum; ab eo itaque Neapolis illorum Novapolis ab antiquis vocitata nostris. A quo etiam extremum § 59 Novissimum quoque dici coeptum volgo, quod mea memoria (p. 236 Sp.[1]) ut Aelius sic senes aliquot nimium novum verbum quod esset vitabant; quoius origo, ut a vetere vetustius ac veterrimum, sic ab novo declinatum [*novius et*] novissimum, quod extremum.

Vict.), quei loquuntur LSp *cum* Lachmanno. *fort.* eloqui ac deloqui.. qui deloquuntur. — 1 loquitur Laetus. — 2 conloquium f, elloquium H. — veniunt] conveniunt M, Laetus. — 3 quom Ha. — 4 consolandi G, consulendi MVab. — 6 concino] *vel* concinendo *conicias,* concinne libri, concinno Augustinus, concinere Scaliger. — ut] *scripsi duce* LSp (*vid. inf.*), inter se libri, ut inter se Müller. — concinant] LSp, condeant FGHfp, cūdeant M, condiant a, coeant b. partes et inter se cudant Laetus, B, partes et inter se respondent Aldus, *item* vulg. *quae in marg.* cudunt. '*facile praeter* coeant, *quod in* b, *conicias* ita ut cohaereat *vel* concinat, *sed quaerendum nonne verba* inter se conveniunt *emendandi causa e margine illata sint*' LSp, *unde* concinant *assumpsi.* — 7 enuntiare] Turnebus, et nuntiare libri. — 9 enuntiant] pronuntiant GHMb Laetus. — 10 tum] autem Vp. — id] *om.* Laetus. '*fort.* maxime, et tum id' LSp. — 11 a novis] Turnebus (ab novis), a quis libri. — 12 potest] νεὸς B, *unde* νεὸς *post* verbo *addit* vulg. — eo itaque] eo quidem M, Scioppius, ea quidem graeca voce Laetus. declinatum *νέος;* itaque Reiter p. 98. — 13 nostris vocitata Laetus. — etiam nunc G. — 14 dici] dico FMaf, dictum H. — ceptum plerique. — 15 Elius gallus Laetus, eius Vp, ellius M. — aliquod GMp. alii quod Gellius X, 21, *qui alterum* quod *om.* — Aelius Sisenna, alii quod Scriverius ap. Heusd. de Aelio p. 68. — 16 vetustius] uetustas GH, uetustum B, uetustus ceteri. — ueterrimus libri, *corr.* Bentinus *ex Gellio.* — 17 novius et] *add.* Gellius X, 21: Propterea quid M. quoque Varro de ista voce existimaverit, verbis ipsius

(p. 237 Sp.[1]) Sic ab eadem origine Novitas et Novicius et Novalis in agro et Sub Novis dicta pars in foro aedificiorum, quod vocabulum ei pervetustum ut Novae Viae, quae via iam diu vetus.

§ 60 Ab eo quoque potest dictum Nominare, quod res novae in usum quom modo additae erant, quibus eas novissent, nomina ponebant. Ab eo Nuncupare quod tunc [*pro*] civitate vota nova suscipiuntur. Nuncupare nominare valere apparet in legibus, ubi NUNCUPATAE PECUNIAE sunt scriptae; item in choro in quo est:

Aenea! quis [*is*] est qui meum nomen nuncupat?

Item in Medo:

(p. 238 Sp.[1]) Quis tu es, mulier, quae me insueto nuncupasti nomine?

§ 61 Dico originem habet graecam, quod Graeci *δειχνύω*. Hinc Ennius:

Dico qui . . .

Hinc dicare, hinc Iudicare, quod tunc ius dicatur; hinc Iudex

---

Varronis ex libro de lingua latina ad Ciceronem sexto demonstrandum putavi. Quod extremum, inquit, dicebatur, dici novissimum coeptum vulgo, quod mea memoria ut Aelius sic senes alii, quod nimium novum verbum esset, vitabant; cuius origo ut a vetere vetustius ac veterrimum sic a novo declinatum novius et novissimum. '*Varro simpliciter scripsisse videtur* ut a vetere veterrimum sic ab novo declinatum novissimum' LSp. — 1 nouitius libri. — in agro *om.* vulg. *ex* B. '*fort.* ager' LSp. — 2 sub] subinde B. — 3 ei] eius Laetus. — pervetustum] Laetus, B, peruetustus a, peruetustas ceteri. '*fort.* quod vocabulum, (ei pervetus aetas,) ut novae' LSp. — 5 quom modo] *scripsi*, quomodo libri. quom datae Scioppius, '*fort.* quom editae' LSp. — quibus] qui Scioppius. — ea libri, *corr.* Vertranius. — 6 '*fort.* imponebant' LSp. — nuncupare et nuncupatae res quod vulg. *ex* B. — pro civitate] LSp, civitati idem *olim,* ciuitate libri. — 8 in choro] Ennius in Rheso Christ *deletis* hinc Ennius dico qui § 61. — 10 quis] enim *addit* H, is Grotius. *conf.* Ribb. tr. fr.[2] inc. inc. 1. — 11 Medo] Aldus (LSp), Medea vulg. *ex* B, medio libri. *conf.* Ribb. Pac. v. 239. *vid. ad.* VII § 34. — 14 dico] '*fort.* dicere' LSp. deico *opinor vel* deicere. — *δειχνύω*] *vel δειχνύειν* LSp, *etiam* Müller: '*fortasse δειχνύειν.*' NIδIKE F, NιδιKE M, *lacuna in ceteris. διχάζω* Rholandellus, *διχω* B. — 16 dico qui . . hinc dicare] Müller, dico qui hunc dicare libri. '*interciderunt poetae verba*' LSp. *scriptum fuisse conicias*: Hinc Ennius: Deic (*vel* deice) qui deicare. Hinc dicare. — 17 *post* dicare *addunt* Laetus cupit, B potest. — dicatur] '*fort.* dicitur' *olim adscripserat* LSp. *conf. ad* p. 83, 12.

quod iu[*s de*]dicat accepta potestate, id est quibusdam verbis dicendo finit; sic enim aedis sacra a magistratu pontifice praeeunte dicendo dedicatur. Hinc [ab dicando] Indicium; hinc illa [indictivum] Indixit funus, Prodixit diem, Addixit iudi- (p. 239 Sp.¹ cium; hinc appellatum Dictum in mimo ac Dictiosus; hinc in manipulis castrensibus ducibus; hinc Dictata in ludo; hinc Dictator magister populi, quod is a consule debet dici; hinc antiqua illa Dici numo et Dicis causa et Addictus. Si dico § 62 quid [*sciens ne*]scienti quod ei quod ignoravit trado, hinc Doceo declinatum, vel quod cum docemus, dicimus, vel quod qui docentur, inducuntur in id quod docentur. Ab eo quod scit ducere qui est Dux aut Ductor, [*Doctor*] qui ita inducit (p. 240 Sp.¹ ut doceat. Ab docendo [docere disciplina] discere litteris commutatis paucis. Ab eodem principio Documenta, quae

---

F fol. 9 sic enim . . . olim ornamento.

---

1 iudicat libri, ius dicat vulg. *ex* B. '*fort.* ius' LSp. ius dedicat *scripsi et propter posteriorem syllabam voc.* iudex *et propter haec sequentia* sic enim . . dedicatur. — litem definit Franc. Daniel. — 2 sic enim] *ab his incipit folium nonum cod.* F. — '*fort.* sic etiam, *nisi gravius latet ulcus*' LSp. — p̄ unce FM, praeunte af, Laetus. — 3 ab dicando] '*fort.* ab dicendo, *nisi potius delenda sunt*' LSp. — 4 indictivum] *scripsi et del. ut ex* V, 160 *illatum* (*ubi est* ex aedib. efferri indictivo funere praeco dicit), indicit illum libri. indicit bellum Turnebus, ind. duellum Müller. — prodixit] praedixit G. — 5 mimo] Aldus, minimo libri. — 6 ducibus] dicta ducibus vulg. *ex* B. *fort.* castrensia dicta. — 8 dicinumo F *autore Victorio, quod etiam* dici mimo *legi posse monet Keil, idque* H M, dici minimo G a, dicunt mō V, dicunt mo p. dicimonium Müller. *fort.* dicis ergo. — 9 sciens nescienti] LSp, scienti libri, nescienti Scaliger, inscienti Müller. — quod ei quod] Sciopplus, quod det quod libri. '*fort. prius* quod *del.*' LSp. — hunc doceo Scaliger. — 10 docemus ut dicimus F, *corr.* Laetus. — 11 inducuntur] LSp, Rein Observ. crit. p. 2, inducantur libri. — quod scit] qui scit Müller. q. V. C. ab eo dux aut ductor Sciopp. *marg.* quod qui scit ducere, est LSp *olim adscripserat.* — 12 ducere] M, Laetus, ducare F. — doctor] *addidi duce* LSp, *qui* '*fort.* dux, ut ductor, doctor, quod ita.' *conf.* Madvig Adv. II p. 170. ab eo qui scit docere est dux aut ductor qui Rein p. 3. — 13 ab docendo docere disciplina discere libri. ab docere disciplina et discere vulg. *ex* B, ab docendo discere disciplina Müller, '*fort.* ab docere discere (*om.* docendo *et* discipl.)' LSp. *mihi aut* ab docendo discere *aut* ab docendo disciplina *scrib. vid.*

§ 63 exempla docendi causa dicuntur. Disputatio et Computatio e praepositione putandi, quod valet purum facere; ideo antiqui purum Putum appellarunt. Ideo Putator, quod arbores puras facit. Ideo ratio putari dicitur, in qua summa fit pura. Sic is sermo in quo pure disponuntur verba, ne sit confusus
§ 64 atque ut diluceat, dicitur Disputare. Quod dicimus Disserit
(p. 241 Sp.[1]) item translaticio aeque ex agris verbo; nam ut olitor disserit in areas sui cuiusque generis res, sic in oratione qui facit, Disertus. Sermo, opinor, est a serie, unde Serta; etiam in vestimento Sartum quod comprehensum; sermo enim non potest in uno homine esse solo, sed ubi oratio cum altero coniuncta; sic Conserere manu dicimur cum hoste; sic ex iure manu consertum vocare. Hinc Adserere manu in libertatem cum prendimus; sic augures dicunt Si mihi auctor es
§ 65 verbenam manu asserere, dicito consortes; hinc
(p. 242 Sp.[1]) etiam, a quo ipsi Consortes, Sors; hinc etiam Sortes, quod in his iuncta tempora cum hominibus ac rebus; ab his Sortilegi; ab hoc pecunia quae in faenore, Sors est, impendium quod inter se iungit. Legere dictum quod leguntur ab oculis
(p. 243 Sp.[1]) litterae; ideo etiam Legati, quod publice [*ut*] mittantur legun-

---

1 '*fort.* disputo et computo *vel* disputare et computare' LSp. — 2 e praepositione] *scripsi duce* LSp *qui olim* '*fort.* e propositione.' et praepositione G H a b, et propositione ceteri. '*fort.* ex impositione LSp *postea.* cum praepositione a putando Laetus. — 6 '*fort.* disputatio' LSp. — '*fort.* disserere item' LSp. — 7 traslatio *corr. ex* translatio F (Groth), translatitio vulg. — atque F, *corr.* vulg. *cf.* § 80. — 9 disertus] '*fort.* disserit, hinc disertus' LSp. — 11 ratio F, *corr.* vulg. — 12 manu] F, manum alii. — '*fort.* dicimus' LSp. — 13 manu] manum Scioppius. *conf.* Gell. XX 10. — manu in] p, vulg., manum in ceteri. — 14 quom prendimus H a, comprendimus V p, comprehendimus G b. — auctorem uerbi V p. — es] vulg., est F. — 15 verbenam] uerbi nam F, nam G, *corr.* Bergk Philol. XIV, 186, Beiträge p. 23. — manum F, *om.* G, *corr.* vulg. — dicito] *scripsi,* dicit libri. dicit. hic deest. consortes B. dicit. Desunt quaedam. Hinc vulg., *lacunam ante* dicit *indicavit* Bergk, *prob.* LSp. — 16 a quo] LSp, ad qui libri, *nisi quod* ad quod M, Laetus, *om.* B. ad quos eadem sors vulg. — 18 sors est] '*fort.* est, sors' LSp. — 19 quod] quia p. — iungit] LSp *adscripserat, item* Groth, iungat *recentiore m. corr. ex* iunga F (Groth), iungat ceteri. — 20 quod ut publice Aldus. — ut] *ante* mittantur *inserit* Groth. '*fort del.* mittantur *ut supra* V § 87:

tur. Item ab legendo Leguli qui oleam aut qui uvas legunt; hinc Legumina in frugibus variis; etiam Leges quae lectae et ad populum latae quas observet. Hinc Legitima et Collegae qui una lecti, et qui in eorum locum suppositi, Sublecti; additi Allecti, et Collecta quae ex pluribus locis in unum lecta. Ab legendo Ligna quoque, quod ea caduca legebantur in agro quibus in focum uterentur. Indidem ab legendo Legio et Diligens et Dilectus.

§ 67 Murmurari [dictum] a similitudine sonitus dictus qui ita leniter loquitur, ut magis e sono id facere quam, ut intellegatur, videatur. Hinc etiam poetae Murmurantia litora. Similiter Fremere, Gemere, Clamare, Crepare ab similitudine (p. 244 Sp.[1]) vocis sonitus dicta. Hinc illa Arma Sonant, Fremor oritur; hinc:

nil me increpitando commoves.

§ 68 Vicina horum Quiritare, Iubilare. Quiritare dicitur is qui Quiritum fidem clamans inplorat. Quirites a Curensibus; ab his cum Tatio rege in societatem venerunt civitatis. Ut Quiritare urbanorum, sic Iubilare rusticorum; itaque hos imitans Aprissius ait:

Io bucco! Quis me iubilat? Vicinus tuus (p. 245 Sp.[1])
antiquus.

---

legati qui lecti publice' LSp. quod qui publ. m. leg. idem *olim.* — 1 aut qui . . . non spondet (§ 72) *om.* H *nullo lacunae signo addito.* — 2 frugibus *corr. ex* frumentis *ut vid.* F (Groth). — 7 ab legendo] *fort. del.* — 9 murmurari] *scripsi, idem* LSp *olim coniecisse inveni;* murmuratur libri, murmur Scioppius, murmurator Hauthal ad Persium p. 270. — dictum] *omisi cum* p. '*fort.* dictum *del. aut transponendum* dilectus dictum. Murmurarier a sim.' LSp. — dictus (*post* sonitus) *om.* Scioppius. — 10 leniter] Hauthal, leuiter libri. — sono] sonio F^1 (Keil), soneo F^1 (Groth), sono *erasa paenult. littera* F^2, somõ M. — 12 vocis similitudine et sonitus Laetus. sonitus *om. ut vid.* a. — 13 *si versus hexametri initium fuit, scrib.* Arma sonant, fremor ortus *vel cum Christio* oritur fremor. — 15 nichil F, nihil ceteri. — 17 Quiritium Laetus. — ab his] et ab his qui vulg. *ex* B. '*fort.* a Curibus, ab his enim cum' LSp. *conf.* V § 51. — 18 ciuitates F, *corr.* Scioppius. et donati civitate vulg. *ex* B. — 20 Aprissius] chrisippus V, crisippus p. — 21 tuus] atus V p, auus a, Scioppius. — io! ‖ Búcco quis me iúbilat? Vicínus antiquús tuus Luc. Müller Annal. phil. 97 p. 427. *septenarium iamb.* Ribbeck com. fr.^{2} p. 273. *maxime placeat senarius:* Io búcco! Quis me iúbilat?

Sic Triumphare appellatum, quod cum imperatore milites redeuntes clamitant per urbem in Capitolium eunti Io triumphe! id a θριάμβῳ, a graeco Liberi cognomento potest dictum.
§ 69 Spondere est dicere Spondeo a sponte; nam id valet [et] a voluntate. Itaque Lucilius scribit de Cretea:

(p. 246 Sp.[1]) cum ad se cubitum venerit,
[sua voluntate] Sponte ipsam suapte adductam, ut
tunicam [et cetera] reiceret.

Eandem voluntatem Terentius significat cum ait satius esse

Sua sponte recte facere quam alieno metu.

Ab eadem sponte, a qua dictum spondere, declinatum Spondit et Respondet et Desponsor et Sponsa, item sic alia. [spondet enim] Qui dicit a sua sponte Spondeo, [spondit] est Sponsor;
§ 70 qui idem faciat obligatur sponsu, Consponsus. Hoc Naevius
(p. 247 Sp.[1]) significat cum ait Consponsi. Spondebatur pecunia aut filia

---

Vicínus antiquús tuus, *quamquam ne hae quidem senariorum partes improbandae olim ab* LSp *excusae, si quidem hoc ad exemplum ludas:* [Atque éccum adest.] io, búcco! Quis me iúbilat? || Vicínus tuus antíquus.. — 1 quom a. — 2 io] o F. eunt io p, *corr.* Laetus. — 3 id a] *om.* Gab. — triambo FMVp, *om.* Gab, *corr.* Aldus. — a (*ante* graeco) *om.* GHab, Laetus, ac FM. '*fort.* id a graeco, θριάμβῳ, Liberi' LSp; *nisi forte del.* a θριάμβῳ. — 4 et a] et *om.* Laetus *cum* B, et a *om.* Scioppius. — 5 itaque] ideo MB, Laetus. *conf.* Varges Mus. Rhen. III p. 53—57, Lachmann ibid. VI, 117, LSp Über d. Krit. p. 27 f. — Lucius G[1]MB, Laetus. *aliud opinor nomen latet, fort.* Licinius (*cf.* Ribb. c. fr.[2] p. 35). — gretea libri (grętea G), cretea editi. — 6 secubitum Fp. — 7 sua voluntate *del.* Scaliger. — 8 et cetera] *delevi, ut sint senarii,* et ceterae FVabp. *de numeris alia* Lachm. LSp l. c. p. 29. — 9 Terentius] Adelph. I, 1, 50. — 11 declinatum respondet et despondit et sponsor Lachmann. '*fort.* declinatum despondere et respondere et sponsor *vel simplicius* declinatum despondere et desponsor, item' LSp. *mihi scrib. vid.* declinatum conspondet et respondet et desponsor et desponsa. — 12 spondet enim . . sponte spondeo *delet* Wilmanns p. 42. *ego* spondet enim *et infra* spondit *seclusi.* — 13 spondit] qui spopondit *vel* et si spopondit LSp. *cf.* Aug. Müller p. 59. — 14 qui idem] *scripsi,* qui item ut LSp (*conf.* Reiter p. 14), qui idem ut vulg. *ex* B, quidem libri (quid est Vp), qui dum Scioppius, quo idem Lachm. *de coniunctivo sine* ut *conf.* p. 103, 16 facito videant, R. R. 13, 7 habeant dant operam *al. cf.* Reiter p. 40—45. — sponsu] LSp, sponsus libri, hinc sponsus Laetus. *conf.* Bachofen Das Nexum p. 99. — consponsus] est sponsus Vp. — neuius F. — 15 consponsi] consponsis

nuptiarum causa; appellabatur et pecunia et quae desponsa erat, Sponsa; quae pecunia inter se contra sponsu rogata erat, dicta Sponsio; cui desponsa [*a*] quo erat, Sponsus; quo die sponsum erat, Sponsalis. Qui spoponderat filiam, Despondisse dicebant, quod de sponte eius, id est de voluntate exierat; non enim si volebat, dabat, quod sponsu erat alligatus; nam ut in comoediis vides dici: § 71

Sponden tuam gnatam filio uxorem meo?

quod tum et praetorium ius ad legem et censorium iudicium (p. 248 Sp.[1]) ad aequum existimabatur. Sic despondisse animum quoque dicitur, ut despondisse filiam, quod suae spontis statuerat finem. A qua sponte dicere *re*spondere quoque dixerunt, § 72 cum ad spontem responderent, id est ad voluntatem rogatoris. Itaque qui ad id quod rogatur non dicit, non respondet, ut non spondet ille statim qui dixit Spondeo, si iocandi causa dixit, neque agi potest cum eo ex sponsu. itaque is qui dicit in tragoedia:

Scioppius, cum sponsi Vp. '*fort.* consponsi * * quod spondebatur pecunia ut filia' LSp. Consponsi, *nisi add.* sumus, *aut notabili quodam modo dictum aut ipsius fabulae vid. fuisse titulus.* — 2 quis pecunia Lachmann. — intra G. — sponsu] LSp, sponsum libri. — 3 quoi disponsa G. — a quo] *scripsi*, quo libri *nisi quod* quod G. quae Müller. '*fort. del. aut* filia *scrib.*' LSp. — 4 quo spoponderat F, *corr.* Laetus, quoi desponderat a. — dispondisse F, *corr.* Aldus. — 5 dicebant F Vp, dicebatur ceteri (*omnes puto*). — 6 volebat] nolebat Aldus, nolebat, non Müller. '*fort.* si volebat modo, sed etiam si nolebat' LSp. *conf.* Über d. Krit. p. 31. nam etiamsi nolebat dabat Thilo p. 529. *librorum scriptura si esset mutanda,* sed *scriberem pro* quod. — sponsuerat F, sponsus erat Laetus, B, *corr.* vulg. — '*fort.* obligatus' LSp. — 7 ut *om.* Laetus. '*fort.* et' *olim* LSp *notaverat. verba* nam ut in . . meo *supra post* nuptiarum causa *collocavit* Müller. '*fort. ponenda sunt post* a sua sponte spondeo (p. 98, 13)' LSp. — 8 sponde tuam agnatam F, *corr.* Rholandellus. — 10 existimabatur] '*fort.* exigebatur *vel* exsequebantur' LSp, aestimabatur vulg. — aninum F (Groth). — 11 sponti Ursinus; *conf.* Lachm. ad Lucr. p. 174. — 12 a qua] a quo Müller. — respondere] LSp, Müller, cum spondere libri. *conf.* LSp Über d. Krit. p. 32 sq. *fort. del.* dicere. — dixerunt quom G. — 13 ad spontem] Turnebus, a sponte libri. — sponderent G, responderetur M, Laetus. — id est] *del.* LSp. — rogatoris] LSp, rogationis libri, rogantis Aldus. — 16 itaque is qui] LSp, itaquis qui F, itaque qui Ha, ita quis quis ceteri. — dixit H[1], d'r (*h. e.* dicitur) a.

Meministin te spondere mihi gnatam tuam?

quod sine sponte sua dixit, cum eo non potest agi ex sponsu.

§ 73 Etiam Spes a sponte potest esse declinata, quod tum sperat, (p. 249 Sp.[1]) cum quod volt fieri putat; nam quod non volt si putat, metuit, non sperat. Itaque hi quoque qui dicunt in Astraba Plautina:

Sequere hac, sequere, Polybadisce, meam spem cupio consequi.
Sequor ercle equidem, nam libenter mea sperata consequor,

(p. 250 Sp.[1]) quod sine sponte dicunt, vere neque ille sperat qui dicit
§ 74 adolescens neque illa sperata est. Sponsor et Praes et Vas neque idem, neque res a quibus hi, sed e re simile. Itaque Praes qui a magistratu interrogatus, in publicum ut praestet; a quo et cum respondet, dicit 'Praes.' Vas appellatus qui pro altero vadimonium promittebat. Consuetudo erat, cum reus parum esset idoneus inceptis rebus, ut pro se alium

---

1 meministine F, meministi H. — te despondere F, *corr.* Lachmann; *vel om.* te. — agnatam F, cognatam H, *corr.* Rholand. — 2 agi non potest M, Laetus. '*fort.* agere' LSp. — 3 quod quis tum sperat Ritschl Act. phil. Lips. VI p. 365 sq. — 4 cum quod] Vp, quod cum F. — 5 hi] LSp, hic libri. *cf.* Aug. Müller p. 50. — 6 Plautina] LSp, Ritschl Opusc. III p. 190, *quamquam Varronem in his libris alibi ad titulum operis nusquam per adiectivum scriptoris nomen expressisse recte monuit* Groth; plautine F (Keil), plautin ea *ut vid.* F (Groth), plautinae H, plautie M, Plauti Laetus. *fort. del.* — 7 hac sequere] LSp Über d. Krit. p. 33—36, adseque libri, adsequere vulg., Plauti Ne sequere adsecue Lachmann, *cf.* Mus. Rhen. VI (1839) p. 120, in Lucr. V 679 p. 304, Thilo Annal. philol. 1855 p. 530, Müller praef. Fest. p. XLIV, Ritschl Plaut. Trin. v. 1118. — polyba disce plerique. — 8 cupio difec | consequi F *ita ut* difec *litterae extra versum in marg. scriptae et deletae sint;* (*ceterum* difec Keil, desee *ut vid.* Groth). — 9 ercle] herclem *corr. ex* erclem *vel* ercle *man. ut vid. 2* F, *lacuna in* V, herclem a, hercles M, heredes B, Laetus. — equidem] LSp, quidem libri. — libenter] '*fort.* libens te' LSp. — meam speratam Ritschl. — 11 neque] *om. et in marg. add.* F[1]. — 12 pres F. — 13 idem] ideo F, *corr.* Laetus. — quibus in sedere GHVp (in sedem a). — similes Laetus, simili Scioppius. '*fort.* neque diversa a quibus hi sed e re similes (similei *olim*)' LSp. — 14 pres F (Keil), praes F (Groth). — '*fort.* interrogatur' LSp. — praes siet Palmerius. — 15 quom H. — dicitur vulg. — pres F (Keil), praes F (Groth). — 17 reos *ut vid.* F (Groth), reus F

daret; a quo caveri postea lege coeptum est ab his, qui (p. 251 Sp.[1]) praedia venderent, vadem ne darent; ab eo ascribi coeptum in lege mancipiorum VADEM NE POSCERENT NEC DABITUR.

Canere, Accanit et Succanit ut Canto et Cantatio ex § 75 Camena permutato pro M N. Ab eo quod semel canit, si saepius, cantat. Hinc Cantitat, item alia; nec sine canendo Tibicines dicti; omnium enim horum quoddam Canere; etiam (p. 252 Sp.[1]) Bucinator a vocis similitudine et cantu dictus.

Oro ab ore et Perorat et Exorat et Oratio et Orator et § 76 Osculum dictum. Indidem Omen, Ornamentum; alterum quod ex ore primum elatum est, Osmen dictum; alterum nunc cum propositione dicitur vulgo Ornamentum, quod sicut olim Osnamentum scenici plerique dicunt. Hinc Oscines dicuntur apud augures quae ore faciunt auspicium.

8. Tertium gradum agendi esse dicunt, ubi quid faciant; § 77 in eo propter similitudinem agendi et faciendi et gerendi (p. 253 Sp.[1]) quidam error his qui putant esse unum. Potes enim aliquid

---

F. fol. 10 scenici . . . cannat.

(Keil). — alium] alterum Laetus. — 1 cauari F, caueari V. — ceptum F. — 2 vadem] uadem F *quod fort. etiam* uades *legi posse monet Keil,* uadem G H a, ut dem V p, uades M, Laetus. — scribi Laetus. — cęptum F. — 3 nec poscet Scioppius. — 4 accanit] F, et canit M, Laetus, et accanit Müller. — cantatio] '*fort.* cantito' LSp. — ex camena] ..... eena *priores litteras non potui legere in* F (Groth). — 5 M N] Müller, N M libri. pro N *om.* Scioppius. *licet etiam* in N M. — 6 sepius F. — 7 tibicines * * dicti Müller. '*fuisse videtur* tubicines liticines cornicines tibicines' LSp. — quoddam] *scripsi,* quod a libri, quid a vulg. '*fort. del.*' LSp. — 8 bucinator] *sic* F. — 11 '*fort.* elatum, primum osmen' LSp. osmen *fort. del. vel* omen *scrib.* — 12 propositione] praepositione G V p, R positione Vertranius. *fort.* cum R pro S posito, *unde* cum R pro S Christ. — dicitur *corr. ex* dictum F. — uolgo GH. — osnamentum] Scioppius, ornamentum F. alterum cum propositione dicitur nunc ornamentum quod sicut osnamenta M, alterum cum propositione dicitur nunc ornamentum, olim osnamenta ut scenici populique plerique Laetus, *item sed* praepositione *et* dicitur vulgo nunc B. *conf.* Jordan Symbol. crit. p. 138 sq. — 14 quae] quod Laetus. *fort.* quei. — 15 agend[i]esse F. — faciunt M, Laetus. — 16 faciundi et gerundi GH. — 17 error his] *litterae* orhis *in ras. m. 2* F (Keil), errant F[1] (Groth) *quod fort. restituendum esse dicit Groth;* erroris M, error iis G. — potes] *scripsi,* potest libri. — aliquid] aliquis Scioppius, *prob.* LSp, aliquis quid C. F. W. Müller p. 868.

Facere et non Agere, ut poeta facit fabulam et non agit, contra actor agit et non facit, et sic a poeta fabula fit, non agitur, ab actore agitur, non fit. contra imperator quod dicitur res Gerere, in eo neque facit neque agit, sed gerit, id est sustinet, tralatum ab his qui honera gerunt, quod hi sustinent.

§ 78 Proprio nomine dicitur Facere a facie qui rei quam facit (p. 254 Sp.[1]) imponit faciem. Ut fictor cum dicit Fingo, figuram imponit, quom dicit Formo, formam, sic cum dicit Facio, faciem imponit; a qua facie discernitur, ut dici possit aliud esse vestimentum, aliud vas, sic item quae fiunt apud fabros, pictores, item alios alia. Qui quid administrat cuius opus non extat quod sub sensum veniat, ab agitatu, ut dixi, magis agere quam facere putatur; sed quod his magis promiscue quam diligenter consuetudo est usa, translaticiis utimur verbis; nam et qui dicit, Facere verba dicimus, et qui aliquid agit, non esse Inficientem.

§ 79 . . . qui adlucet dicitur lucere ab luere, (p. 255 Sp.[1]) et luce dissolvuntur tenebrae; ab luce Noctiluca, [lucere item ab luce] quod propter lucem amissam is cultus institutus. Acquirere est ad et quaerere; ipsum Quaerere ab eo quod quae res ut reciperetur, datur opera; a quaerendo Quaestio, ab his Conquaestor.

§ 80 Video a vi; quinque enim sensuum maximus in oculis;

1 fabulam facit GH. '*fort. del.* fabulam' LSp. — 2 auctor F V. — et facit (*om.* non) F a. '*an haec delenda?*' LSp. — 3 quod] qui M, Laetus. '*fort.* quod *ponendum post* gerere' LSp. — 8 formo] LSp, informo libri. — 10 pictores] LSp, fictores libri. — 11 alia] *cf.* Reiter p. 23 adnot. 1. — qui quid] quicquid F, *corr.* vulg. — amministrat F. — 12 sub *om.* p. — sensu F, *corr.* Aldus. — dixi] § 41 sq. — 14 verbis] *corr. ut vid. per compend. ex* uera F (Keil). — 15 qui dicit] quidem M, Laetus. — agit non] neget Scaliger. — 16 *post* inficientem *lacunam indicavit* Müller *sic:* inficientem * * * qui adlucet. Dicitur. — *totus locus* qui adlucet . . ab his conquaestor *ab initio male corruptus non est aptus huic quaestioni. de* Noctiluca *conf.* V § 68, *de* quaestoribus V § 81. — abluere F. '*fort.* ab luce' LSp. *cf.* Stünkel p. 14. — 17 et] *fort.* quod. — *fort.* noctis noctiluca. — lucere] lugere Popma. lucere item ab luce *delet* LSp. — 18 amissam *om.* MB. — 19 ad] ab ad Laetus. — querere *bis* F. — 20 reciperaretur B, recuperaretur vulg. — querendo questio F. '*fort.* quaerendo quaesitor quaestor quaestio' LSp. *sufficit opinor* quaerendo quaestor quaestio. — 21 conquestor F. *conf.* Reiter p. 80 sq. — 22 vi] Pauwius, uisu libri. '*fort.* A visu video, id a vi,

nam cum sensus nullus quod abest mille passus sentire (p. 256 Sp.[1]) possit, oculorum [sensus] vis usque pervenit ad stellas. Hinc:

visenda vigilant [vigilium] invident

et Atti:

cum illud oblivio lavet qui incidit in videndum.

a quo etiam Violavit virginem pro vitiavit dicebant; aeque (p. 257 Sp.[1]) eadem modestia potius cum muliere fuisse quam concubuisse dicebant.

Cerno idem valet; itaque pro video ait Ennius: § 81

Lumen iubare in caelo cerno?

Canius:

Sensumque inesse et motum in membris cerno.

Dictum cerno a cereo, id est a creando; dictum ab eo quod cum quid creatum est, tunc denique videtur. Hinc fines capilli discripti, quod finis videtur, Discrimen; et qui id in (p. 258 Sp.[1]) testamento, id est: facito videant te esse heredem. Itaque

---

nisi potius infra oculorum sensus, visus, usque *scribendum'* LSp. — quinque] qui que F. — in] est in Laetus. — 1 quom H. — 2 vis usque] visusque *edit. vet.* Aldus. *fort. del. aut* sensus *aut* vis. — 3 uisenda *aut* uisunda *ut vid.* F (Groth). — vigilium] uitilium F (Groth). *omisi, nisi aliud latet velut* Viséndа vigilant ét videndis ínvident. *verba* visenda . . invident *quae antea Varroni tribuebantur poetae esse volui.* — 4 et atti | cum F, *ut a tribus postremis litteris novus versus incipiat,* aetati cum G, aetati quom H a, et acticum M b p, et Actiacum vulg. *ex* B. et Atticum Laetus, et anticum Victorius, et Attianum Nunnesius ad Phrynichum p. 70. *conf.* Lachmann Mus. Rhen. III, 611, Ribb. tr. fr.[2] p. 226 *et* Addend. in Com. fr. p. CXXIX, Luc. Müller Lucil. p. 320. — 5 illud obliuio lauet] libri *nisi quod* obliuioni lauet M, obuiolauit B. — qui] quod M B, Laetus. — Inuidendum F. '*fort.* in invidendum' LSp. illud oculis violavit, qui vidit invidendum Müller. *ad hoc exemplum scriptum fuisse opinor*: nám illi livent qui íncidit 'In videndum. — 6 uitauit F p, uitabit H. — 9 ait] ut ait M, Laetus. — 10 iubare] *scripsi,* iubarne libri, iubarve vulg. *ex* B. *conf.* VI § 6, VII § 76. — 11 Canius ait Laetus, C. Anius ait B *et omisso* ait vulg. — 12 cerno *in rasura* F. '*an* cernimus?' LSp. — 13 *suspiceris:* id est a creando; a creando dictum. — 14 fines] crinis Krahner Annal. philol. XII, 437. — 15 discripti] *scripsi,* descripti libri. discreti Augustinus, *pro quo licebat etiam* dispexi. — qui in G H, quid in M, quid id in p. — et quod in testamento cernito Turnebus. — 16 facito] *conf.* Reiter p. 45. *fort.* is facit *pro* id est facito.

in cretione adhibere iubent testes. Ab eodem est quod ait Medea:

ter sub armis malim vitam cernere
Quam semel modo parere.

quod, ut decernunt de vita, eo tempore multarum videtur vitae finis.

§ 82 Spectare dictum ab antiquo quo etiam Ennius usus:

Quos Epulo postquam spexit.

(p. 259 Sp.[1]) et quod in auspiciis distributum est qui habent Spectionem, qui non habeant; et quod in auguriis etiam nunc augures dicunt avem Specere. Consuetudo communis quae cum praeverbis coniuncta fuerunt etiam nunc servat ut Aspecio, Conspecio, Respecio, Suspecio, Despecio, sic alia; in quo etiam Expecto quod spectare volo. Hinc Specula; hinc Speculum, quod in eo specimus imaginem. Specula de quo prospicimus. Speculator quem mittimus ante, ut respiciat quae volumus. Hinc qui oculos inunguimus, quibus specimus, Specillum.

---

1 creatione GHV, creptione a. — 3 ter] er *in ras. m. 2* F. — vitam] multa F, *corr.* Bentinus *ex* Nonio 261, 18 *et* 6; Ribb. tr. fr. Enn. v. 222. *fort.* vita. — 5 multarum] LSp, multorum libri. idem: '*fort.* quod decernunt .. ut multarum videatur'. *ego idem assecutus esse mihi videor mutata interpunctione quae ponebatur post* tempore. — videtur] videatur M, Laetus. — 7 antiquo] specio antiquo vulg. — 8 quos] Festus p. 330 M., uos Varronis libri. *conf.* Vahlen Enn. p. 61. — Epulo] *Istriorum regem esse vidit* Bergk Annal. phil. 83 p. 321. Luc. Müller Enn. p. 179. *cf.* Liv. 41, 11. — 9 in auspicibus Scioppius. — qui habeant vulg. C. F. W. Müller p. 869. *cf.* Stünkel p. 4 adn. — 10 qui] quod M, Laetus. — non habent V p, non habebant GH. *conf.* Madvig ad Cic. de fin. p. 247 ed. 2. — augures dicunt .. etiam nunc *om.* M, Laetus. — 11 comunis F. consuetudo tamen in iis quae .. coniuncta sunt, E non servat Scioppius. '*contrarium potius vult Varro* .. communis in iis quae .. coniuncta sunt, E etiam nunc .. aspecio .. suspecio [id est spicio], sic alia' LSp. — praeuerbis] *sic* FVp. — 12 coniunta F (Groth). — fuerunt] sunt vulg. *ex* B. — aspicio conspicio respicio suspicio libri. *vid. supra.* — 13 despecio] despicio M, Laetus, did estspicio *prima litt.* d *deleta* F, id est spicio V a b p, inspicio H, despicio id est spicio G, *delet* LSp *quod sit contra litterarum ordinem.* — 14 specula] *fort.* speculor. — 15 spicimus M. — de qua G vulg. — 16 res speciat quas (*vel* qua) Madvig Adv. II, 170. *conf.* Rein Observ. crit. p. 2. *fort.* ut praespiciat. — 17 qui] quo Laetus. —¦ spicimus M b.

Ab auribus verba videntur dicta Audio et Ausculto; § 83
aures ab aveo quod his avemus discere semper, quod Ennius (p. 260 Sp.[1])
videtur ἔτυμον ostendere velle in Alexandro cum ait:

Iam dudum abludit animus atque aures avent
Avide exspectantes nuntium.

Propter hanc aurium aviditatem theatra replentur. Ab audiendo etiam Auscultare declinatum, quod hi auscultare dicuntur qui auditis parent, a quo dictum poetae:

Audio, haut ausculto.

Littera commutata dicitur Odor Olor, hinc Olet et Odorari et (p. 261 Sp.[1])
Odoratus et Odora res, sic [*alia*] ab ore. Edo, Sorbeo, Bibo, § 84
Poto. Edo a graeco ἔδω, hinc Esculentum et Esca et Edulia; et quod graece γεύεται, latine Gustat. Sorbere, item Bibere a vocis sono, ut Fervere aquam ab eius rei simili sonitu. Ab eadem lingua, quod πότον, Potio, unde Poculum, Potatio,
Repotia. Indidem Puteus, quod sic graecum antiquum, non (p. 262 Sp.[1])

F fol. 10 b aures auent

---

1 videntur dicta verba Laetus. — 2 aures] *scripsi cum* Müllero *qui* auris; audio libri. — ab aveo] ab aucto F, *corr.* Laetus. '*fort. del.*' LSp. — his] auribus Laetus. — dicere F, *corr.* vulg. — 3 ἔτυμον] *om.* H, *lacun.* Ga. — quom GH. — 4 abludit] Vertranius, Madvig Adv. II p. 171 adn., ab ludis libri. — 5 spectantes Scioppius. — 9 haut] Turnebus, Bergk Prooem. aest. Hal. 1863 p. 3, *om.* a, aut ceteri. *conf.* Pacuv. Ribb. tr. fr. 85: magis audiendum quam auscultandum censeo. — obsculto Fb. — 11 odoratus] LSp, odoratur libri. — sic] sit F[1], *tum correcta postrema littera potius in* o *quam in* c (Keil). *om.* Scioppius. '*fort.* ausculto. A naribus odorari et odor et odoratus et odora res, sic alia. littera commutata dicitur odor olor, hinc olere. Ab ore' LSp. *ego mutata interpunctione* ab ore *cum praecedentibus iunxi.* — alia] *add.* LSp, *om.* libri. alia. Ore. Reiter p. 116 sq. — 12 ἔδω] edon FVp, Εδομ M, ε H, *lacun.* G. *corr.* Aldus. — esca et edulia] *scripsi,* esca edulia LSp, Groth, escae edulia Aldus, escędulia F (Keil), escedulia F (Groth), escedulia *ceteri fere omnes.* — 13 grece F. — γεύεται] geuete Fp, genete V, *om.* H, *lacun.* G. golo Laetus, γεύεσθαι Aldus, γεύω gusto latine B, γεύω latine gusto vulg. — 14 aquam] aeque Scioppius. — 15 ab eadem lingua] ab Aeolia lingua Scioppius. '*ante haec verba intercidisse quaedam videntur velut* nisi potius a graeco πίνειν. Potare ab eadem lingua' LSp. — πότον] Aldus, poton F, '*fort.* πότος' LSp. *conf.* V § 122. — 16 repotatio F, *corr. Italus quidam ap. Augustinum.* — indidem .. dictum *delet* Wilmanns p. 42.

§ 85 ut nunc φρέαρ dictum. A manu Manupretium; Mancipium quod manu capitur; quod coniungit plures manus, Manipulus; Manipularis, Manica. Manubrium quod manu tenetur. Mantelium ubi manus terguntur...

§ 86 9. Nunc primum ponam [*e*] Censoriis Tabulis:
(p. 263 Sp.[1]) UBI NOCTU IN TEMPLUM CENSOR AUSPICAVERIT ATQUE DE CAELO NUNTIUM ERIT, PRAECONI SIC IMPERATO UT VIROS VOCET: QUOD BONUM FORTUNATUM FELIX SALUTAREQUE SIET POPULO ROMANO QUIRITIUM REIQUE PUBLICAE POPULI ROMANI QUIRITIUM MIHIQUE COLLEGAEQUE MEO, FIDEI MAGISTRATUIQUE NOSTRO, OMNES QUIRITES, [*equites*] PEDITES, MAGISTRATOS PRIVATOSQUE, CURATORES OMNIUM TRIBUUM, SI QUIS PRO SE SIVE PRO ALTERO RATIONEM DARI VOLET, VOCA INLICIUM HUC AD ME.

§ 87 PRAECO IN TEMPLO PRIMUM VOCAT, POSTEA DE MOE-
(p. 264 Sp.[1]) RIS ITEM VOCAT. UBI LUCET, CENSOR SCRIBAE MAGISTRA-

---

1 φρέαρ] Aldus, phrear FM, phryear Vp, *lacun.* Gb, *om.* H. *conf.* V § 25. — mantur praetium F, *om.* B, Laetus, *corr.* vulg. — 2 capiatur G. — quod (*post* cap.) GH, *om.* ceteri. — coniungit] cum iungit M, Laetus, B, cum iunctae Scioppius. — 3 manipularis] unde manipularis miles, unde vulg. *ex* B. *delenda videntur* manipularis manica. — manutellium M. mantelium quasi manutelium Laetus. — 4 terguntur] *lacun. indicavit* LSp. *vid. praefat.* — 5 e censoriis] LSp, censoriis libri (censoris H), de censoriis Laetus. '*nisi plura interciderunt velut* quod scriptum est in' LSp. — 6 ubi *om.* p. — templum] '*nonne* templo? *an in del.*?' LSp. templo *etiam* Bergk. — censora F, censura ceteri, *corr.* Aldus. — 7 praeconis F, *corr.* Aldus. — imperato] '*fort.* imperat, *nisi in ceteris quoque forma imperativa vel coniunctiva reddenda est*' LSp. — 8 '*fort* bonum faustum fortunatum' LSp. — felixque Aldus. — que siet] quesierit F, quesierit *vel* quaesierit ceteri, *nisi quod* quaesiuerit H, si et b, *corr.* Laetus. — 9 poplo R. *F.* — popli R. *F.* — 10 Quiritibus b, Brissonius de form. p. 61, Niebuhr I, 439 ed. 2. — fideique a. — 11 oms F. — equites] *add.* Ursinus ad Festum p. 31, 21, Scioppius. — peditesque Ursinus, Scioppius. — 12 magistratos] Ursinus, magistratus Scioppius, armatos libri. — iuratores Madvig Adv. II, 171. *conf.* LSp Philol. Anz. V, 12 p. 585, Herz Annal. phil. 109 p. 255. — 13 sive pro] Scioppius, siue vulg., si uerbo libri. quid pro se, suis, altero Brissonius. — dari *om.* p, dare Gronov. Observ. IV, 3. dari rationem M, Laetus. — 14 uocat F, *corr.* vulg. *ex* B. vocato Bruns Font. iur. Rom. ant.[3] p. 278, *sed conf.* § 88. — inlitium G, *sic semper.* — 15 templum H. — post eadem ęris F (*alii* eris), *corr.* vulg. *ex* B. — 16 idem M, Laetus. — licet F, *corr.* vulg. — '*fort.* censores' LSp. — magistratus] *conf.* Christ Philol. XVI p. 451.

TUS MURRA UNGUENTISQUE UNGUENTUR. UBI PRAETORES TRIBUNIQUE PLEBEI QUIQUE IN CONSILIUM VOCATI SUNT VENERUNT, CENSORES INTER SE SORTIUNTUR, UTER LUSTRUM FACIAT. UBI TEMPLUM FACTUM EST, POST TUM CONVENTIONEM (p. 265 Sp.[1]) HABET QUI LUSTRUM CONDITURUS EST.

In Commentariis Consularibus scriptum sic inveni: § 88
QUI EXERCITUM IMPERATURUS ERIT, ACCENSO DICIT HOC: CALPURNI, VOCA INLICIUM OMNES QUIRITES HUC AD ME. ACCENSUS DICIT SIC: OMNES QUIRITES, INLICIUM VISITE HUC AD IUDICES. C. CALPURNI, COS. DICIT, VOCA AD CONVENTIONEM OMNES QUIRITES HUC AD ME. ACCENSUS DICIT SIC: OMNES QUIRITES, ITE AD CONVENTIONEM HUC AD IUDICES. (p. 266 Sp.[1]) DEIN CONSUL ELOQUITUR AD EXERCITUM: IMPERO QUA CONVENIT AD COMITIA CENTURIATA.

Quare hic accenso, illic praeconi dicit, haec est causa; in § 89
aliquot rebus item ut praeco accensus acciebat, a quo Accensus quoque dictus. Accensum solitum ciere Boeotia ostendit, quam comoediam A*qui*lii esse dicunt, hoc versu:

Ubi primum accensus clamarat meridiem. (p. 267 Sp.[1])

Hoc idem Cosconius in actionibus scribit praetorem accensum solitum [tum] esse iubere, ubi ei videbatur horam esse

---

1 unguntur vulg., unguetur B, Laetus. — 2 in consilium] inlicium Scioppius. — 3 sortiuntur *corr. ex* sortitiuntur F. '*fort.* sortiunt' LSp. Nonius p. 471: 'sortirent pro sortirentur. Varro rerum humanar. lib. XX: cum venerint (*alii* convenerunt) censores inter se sortiant.' — 4 ubi templum factum est *om.* Scioppius. '*fort.* templum *del.*' LSp. — tum] an̄ p, autem MV, Laetus, cum b. — 5 habeat H, *om.* a. — 7 '*fort.* exercitui' LSp. — 8 calphurnii G. '*fort.* C. Calpurni, *nisi infra potius* C. *del.*' LSp. — om̄s F. — 9 om̄s F. — visite] ite Scioppius. *an* vos ite? '*fort.* ite inlicium' LSp. — 10 calpurnicos F, calphurnicos G, carburnicos H[1], *distinxit* Scioppius. — 11 om̄s F. — accensus . . quirites *om.* G. — 12 om̄s F. — 13 dein consul imperat exercitui qui convenit Scioppius. — 15 hinc F, *corr.* Aldus. — ille Turnebus. — dicitur V. '*fort.* dicunt' LSp. *conf.* Reiter p. 38 adnot. — 16 idem F, *corr.* Bentinus. — accipiebat F, *corr.* Laetus. — 17 ad censum F, *corr.* Laetus. — 18 comę | diam (*ut novus vers. incip. a* diam) F (Keil), commoediam F (Groth). — Aquilii] Turnebus, Gronovius, Ribb. com. fr.[2] p. 33—35, Atilii Popma, alii libri. alii Plauti alii Aquili Riese Philol. XXVII p. 306. *conf.* Ritschl Parerg. p. 11. 80. — 19 clamant M[1], clamarit Laetus. — 20 scribit] suiscribit F (Keil) *ut* sui *litterae postea deletae sint. in ceteris nullum vocabuli* sui *vel* suis *vestigium.* — 21 tum *om.* Victorius, Scioppius. — '*fort.* hora esse tertia, clamare' LSp, *nominativus est iam in* B.

tertiam, inclamare horam tertiam esse, itemque meridiem et horam nonam.

§ 90 Circum moeros mitti solitum quo modo inliceret populum in eum [*locum,*] unde vocare posset ad contionem, non (p. 268 Sp.[1]) solum ad consules et censores, sed etiam quaestores, commentarium indicat vetus anquisitionis M. Sergii, Mani filii, quaestoris, qui capitis accusavit Trogum; in quo sic est:

§ 91 AUSPICIO GRANDE SED IN TEMPLO AUSPICIIS DUM AUT AD PRAETOREM AUT AD CONSULEM MITTAS AUSPICIUM PETI- (p. 269 Sp.[1]) TUM. COMMEATUM PRAETORES VOCET AD TE, ET EUM DE MURIS VOCET PRAECO. ID IMPERARE OPORTET. CORNICINEM AD PRIVATI IANUAM ET IN ARCEM MITTAS, UBI CANAT. COLLEGAM ROGES UT COMITIA EDICAT DE ROSTRIS (p. 270 Sp[1].) ET ARGENTARII TABERNAS OCCLUDANT, PATRES CENSEANT, EXQUERAS ET ADESSE IUBEAS MAGISTRATUS CENSEAT EX-

---

F fol. 11 colligam rogis . . . reprehendendum

---

3 moeros] auras F, *corr.* Ursinus. — solitum] vulg., solitus F. — quomodo libri, quom vulg. '*fort.* solitum quom inlicium vocaret populum' LSp. — inliceret *corr. ex* inuceret F (Groth). — 4 eum] eo a, reum Scioppius. locum *add.* vulg. *ex* § 94. — 5 questores F. — 6 inquisitionis F, *corr.* Augustinus. *conf.* § 92. — '*fort.* M' Sergi' LSp. — filii ·S· G. — 7 questores F (Keil), quaestores F (Groth). — Trogum] B, Vertranius, rogum libri, Rocum Ursinus. — in quo] in aqua F, in qua vulg., *corr.* B. — 8 auspicium a. — orandae G H. orando sede vulg. auspiciorum endo sede, dum Ursinus, auspicio operam des et in templo auspicii dum Bergk. '*fort.* auspicium quom orandum est in templo auspicii, tum aut' LSp. *ego conieci:* auspicio orando sei in templo auspici es, tum. — auspicii vulg. *ex* B. — 10 commeatum] cum eat Scaliger, comitiatum Scioppius, commeet tum Müller. '*fort.* ad comitiatum praeco viros vocet' LSp. comitiatum populum Romanum Quiritium vocet ad te Christ Philol. XVI p. 463 sq. *conf.* LSp XVII p. 301. — praetores] praeco reum Augustinus, praeco viros Scioppius. — et eum] et cum B, et item Scioppius. '*fort.* tum' LSp. — 11 moeris B. — praeconi id vulg. — impetrare p. — portet F, *corr.* Laetus. '*fort.* te oportet' LSp. — cornicen H, cornicem F, *corr.* vulg. *ex* B. — 13 cannat F, *corr.* Aldus. — colligam F, *corr.* Rholandellus. — roges] rogis F, regis Aldus, T. Trogi vulg. *ex* B, *corr.* Müller. — comitiae dicat F G H a, comitis edicat M, comitie dicat V, comitia dicat p, *corr.* Victorius, vulg. — 14 tabenas F. — 15 exquaeras Bergk, Bruns, exquiras Laetus. — patres conscriptos et equites adesse Scioppius. — adesse] ad se a. — censent G H. '*fort.* censeat extra *del.*' LSp. magistratus censores consules Scioppius. —

TRA CONSULES PRAETORES TRIBUNOSQUE PLEBIS COLLEGASQUE TUOS ET IN TEMPLO ADESSE IUBEAS HOMINES AC CUM MITTAS CONTIONEM ADVOCES.

In eodem commentario anquisitionis ad extremum scriptum § 92
caput edicti hoc est:

ITEM QUOD ATTINGAT QUI DE CESSORIBUS CLASSICUM AD (p. 271 Sp.[1])
COMITIA CENTURIATA REDEMPTUM HABENT, UTI CURENT EO DIE QUO DIE COMITIA ERUNT, IN ARCE CLASSICUS CANAT [UM] CIRCUMQUE MUROS ET ANTE PRIVATI HUIUSCE T. QUINTI TROGI SCELEROSI OSTIUM CANAT, ET UT IN CAMPO CUM PRIMO LUCI ADSIET.

Inter id cum circum muros mittitur et cum contio advocatur § 93
interesse tempus apparet ex his quae interea fieri illic item (p. 272 Sp.[1])

---

extra] Fp, extara V, ex ara ceteri. censeant exquiras, consules Müller. — 2 tuos] uos F, *corr.* Scioppius. — homines] omneis Scioppius. — 3 aduoces] G, vulg. *ex* B, auoces F. — *totum locum* Th. Bergk Annal. phil. LXXXIII p. 317 *sic conformat:* Auspicio operam des et in templo auspicii, dum aut ad praetorem aut ad consulem mittas auspicium petitum, comitiatum praeco viros vocet ad te. iterum de moeris vocet praeco: id imperare oportet. cornicinem ad privati ianuam et in arcem [circumque moeros] mittas ubi canat. collegam roges (rogis) ut comitia edicat de rostris et argentarii tabernas occludant. patres consulant exquaeras et adesse iubeas. magistratus consulant exquaeras, consules praetores tribunosque pl. collegasque tuos et in templo adesse iubeas. oscines ad cum mittant, contionem arvoces. *haec adscripsit* LSp: '*ego talia fere exspectavi:* in quo sic est scriptum Aut ad praetorem aut ad consulem mittas auspicium petitum; auspicio orato (dato) praeco viros primum in templo inlicium vocet ad te, tum de muris vocet. praeconi id imperare oportet.' — 4 acquisitionis F, *corr.* vulg. *ex* B. — scriptum] '*fort. post* edicti hoc *ponendum*'. LSp, *nisi del.* caput edicti. — 6 attingat] '*fort.* attinet ad eos' LSp. — decessoribus F G H M V a p, de cessoribus Scioppius, de censoribus vulg., de cornicinibus Göttling Röm. Staatv. p. 275. — 8 eodem die G. — '*fort.* erunt ut' LSp. — classicum Augustinus, cassicum p. — cannatum F, canat tum vulg., tum *delet* Victorius, classicum canatur Madvig Adv. II, 171. *fort.* canat incircumque *coll.* p. 11, 8. — 9 muros] F *ut littera* u *etiam* ei *possit esse* (Keil); muros ceteri *omnes*, moeros vulg. *ex* B. — 10 quinti] Q *G.* — ostium] Scioppius, hostium libri, hosticum vulg. — canat ut Victorius. *conf.* Madvig Adv. II, 171. — 11 quom H. — primum p. — adsiet] adsit (assit a) et libri, *corr.* Scioppius. — 12 quom (*ante* circum) H. — contio] tertio G. — 13 his] iis Laetus. *fort.* is *scrib. esse dicit* Groth *et confert* Müller ad V § 13 *et* Christ Philol. XVII p. 60 sq. — illic item] *scripsi*, illicitum F *sed deleto* t

scriptum est; sed ad comitia tum vocatur populus ideo quod alia de causa hic magistratus non potest exercitum urbanum convocare; censor, consul, dictator, interrex potest, quod censor exercitum centuriato constituit quinquennalem, cum lustrare et in urbem ad vexillum ducere debet; dictator et consul in singulos annos, quod hic exercitui imperare potest quo eat, id quod propter centuriata comitia imperare solent.

§ 94 Quare non est dubium, quin hoc Inlicium sit, cum circum muros itur ut populus inliciatur ad magistratus conspectum, (p. 273 Sp.[1]) qui viros vocare potest in eum locum, unde vox ad contionem vocantis exaudiri possit. Quare una origine Illici et Inlicis quod in choro Proserpinae est, et Pellexit quod in Ermiona est, cum ait Pacuius:

regni alieni cupiditas
Pellexit.

§ 95 Sic Elicii Iovis [visa] ara in Aventino ab eliciendo. Hoc nunc aliter fit atque olim, quod augur consuli adest tum cum exercitus imperatur ac praeit quid eum dicere oporteat consul. Auguri imperare solet, ut inlicium vocet, non accenso aut (p. 274 Sp.[1]) praeconi; id inceptum credo, cum non adesset accensus; et

(Keil), illicitum M V p, inlicitum G H a b, inlicium Aldus, *om.* Scioppius, LSp. — 1 comitia tum] comitiatum Scioppius. — 2 hic] id G. — 3 quod censorem exercitum F, quod censor exercitu Laetus. — 4 centuriā G. '*an* centuriatum?' LSp. — quom H. — 5 lustrare] lustraret F, lustrat Scioppius, *corr.* Gronovius. — 'dictator et *fort. del.*' LSp. *item* Christ Philol. XVI p. 460. *fort.* consul in sing. annos id quod propter cent. com. imperare solet, dictator quod hic ex. imp. pot. quo eat. — 7 propter] per G. — 8 quin] cum F, quom H, *corr.* Vertranius. — 9 itur] '*fort.* mittitur' LSp. — 10 qui viros] LSp Comment. p. 12, Marquardt Antiq. II, 3, 89, Madvig Adv. II p. 171; qui ros F *cum aliis,* qui res H, quirinos b, qui consul Laetus, B, quom reus Scioppius, qui Quirites Müller. — vocare Aldus, uocari libri. — 11 illici] inlicium Scaliger. — 12 hermiona M, Laetus. — 13 quom H, quod G. — pacuius *cum* i *longo* F, pacinus p. — 16 iobis F. — visa *del.* Victorius, vulg. — 17 adest] id est G H. — 18 '*fort.* exercitui' LSp. — preit F. — oporteat dicere M, Laetus. '*fort.* oporteat consul. Consul' LSp. *ego interpunxi* oporteat consul. Auguri *quod erat* oporteat. Consul auguri. *verba* augur consuli . . oporteat *del.* Christ. — 19 auguri] augur F, *corr.* Vict. vulg. — inlicium] is licium F, *corr.* Laetus. '*fort.* is inlicium' LSp. *versus terminatur in* F *vocabulo* is, *novus incipit ab* licium. — 20 id] ad G. — non adesset] adesset B, abesset vulg.

nihil intererat cui imperaret, et dicis causa fiebant quaedam neque item facta neque item dicta semper. Hoc ipsum Inlicium scriptum inveni in M. Iunii commentariis, quod tamen ibi idem est quod illicit et illexit, *quod I* cum E et C cum G magnam habet communitatem.

10. Sed quoniam in hoc de paucis rebus verba feci § 96
plura, de pluribus rebus verba faciam pauca, et potissimum (p. 275 Sp.[1])
quae in graeca lingua putant latina, ut Scalpere a *σκαλεύειν*, (p. 276 Sp.[1])
Sternere a *στρωννύειν*, Lingere a *λιχμᾶσθαι*, I ab hЄ, Ite (p. 277 Sp.[1])
ab *ἴτε*, Gignitur a *γίγνεται*, Ferte a *φέρετε*, Providere *προιδεῖν*, Errare ab *ἔρρειν*, ab eo quod dicunt *στραγγαλᾶν* Strangulare, Tinguere a *τέγγειν*. Praeterea ades YЄC; ab eo quod

---

1 intererat] *cf.* Stünkel p. 4. *distinxi post* accensus. — quoi GH. — fiebat F, *corr.* vulg. *ex* B. — 2 inlicium] inlegium inlexit Müller. *scrib. puto* illegit *vel* inlegit (*scil.* populum), *quod, cum et praesentis et perfecti eadem sit forma, idem esse dicit quod* illicit *et* illexit. — 4 ibi idem] ibidem F, *corr.* Vertranius. — inlicit et illexit] B, illicite illexit F, inlicite inlexit GHa. — quod I] quae libri. illigit illecitque, i cum e Turnebus, illicit et illegit quia I cum E *quidam ap. Augustinum*, inlicium inlexit quod et I cum E Müller. *sic autem* LSp: '*vocabuli* inlicium *expositio voce* illexit *videtur terminata esse, ea autem quae sequuntur* quae cum .. *alius cuiusdam rei esse fragmentum.*' — E] ē.ī a. — 5 habent Laetus. quae cum C et G magnam habeant B. — comunitatem F. — 6 rebus *supra vers. insertum m. 1* F. — 7 plura] multa vulg. — 8 in] a Scioppius. — greca F. — putant] dicuntur Scioppius. '*fort.* et putantur' LSp. *ego conieceram* quae e graeca lingua et putant (*vel* sunt in) latina, *sed mutare nolim.* — *σκαλεύειν*] Rholandellus, SCOIPSA F, ScolPSA p, scolpsa M. *a ceteris libris graeca absunt et haec et quae sequuntur.* — 9 et *quod libri habent ante* sternere *om.* Laetus. — *στρωννύειν*] STRONYIN Fp, strōnin M. — *λιχμᾶσθαι*] ΛђV*μαστε in quo α etiam ω esse potest* F (Keil), *λhγμαστε* F (Groth). ΛhyPCVGTЄ p, lhymoore M. — I ab hЄ] FMp, *nisi quod* ·I· ab hЄ F (Keil), ·I· ab·hε· F (Groth). *del.* LSp. *fort. ferendum* I ab *ἴθι, ut* Є *ex* Θ *corruptum sit.* I ab *εἶ* LSp *olim.* — 10 *ἴτε*] hτε Fp, hite M. — gignitur] *sic* F *cum ceteris, non* gigni a *quod notavit Victorius.* — *γίγνεται*] VhVNOITЄ F (Keil), *γhγνοιτε* F (Groth), VKYNOΠe M, vhspo*π*ε p. — *φέρετε*] ferete FMp. — providere] p, Laetus, prouidete F. — *προιδεῖν*] ΠPωhδЄhN F, Π*ρι*ωRGclIN M, itp coliMЄUN p. — 11 *ἔρρειν*] ЄPPЄhN F, Є*ρρ*Єhy M, ЄPPЄhp p. — dicitur p. — *στραγγαλᾶν*] strangalam FM, strangulam p, *στραγγαλίζειν* Aldus. — 12 tinguere] Tingue F (Keil), tinguela F (Groth), *corr.* Rholand. *cum* B. — *τέγγειν*] Buttmann, THNKЄΔЄ F, THNKЄΛЄ M, ꟷNNKЄΔЄ p, *θιγάνειν* B, *θιγγάνειν*

illi *μαλάσσειν* nos Malaxare, ut Gargarissare ab *γαργαρίζεσθαι*, Putere a *πύθεσθαι*, Domare a *δαμάζειν*, Mulgere ab *ἀμέλγειν*, Pectere a *πέκειν*, Stringere a *στράγγειν*; id enim a *στραγγαλίς* ut Runcinare a Runcina, cuius *ῥυκάνη* origo graeca.

§ 97 (p. 278 Sp.[1]) 11. Quod ad origines verborum huius libri pertinet, satis multas arbitror positas huius generis; desistam, et quoniam de hisce rebus tris libros ad te mittere institui, de oratione soluta duo, poetica unum, et ex soluta oratione ad te misi duo, priorem de locis et quae in locis sunt, hunc de temporibus et quae cum his sunt coniuncta, deinceps in proximo de poeticis verborum originibus scribere in[*cipiam*].

Rholand. — ΨΕC F M, ΥΕC p. '*fort.* praeterea depsere *δεψεῖν*' LSp. *conf.* Madvig Advers. II, 172. — 1 *μαλάσσειν*] LSp, ΜΑΛΑΣΕΝ F, ΜΜΛÇCΝ M, ΜΛΑΑGΕΝ p, *μαλακίζειν* Rholand. '*ceterum fort. μαλακίζειν*, nos malacissare ut gargarissare *γαργαρίζειν*.' LSp. *conf.* Cassiod. de orthogr. 154, 8 K: malacizo, malacisso. *sed vid.* Stünkel p. 71. — *γαργαρίζεσθαι*] *scripsi*, *ἀναγαργαρίζεσθαι* LSp, ΑΝΑΡΓΑΡΗCΤΕ F, ΑΝΑΡCΑΡΝΕΤΕ M p, *ἀναγαργαρίσαι* Buttmann. *certum vid. verbum fuisse simplex ut cetera omnia, non cum praepositione iunctum.* — 2 putere] LSp, potare libri. — *πύθεσθαι*] LSp, ΠΟΙΘΕCΤae F. potare *ποτίζειν* Rholandellus. 'a *fort. del.*' LSp. — *δαμάζειν*] LSp, Δμαισhμ F (Keil), Δμαισhν F (Groth), ΑΡΜGhp p. *δεσμεῖν* Aldus, *δομᾶν* Bentinus. — 3 *ἀμέλγειν*] ΑΜΕΛΓΗΝ F p. — *πέκειν*] LSp, *πέξαι* Müller, ΠΕCΕΡΕ F. 'a *fort. del.*' LSp. — *στράγγειν*] *scripsi*, *στραγγαλίσαι* Buttmann, CΡΗΝΓΗΔΕ F. '*litterae vix aliud praeter στρίγγειν suadent*' LSp. — 4 *στραγγαλίς*] Buttmann, CΗΝΓΗΜΗC F (Keil), ΣΗΝΓΗΜΗS F (Groth), ΓΗΝΗΗΑΑΗC p. — *ῥυκάνη*] ΡΗΧαΝΕ F, *corr.* Scaliger. — 6 satis] quoniam satis Aldus. '*praeter alia conicias* generis, quare desistam' LSp. — 8 trilibros F. — 9 duo, de poetica Aldus. — 12 verborum] verbis atque eorum Scioppius. '*fort.* poeticorum verborum' LSp, *item* poetices (*coll.* VII § 2) *vel* poeticorum verborum Rein Obs. crit. p. 1. — incipiam] a b, in F[1] H p, ·m· V, *om.* G, institui *man. recens in* F, M Laetus. incipiam *verum esse probavit* Groth (*coll.* VIII § 1: de secunda incipiam hinc, VIII, 25: incipiam . . dicere, IX, 115: proximo deinceps . . scribam). — *Sequitur in* F *spatium vacuum viginti versuum, tum pergitur his:* repens ruina aperuit. *in marg. scriptum manu prima*: hic deest in exemplari folium I in quo est principium libri VII. *haec eadem habet* V *nisi quod* unum (*pro* I) *et* libri III.

[M. TERENTI VARRONIS

DE LINGVA LATINA

AD

M. TULLIUM CICERONEM

LIBER VII.]

HIC DEEST IN EXEMPLARI FOLIUM UNUM IN QUO EST PRINCIPIUM LIBRI VII.

1. . . repens ruina operuit, aut verbum quod conditum est § 1
e quibus litteris oportet inde post [*si*] aliqua dempta est, ob- (p. 280 Sp.[1]) (p. 281 Sp.[1])
scurior fit voluntas impositoris. Non reprehendendum igitur

Libri inscriptionem M. Terenti . . liber septimus *habet* vulg. *nisi quod illa* sextus *pro* septimus. — 3 repens ruina aperuit aut verbum] Temporum vocabula et eorum quae coniuncta sunt aut in agendo fiunt aut cum tempore aliquo enuntiantur priore libro dixi. In hoc dicam de poeticis vocabulis et eorum originibus, in quis multa difficilia. nam ut verbum Laetus *nec Victorius mutavit postrema sic exhibens:* in queis multa difficilia. nam et repens . . . aperuit verbum — ruina] rapina M. — operuit] Turnebus, aperuit libri. obruit C.F.W.Müller p. 797. *hoc ad exemplum fuisse opinor:* saepe enim aut vocabulum repens ruina operuit. — aut] *scripsi,* ut libri. ut si Müller. — 4 oportet scribi aperiam. inde si post Laetus. — post si] LSp, Madvig (*cui haud scio an praestet* aut verbum si quod *deleto* sit *post* dempta), post libri, postquam Müller. '*fort.* repens ruinâ operitur, ut verbum . . post si aliqua . . sit, obscurius fit, voluntas impositoris *nisi aliquid intercidit velut* ruina operuit . . obscurius, quo obscurior fit'. LSp. operuit ita verbum quom conditum . . post si aliqua demptast, obscurior fit Madvig Adv. II p. 172. dempta fit obscurius, sic voluntas impositoris C. F. W. Müller, Reiter p. 59 sq. (*et* p. 106). — est] Madvig (st), sit libri. — obscurior] p, vulg., obscurius ceteri. — 5 fiat Müller. — impositoris] in posterioris F, in posteriores Laetus, *corr.* Turnebus, Victorius. *fort.* inpositoris, *conf. ad* p. 2, 14. *haec Varro*

in illis qui in scrutando verbo litteram adiciunt aut demunt, quo facilius, quid sub ea voce subsit, videri possit; ut enim (p. 282 Sp.¹) facilius obscuram operam Myrmecidum ex ebore oculi videant, extrinsecus admovent nigras setas. § 2 Cum haec adminicula addas ad eruendam voluntatem impositoris, tamen latent multa. Quod si poetice [*quae*] in carminibus servavit multa prisca quae essent, sic etiam cur essent posuisset, fecundius poemata ferrent fructum; sed ut in soluta oratione sic in (p. 283 Sp.¹) poematis verba omnia quae habent *ἔτυμα,* [*non*] possunt dici, neque multa ab eo, quem non erunt in lucubratione litterae prosecutae, multum licet legeret. Aelii hominis in primo in litteris latinis exercitati interpretationem carminum Saliorum videbis et exili littera expeditam et praeterita obscura multa. § 3 Nec mirum, cum non modo Epimenides Cres post annos L

---

videtur voluisse: difficilia sunt explicatu antiqua poetarum vocabula. saepe enim significationem aliquam prioribus temporibus impositam repens ruina operuit, ut quae fuerit ignoretur, aut si postea litterae demptae sunt, obscurior fit voluntas impositoris. — 1 in illis] illos Scioppius. — literas Laetus. — adiciunt] addiciunt p, additiunt M. '*fort.* addunt' LSp. — 2 quo] Turnebus, quid libri. — facilius quod H. — videri] *sive* viderei LSp, uidere libri. — possit] possint Aldus *cum* B. — ut enim] Victorius, et enim libri. — 3 obscura opera Victorius, Turnebus. — myrmecidum] Bentinus, yrmecidum FH, ͬyrmeti dum a, irmeci: dum G, hyrmeci dum Laetus, Myrmecidis Aldus. *conf.* Groth. — 4 si extrinsecus Aldus. '*fort.* si extrinsecus admoventur nigra' LSp. — admovet G, ad montem a, admoveant Laetus. — nigrasissetas a. nigra, sed tamen cum Scioppius. '*fort.* nigra sed etiam cum' LSp. — quom GH. — amminicula F. — 6 quae] *add.* LSp, ut *add.* Turnebus. — seruabit F, seruabant M, *corr.* Victorius, Turnebus. — 7 cur] quor Scioppius, quom H, cum G. — posuissent F, *corr.* Victor. Turnebus. — secundius F, *corr.* Laetus. — 9 om̄ia F, non omnia Müller (*cf.* § 4, 7) omnia *om.* Scioppius. — habent] habēnt F *man.* 1, *quod solet esse* haberent (Keil), habeant *corr. ex* habent F (Groth), habeant GHVp, haberent b. — non] *hoc loco add.* LSp. — dici . . . neque B *cum spatio complurium verborum.* — 10 ab eo] habeo Vp, ab eo eruentur Müller. '*fort.* ab eo erunt quem non in' LSp. *ego suppleri posse censeo* possunt dici. — 11 legerit Scioppius. — aelii] H, helii F. — in primeis Augustinus. — 13 expeditam] Laetus, expedita F '*fort. recte*' Groth. — praeteritam obscuram F. — 14 epamenidis F, *corr.* vulg. *ex* B. — cres] Sp (Phil. Anzeig. V p. 584),

experrectus a multis non cognoscatur, sed etiam Teucer Livii (p. 284 Sp.[1]) post annos XV ab suis qui sit ignoretur. At hoc quid ad verborum poeticorum aetatem? quorum si Pompili regnum fons in carminibus Saliorum neque ea ab superioribus accepta, tamen habent DCC annos. Quare cur scriptoris industriam reprehendas qui herois tritavum, atavum non potuerit reperire, cum ipse tui tritavi matrem dicere non possis? quod (p. 285 Sp.[1]) intervallum multo tanto propius nos, quam hinc ad initium Saliorum, quo Romanorum prima verba poetica dicunt *elata.*

§ 4 Igitur de originibus verborum qui multa dixerit commode, potius boni consulendum, quam qui aliquid nequierit reprehendendum, praesertim quom dicat etymologice non omnium verborum posse dici causam, ut qui quaeque res *valeat* ad medendum, medicina; neque si non norim radices arboris, (p. 286 Sp.[1])

F fol. 12 praesertim . . . videntur.

Reifferscheid Anal. Horat. p. 5, op$\overset{u}{e}$s F *sed et pro* e *paenultima littera* o *legi potest neque de ea quae supra scripta est manu pr. certo constat* (Keil), *Lagomarsinio ap. Lachm. supra scr. videbatur esse* m; *in* F *scriptum esse* cres *per errorem opinor testatur Groth;* opes V b p, o$\overset{+}{p}$as a, *om.* ceteri. meus Lachm. ad Lucr. p. 390. — 2 post″ annos′ XU F, *voluit ergo librarius* post XV annos; *in ceteris nullum eius traiectionis vestigium. numerum istum alii ut* M, Laetus *male explicuerunt* XII. — ad hoc F, *corr.* vulg. — 3 pompilii G M a, Laetus. — 5 cur] quor G H. — 6 herois] erroris H^1, verbis Madvig Adv. II, 172. — '*fort.* aut atavum' LSp. *del. vid.* tritavum. — 7 tui] vulg. F (Groth), *nihil notavit Keil,* aui ceteri. — tritavi tui Bergk Prooem. aest. Hal. 1863 p. VII. — dicere *om.* a. — non possis dicere M, Laetus. — 8 multo *om.* G. — tanto *om.* a, Augustinus. '*fort.* tamen' LSp. — nobis Laetus. — 9 dicunt *om.* a B, dicuntur vulg. dicunt contineri Grauert Annal. phil. X, 19. — elata] *scripsi* (*cf.* IX § 76), prolata Müller, latina libri. *etiam* LSp *olim* elata *vel* nata *coniecisse inveni.* — quorum principia poetica verba ducunt. igitur Scioppius. — 11 nequiverit Laetus. — 12 quom] quō F (*quod compendium alibi non habet*) M V p, cum ceteri. — ethimologice F. — 13 causam] LSp, causa F, causas Aldus. *conf.* Madvig Adv. II, 172. — qui quaeque res valeat ad] *scripsi,* qui a quare res u . . . . ad F *cum rasura* ('*septem fere litterarum*' Groth), *in qua quod* l *litterae pars apparet,* '*an* ualerent?' *ascripsit* Keil; *item nisi quod vacuum spatium inter* u *et* ad V p. *in ceteris nullum lacunae vestigium.* '*fort.* ut a qua re res valida ad' LSp. 14 medicina] *scil.* dicit non posse dici causam *nisi scrib.* in medicina. — noris Laetus.

non posse me dicere pirum esse ex ramo, ramum ex arbore, eam ex radicibus quas non video. Quare qui ostendit Equitatum esse ab equitibus, Equites [ab equite, Equitem] ab equo neque Equus unde sit dicit, tamen hic docet plura et satisfacit grato, quem imitari possimusne ipse liber erit indicio.

§ 5 2. Dicam in hoc libro de verbis quae a poetis sunt posita, primum de locis, dein quae in locis sunt, tertio de tempori- (p. 287 Sp.[1]) bus, tum quae cum temporibus sunt coniuncta, *sed* is ut quae cum his sint coniuncta, adiungam, et si quid excedit ex hac quadripertitione, tamen in ea ut comprehendam.

§ 6 Incipiam hinc:

Unus erit quem tu tolles in caerula caeli
Templa.

Templum tribus modis dicitur ab natura, ab auspicando, a similitudine; natura in caelo, ab auspiciis in terra, a similitudine sub terra. In caelo templum dicitur ut in Ecuba:

(p. 288 Sp.[1]) O magna templa caelitum, commixta stellis splendidis.

In terra ut in Periboea:

scrupea saxa, Bacchi templa, prope aggreditur.

---

1 posse me] possim me p, possem vulg. '*fort* pote me' LSp, possum LSp *olim*, possim C. F. W. Müller p. 871. — 2 Quarem *aut* Quare *cum interrogandi signo* F (Keil). — 3 ab equite equitem] *del.* LSp. ab equito, equito Augustinus. — 4 docet et plura GH. — 5 imitare M. possimus ne F, possimus ut B, possumus ut vulg. — 7 in hoc] in isto M, Laetus, isto vulg. *ex* B. — 8 dein] Fa, deinde ceteri, de his B, deinde de his M, Laetus, deinde de iis vulg. '*idque latere videtur in* dis *quod libri infra praebent*' LSp. — 9 de temporibus sunt coniuncta *omissis verbis mediis* M. — sunt coniuncta adiungam *omissis verbis mediis* Hp. — sed is] *scripsi,* di s F, .di·ʃ· V, dis a, *om.* ceteri, sed ita Müller. de iis utque Reiter p. 120. — quae] Ga, que F. — 10 his sunt M, Laetus. — excidit F, *corr.* Scioppius. *ceterum conf.* Lachm. ad Lucr. VI, 954. — 11 ea] eam Laetus, B. — 13 cerula F, cellula G, coelula H. — 15 dicitur natura auspicio similitudine Scioppius. — auspicando] Vp, Groth, auspicendo Fa, auspicio Aldus, auspiciendo M, Laetus. '*fort.* auspiciis' LSp. — 16 '*fort.* ab natura' LSp. — 17 ecuba] *sic* F. — 18 cęli.tum F, *corr.* Scioppius. — 20 terris GH. — 21 saxa F, *sed solus* V *m. rec. corr.* saxea *praebet,*

Sub terra ut in Andromacha:

Acherusia templa alta Orci salvete infera.

Quaqua tuiti erant oculi, a tuendo primo Templum dictum; quocirca caelum qua tuimur dictum templum; sic: § 7

Contremuit templum magnum Iovis altitonantis,

id est, ut ait Naevius:

Hemisphaerium ubi[*ubi*] concha caerula saeptumst. (p. 289 Sp.[1])

Eius templi partes quattuor dicuntur, sinistra ab oriente, dextra ab occasu, antica ad meridiem, postica ad septemtrionem. In terris dictum templum locus augurii aut auspicii causa quibusdam conceptis verbis finitus. Concipitur verbis non isdem usque quaque; in arce sic: § 8

TEMPLA TESCAQUE ME ITA SUNTO QUOAD EGO EA *RI*TE LINGUA NUNCUPAVERO. (p. 290 Sp.[1])

---

saxa ceteri. — bachi F. — prope] propere Scioppius. *numeros anapaestos metitur* Ribbeck t. f. Pac. v. 309, dactylicos Bergk, *qui* saxea *probant cum* Grothio. saxa *si fuit, praeter alia licet* –⏑⏑– ⏑–⏓ (aggreditur). — 2 Cic. Tusc. disp. I 21 § 48: Acherunsia templa alta Orci pallida leto nubila tenebris loca. *conf.* Ribb. Enn. 70. — 3 quaqua] Augustinus, quaqa F. — tuiti erant] LSp, intuiti erant Scioppius, initium erat libri, intuerant Augustinus. *cf.* § 9. — primo] F, primum GHap. — 4 caelum *corr. ex* scaelum F. — qua tuimur] Aldus, Madvig Adv. II p. 173, qua attuimur libri (actuimur V, autuimur p *sine* qua), qua ad tuimur Lachm. ad Lucr. V, 1033, quod tuimur Scioppius, *fort.* quod tuemur' LSp. *conf.* Reiter p. 55. Aug. Müller p. 59. — *fort.* dictum caeli templum, sic. — 6 neuius F, ennius H. — 7 hemisphaerium] Turnebus *cum* B, hiemisferium F, hemispherium a, hemisferium alii. hemisphaerium *etiam extra versum locum habuisse potest.* — ubiubi] *scripsi,* ubi libri. — concha caerula] c̄cacherulo F, *id est* conca, *ut est in* Vap (cuncha G, cum ca H, tria M). terra caerulo Aldus, concavo caerulo Müller. — saeptumst] *scripsi, cui* mare *addendum vid.* septum statu *ultima littera postea deleta* F, septum stat ceteri. '*fort.* hemisphaerium Ubique circa caerulo septum statu' LSp. — 9 anticua F. — 10 '*fort.* terra' LSp. — '*fort.* auguri auspicii causa' LSp. — 12 hisdem FGH. — 13 templa] item F, in M, *corr.* Turnebus. — tescaque] p, Turnebus, testaque ceteri. — me ita] mi ita Turnebus, '*fort.* mea ita' LSp, mea finita Bergk. *rectius opinor aut* mea *aut* finita, *nisi aliud latet.* — sunto] finito H, surito p. — ea rite] LSp, eas te libri, caste Scaliger. ea recte LSp *olim. an* ea ante? ea esse velim qua nuncupavero Turnebus. — 14 lingua] p, Victorius, Scaliger, linquam F, eas relinquam vulg. *ex* B.

(p. 291 Sp.[1]) ULLABER ARBOR QUIRQUIR EST, QUAM ME SENTIO DIXISSE, TEMPLUM TESCUMQUE FESTO IN SINISTRUM.
OLLANER ARBOR QUIRQUIR EST, QUOD ME SENTIO DIXISSE, TEMPLUM TESCUMQUE FESTO DEXTRUM.
(p. 292 Sp.[1]) INTER EA CONREGIONE CONSPICIONE CORTUMIONE UTIQUE EA ERECTISSIME SENSI.

§ 9 In hoc templo faciundo arbores constitui fines apparet [et] intra eas regiones qua oculi conspiciant, id est tueamur, a quo Templum dictum, et Contemplare ut apud Ennium in Medea:

Contempla et templum Cereris ad laevam aspice.

Contempla et conspicare id*em* esse apparet [*et*] ideo dicere, (p. 293 Sp.[1]) cum contemplum facit, augurem Conspicione, qua oculorum conspectum finiat. Quod cum dicunt Conspicionem addunt

---

1 ullaber] ulla veter Scaliger. — arbos *corr. ex* arbor F, arbos Vp. — sentiam G. — 2 tescumque] tectum quem F V b p G a, rectum quem M, tectumque vulg. *ex* B, *corr.* Turnebus. — festo] ferto vulg. *ex* B, finito Müller, esto Turnebus. — ullaber . . sinistrum *om.* H. — 3 ollaner F M V, ollaber G a, olla veter Scaliger. — arbo$\overset{s}{r}$ F, arbos G M V. — quirquir est quicquid est M, Laetus. — qnod] quam Müller. — 4 teplum F. — tescumque] tectum quem F *cum aliis*, textum quem H, quem G, tectumque vulg. *ex* B, *corr.* Turnebus. — festo] ferto vulg. *ex* B, finito Müller, esto Turnebus. — in dextrum Laetus *cum* B. — 5 conregione] Victorius, Scioppius, c̄cre^{gi}tione F (Keil), conregione *corr. ex* concretione F (Groth), cum regione V p, cum e regione G, cum cregtione H, corregione a. — 6 erectissime] F, rectissime G H M b, dixisse me Scioppius. '*fort.* rite dixisse me' LSp. *praeterea conicias* uti uere ac recte dixisse me sensi. *totum locum* Bergk Philol. XIV, 390 *sic scribit:* Templa tescaque mea finita sunto quoad ego caste lingua nuncupavero. Ullaber arbose, quirquir est, quam me sentio defixisse, templum tescumque M(eum) F(initum) esto in sinistrum. Ollamer arbose quirquir est quam me sentio defixisse, templum tescumque M. F. esto in dextrum. Inter ea conregione conspicione cortumione utique ea rectissime sepsi, T. T. Q. M. F. E. — 7 et] *olim del.* LSp. — 8 tueantur V. — 9 Ennium] *conf.* Non. 470, 3, Ribb. t. f. Enn. 243. — 11 leuam F. — 12 contempla] contemplare Laetus. '*fort.* contempla et *male repetita sunt*' LSp. — idem] Bentinus, id libri. — et] *add.* LSp. *conf.* p. 18, 14. — 13 cum conteplum F, (cum *extremo versu*) *et nisi quod* templum G M V p, cum templum Laetus *et fort.* H a, tum cum templum Turnebus, *prob.* Müller, Groth. '*fort.* quom templum' LSp. — faciat M, Laetus, faciunt B, faciant vulg. — augur Aldus, augures vulg. *ex* B. — 14 conspectu M. — finiant M, Laetus. —

Cortumionem, dicitur a cordis visu; cor enim cortumionis
origo. Quod addit templa ut sint Tesca, aiunt sancta esse § 10
qui glossas scripserunt. Id est falsum; nam curia Hostilia
templum est et sanctum non est; sed hoc ut putarent aedem
sacram esse templum [*et sanctum templum*] esse factum quod (p. 294 Sp.[1])
in urbe Roma pleraeque aedes sacrae sunt templa, eadem
sancta, et quod loca quaedam agrestia, quod alicuius dei
sunt, dicuntur Tesca. Nam apud Accium in Philocteta § 11
Lemnio:

Quis tu es mortalis, qui in deserta et tesca te
apportes loca?

loca enim quae sint designat, cum dicit:

Lemnia praesto
Litora rara et celsa Cabirum (p. 295 Sp.[1])
Delubra tenes, mysteria quae
Pristina castis concepta sacris.

dein:

'*fort.* dicit conspicione addit cortumione' LSp. — 1 visu] usu H. — 2 addit] ad id Turnebus. — sint] sit F, *om.* b, *corr.* Laetus. — tesca] dextra F, *corr.* Turnebus. — 5 templum et sanctum templum esse factum] LSp, templum esse factum libri, templum et esse sanctum Laetus, templum et sanctum et esse sanctum B, templum et sanctum esse vulg. — 6 *fort.* pleraque' LSp. — 7 '*fort.* agrestia quae' LSp, Christ Philol. XVI p. 463 *cf.* XVII p. 300. — aliquoius G, aliquius H. — 8 dicuntur] Ꝑentinus, dicentur F, dicebantur p. — tesca] sca *litterae in ras. man. 2* F *et in marg.* Tesca *man. 2*; tescha V p. — accium] *sic etiam* F. — in] ut F, *corr.* Laetus, '*fort.* ut in' LSp. — philocteta] philocto etatem F, *corr.* Aldus, Philoctete B, vulg. — 11 apportas] Festus p. 356 M, appones F, apponis B, apportes Aldus. 12 loca enim] Laetus, enim loca libri, ea enim loca Müller, Groth, Reiter p. 35, Lemni loca Bergk. '*fort.* loca quae sunt' LSp. — 13 prest olitor | ararat et F, *corr.* Augustinus. *conf.* Ribb. frag. v. 525—36, Mus. Rhen. XXIX, 233. Bergk Philol. XXXIII, 300—3 *qui:* Lemnia praesto littora parent Celsa Cabirum delubra tues, Mysteria qua Pristina cistis consepta sacris Nocturna aditu occulta colantur Silvestribus vepribus densa. En Volcania templa sub ipsis Collibus, in quos delatus locos Dicitur alto ab limine coeli, et Nemus expirante vapore vides, Unde ignis cluet mortalibus clam Divisus, cluet doctus Prometheus Clepsisse dolo poenasque Iovi Furti expendisse supremo. — 15 delubrateues F (Groth), *sed* delubra tenes *diserte* F (Keil). — misteria quae F, misteriaque Laetus. — 16 castris F, *corr.* Aldus.

Volcania templa sub ipsis
Collibus, in quos delatus locos
Dicitur alto ab lumine caeli.

et:

Nemus expirante vapore vides,
Unde ignis cluet mortalibus [*clam*]
Divisus.

(p. 296 Sp.[1]) (p. 297 Sp.[1]) Quare haec quod tesca dixit non erravit, neque ideo quod sancta, sed quod ubi mysteria fiunt [aut] tuentur, **Tuesca**
§ 12 dicta. Tueri duo significat, unum ab aspectu ut dixi, unde est Enni illud:

tueor te, senex? pro Iupiter!

et:

Quis pater aut cognatus volet nos contra tueri?

alterum a curando ac tutela, ut cum dicimus [bell et] tueri

---

1 uolgania F, uolcania vulg., vulcania Laetus, Volcania (*vel* Volcani) iam Ribbeck. *fort.* Volcanalia. — 3 limine vulg. *ex* B. — 5 nemus] neuius p, menius M, Nevius Laetus. — 6 ignis] Vertranius *ex* Cic. Tusc. disp. II 10 § 23, ignes libri. — cluet] clauet F, *corr.* Aldus. — clam] *additum ex Cic.*, *om.* libri. — 7 divisus] diuis *corr. ex* duum *ut vid.* F (Groth), duiſ (s supra) *vel* duuſ (s supra) F (Keil), diuus Vp, diuis ceteri. diuisus Faernus *ex* Cic., *neque aliud verbum in compendio cod.* F *latere videtur, quamquam aliis locis ista lineola signif. solet* m. — 8 Quarem hec *ut vid.* F. — quod] a, quo F, qui vulg. *ex* B. — 9 ubi] ibi vulg. *ex* B. — tuentur] *scripsi,* tuentur ut LSp, aut tuentur libri, attuentur Müller, a tuendo Madvig Adv. II p. 172, aut curant tuentur Christ Philol. XVI p. 463. *conf.* LSp XVII p. 300, Stünkel p. 11 *et* 70, Mommsen Unterit. Dial. p. 300. — 10 ab aspectu] '*fort* a spectu' LSp. — 11 Enni] Müller, ennii a, enī F, eī V, .n. G, enim Mp, *om.* alii. — 12 *verba aut media tetram. troch.* (*vel iamb.*) *vid. esse aut, quod magis placet, senarii exitus* tueor té senex *et initium* Pro Iúpiter. — 14 nos] uos B. — contra *om.* a. *tragoediae tribuit* Ritschl *sic:* quis nos páter aut cognatús volet Contrá tueri?, *pro annalium hexametro habet cum aliis* Ribbeck tr. fr.[2] p. 75. *ad scaenam revocamus et* LSp *et ego vel iamb. tetram. numeris* Quis páter aut cognatús volet nos cóntra tūeri – ⏑ – *vel senarii* . . . quis páter aut cognatús volet Nos cóntra tueri. — 15 bell et *cum duarum fere litt. spatio* F, *maius spatium in* VpHM *et qui* bell *omittit,* G. bellum tueor et Laetus, vellus tueor et Scioppius *et in marg.* Q. V. C. pupillum tueor et. '*fort.* bellum et villam tueri' LSp. *ego delevi,* bell *ex corrupta lectione pro* vill (villam) *relictum ac postea* et *additum esse ratus.*

villam, a quo etiam quidam dicunt illum qui curat aedes (p. 298 Sp.[1]) sacras Aedituum, non Aeditomum; sed tamen hoc ipsum ab eadem est profectum origine, quod quem volumus domum curare dicimus Tu domi videbis, ut Plautus cum ait:

Intus para, cura, vide.
Quod opust fiat.

Sic dicta Vestispica quae vestem spiceret, id est videret vestem ac tueretur; quare a tuendo et Templa et Tesca dicta cum discrimine eo quod dixi. Etiam indidem illud § 13
Enni:

Extemplo arreptum me necato et filium. (p. 299 Sp.[1])

Extemplo enim est continuo, quod omne templum esse debet continuo septum nec plus unum introitum habere.

Quod est apud Accium: § 14

Pervade polum, splendida mundi
Sidera binis continuis sex
*Cepit spoliis.

Polus graecum, id significat circum caeli; quare quod est (p. 300 Sp.[1]) Pervade polum valet vade περὶ πόλον. Signa dicuntur

---

F fol. 12 b et templa

---

1 villam] vitam Scioppius. — 2 edituum F. *conf.* R. R. I, 2. — 6 quod] M, Laetus, quid F, quid quid p. — opust] *ex* Plaut. Men. II, 3, 1 (352), opus Varronis libri. *conf.* Bergk Beiträge I p. 159. — 7 vestispica] Aldus, uestisca F. — 8 et templa et *erasa in* F, *unde nihil praeter* et *in* M V p, *a ceteris verba non absunt.* — 9 '*fort.* Indidem etiam' LSp. — 10 Ennii Scaliger, enī F, eī V, enim ceteri. — 11 arreptum] *scripsi duce* Vossio ad Enn. frag. p. 347 *qui* arreptam (*et* acceptam); acceptum *corr. ex* ateptum F (Keil), acceptum ceteri. *servus erilis, opinor, ero maiori dicit, ut et se et filium necet si quid contra eius voluntatem sint facturi.* — negato F, *corr.* Scaliger. *fort.* enecato. — filiam Bothe, Hermann. *conf.* Ribb. Enn. fr. v. 355. — 12 teplum F. — 13 continuo] contio *corr. ut vid. ex* contiu *man.* 2 F (ASp), contio *corr. ex* contin *ut vid.* F (Groth), contio F (Keil) V p, contra M, Aldus, circa B. — 16 binis] Popma, bigis libri. — continuis sex] Scaliger, continui se libri, continuisse M, Laetus. — 17 cepit spoliis] apti signis Scaliger, picti spoliis Ribbeck v. 680, saepti spoliis *idem olim,* addita signis Müller. *fort* picti signis. — 18 grecum F. — circuitum vulg. *ex* B. — 19 valet] ualde F, *corr.* Victorius. — περὶ πόλον] peri polum libri (perio polum H), per polum Laetus, *corr.* Müller. — dicuntur] dr̄ F, dicitur G H a.

eadem et Sidera. Signa quod aliquid significent ut libra aequinoctium. Sidera quasi insidunt atque ita significant aliquid in terris perurendo aliave qua re, ut signum candens in pecore.

§ 15 Quod est:

Terrarum anfracta revisam,

(p.301 Sp. 1) Anfractum est flexum, ab origine duplici dictum, ab ambitu et frangendo; ab eo leges iubent in directo pedum VIII [*viam*] esse, in anfracto XVI, id est in flexu.

§ 16 Ennius:

ut tibi
Titanis Trivia dederit stirpem liberum.

Titanis Trivia Diana est, ab eo dicta Trivia, quod in trivio ponitur fere in oppidis graecis, vel quod luna dicitur esse, quae in caelo tribus viis movetur, in altitudinem et latitu-(p.302 Sp. 1) dinem et longitudinem. Titanis dicta quod eam genuit *ut ni plautus Lato; ea, ut scribit Manilius, est Coeo creata Titano.

---

1 et sydera F. — significant M. — 2 quasi] *scripsi, idem suadet* Reiter p. 88 sq., quae si libri, quae Laetus, B, '*fort.* quod si' LSp *qui olim* quod quasi. — ita] item Müller, Reiter p. 88 *et* 111. '*fort.* aeque item' LSp. — 3 aliave qua re] *scripsi,* aliudue quare libri, aliudve quid *vel* aliudve quid quare Reiter p. 89. — 4 pecore] pectore HM, Laetus, Hectore vulg. — 6 anfractare uisum F, anfracta reuisam B vulg. (amfracta) *ex* Nonio p. 193. *conf.* Ribb. Att. v. 336. — 8 viam *post* iubent *addit* Scioppius, *post* VIII Christ. *fort.* uias iubent. — pedum] Laetus, p̃ F, p̄ plerique. — 9 XVI] XIV a, XIII b. Gaius in Dig. L. VIII, de servit. praediorum rustic.: 'Viae latitudo ex lege duodecim tabularum in porrectum octo pedes habet, in anfractum, id est, ubi flexum est, sedecim'. — 11 *magis placent hi trimetri iamb. quam tetram. troch. qui est apud* Ribb. Enn. v. 362. — 14 grecis F. — 16 ut ni plaut; (*h. e.* plautus) Fa, ut ni plaut M, ut ni plautus G, ut Plautus in H, ut in Plauto Vp, Titani filia vulg. *ex* B *fort. recte,* unus e titanibus ut in Plauto Laetus, Titanis Lato. Lato enim ut scribit Müller, Iupiter Titanus Groth. '*verba male repetita videntur ex superioribus* p. 121, 4, *nisi forte scrib.* ut inquit Plautus' LSp. — 17 Lato ea] *vel* Latona ea LSp, latoea F, latoa G, latonaea a, latona b, vulg. *cum* B. — Manlius Mommsen. *conf.* Ribb. t. f.[1] Enn. 376. — Coeo creata] coecreata FGHM, concreata V, concata p, creata a, Laetus, *corr.* Müller. *si numeri sunt, de iambis maxime cogites:* Coeó creata Títan(o).

Ut idem scribit:

Latona pariet casta complexu Iovis
Deliadas geminos,

id est Apollinem et Dianam. dii quod Titanis Deliadae.

Eidem: (p. 303 Sp. [1])

O sancte Apollo, qui umbilicum certum terrarum optines! § 17

Umbilicum dictum aiunt ab umbilico nostro, quod is medius locus sit terrarum, ut umbilicus in nobis; quod utrumque est falsum. neque hic locus est terrarum medius, neque noster umbilicus est hominis medius. Itaque pingitur quae vocatur ἡ χθὼν Πυθαγόρα, ut media caeli ac terrae linea ducatur infra umbilicum per id quo discernitur homo mas an femina sit, ubi ortus humanus similis ut in mundo; ibi enim omnia nascuntur in medio, quod terra mundi media. Praeterea si (p. 304 Sp. [1]) quod medium id est umbilicus, [ut] pila terrae, non Delphi medium; et terrae medium non hoc, sed quod vocant Del-

---

2 pariet] Neue, Formenl. II² p. 474, parit F, pariit Scaliger. — Iobis F. — 3 Deliadas] *vel* Deliades LSp *cum* Lachm. delia dōs F, delia deos alii, Deli deos vulg. *totum locum sic scribit* Lachmann ap. Mommsen. Mus. Rhen. XVI p. 285: Titanis quoi eam genuit, ut in Plocio, Lato. ea, ut scribit Manilius, est 'Coeo creata Titano'. ut idem scribit: Latóna parit casta ámplexu Iovis Déliadas geminós ◡ .. — id est Ap. et Dianam. *quae sequuntur verba* dii quod titanis deliadae *delenda esse censet ut ex marginis verbis his* Diana Titanis Deliadae *nata.* — 4 dii quod titanis deliadę eadem F *cum ceteris nisi quod* eodem H, idem de eodem Laetus. '*fort.* dii, quod Titanis Deli eos peperit, Deliadae' LSp. *ego* eidem (*h. e.* idem) *scripsi pro* eadem *idque ad proxima retuli. cetera fort.* Deli quod ii nati, Deliadae. — 6 o sancte] Oscē F. — 7 optines] obsides Cicero de div. 2, 56. *conf.* Ribb.² inc. inc. 18 f. — 11 quae] Müller, qui F. — 12 ἡ χθὼν Πυθαγόρα] IXTON pytagora F, *corr.* Turnebus. — terrae *corr. ex* terra *ut vid.* F (Groth). — 13 quodiscernitur F, quod discernitur GHMab, quo discernit p. — 14 sit ubi ortus humanus similis ut in | mundo ubi ortus humanus situlis (*corr. in* similis) ut in mundo ubi enim F *solus.* — humani seminis *pro* humanus similis Groth. — ibi enim Augustinus, ubi etiam Müller. — 15 preterea F. — si quid Gb. — 16 est id est p. — ut *deletum in* F, *unde om.* GHab, *quod probat* Groth. si quod medium ut pilae Müller. — pila *om.* p. — 17 et] sed Müller.

phis in aede ad latus est quiddam ut thesauri specie quod Graeci vocant ὀμφαλόν, quem Pythonos aiunt esse tumulos; ab eo nostri interpretes ὀμφαλὸν umbilicum dixerunt.

§ 18 Pacuius:

(p. 305 Sp.[1]) Calydonia altrix terra exuperantum virum.

Ut ager Tusculanus sic Calydonius ager est, non terra, sed lege poetica quod terra Aetolia in qua Calydon, a parte totam accipi Aetoliam voluit.

§ 19 Acci:

mystica ad dextram vada
Praetervecti.

Mystica a mysteriis quae ibi in propinquis locis nobilia fiunt.

Ennii:

(p. 306 Sp.[1]) Areopagitae qui dedere *ae*quam pilam.

Areopagitae ab Areopago; is locus Athenis.

§ 20 Musae quae pedibus magnum pulsatis Olympum.

Caelum dicunt Graeci Olympum [*a*] montis in Macedonia no-(p. 307 Sp.[1]) mine; a quo potius puto Musas dictas Olympiadas; ita enim

---

1 ad latus] allatus F, illatus a, ablatus b, foramen adlatum Laetus. — et terrae medium non hoc quod vocant Delphis in aede, sed ad latus est Groth. *etiam* LSp *olim coniecerat:* non hoc quod vocant Delphis sed in. *mihi interpretandum vid.:* neque vero hoc (*scil.* Delphi) terrae medium est, sed quod falso terrae medium vel umbilicum vocant, id potius Delphis aliquid thesauri specie est. — 2 ΟΜΦαΛVΝ F M, *lacuna in* ceteris, *corr.* Aldus. — pithonos F. *conf.* Miconos IX § 12, A. Müller p. 33. — tumulum Lobeck Aglaoph. p. 1003, Müller. — 3 ΟΜΦαΛοn F. — 4 pacuius Fp, pacuuius ceteri. — 5 calidonia F. — exuberantium M, Laetus. — 6 calidonius F. — 7 etolia F. — calidon F. — aperte F. — 8 totum GH. — etoliam F. — 9 acci Fp, accius ceteri. — 10 Mistica F (*sed* v. 6 Mystica). *conf.* Ribb. v. 687. — 12 quae] que F. — locis *corr. ex* locas F. — 13 Enni Müller, Ennius Laetus. — ennii areopagite ab areopago *mediis voc. om.* p. — 14 qui] V, quid F, quia Ribb. — aequam pilam] Ribbeck v. 349, quam pudam F. quid dedere aliud quam pedam vulg. *ex* B, quidem dedere aequam pugnam Müller. *conf.* Hermann ad Aesch. Eum. 684. — 15 is locus] his locis F, *corr.* Laetus. — 16 olimpum F. — 17 greci olimpum F. — a montis . . nomine] *scripsi,* montem . . omnes libri. — 18 a quo] *scil.* a monte potius quam a caeli nomine. — '*fort.* a quo omnes poetis (*pro* omnes a quo potius)' LSp. — dictas Musas M, Laetus. — olimpiadas F. '*fort.* Olympiades *ut est in* V[1]' LSp.

a terrestribus locis aliis cognominatae Libethrides, Pimpleides, Thespiades, Eliconides.

Cassi: § 21

Ellespontum et claustra

quod Xerses quondam eum locum clausit; nam ut Ennius ait:

Isque Hellesponto pontem contendit in alto,

nisi potius ab eo quod Asia et Europa ibi concludi*tur* mare; inter angustias facit Propontidis fauces.

Pacui: § 22

liqui in Aegeo fretu (p. 308 Sp.[1])

dictum fretum ab similitudine ferventis aquae, quod in fretum saepe concurrat aestus atque effervescat. Aegeum dictum ab insulis, quod in eo mari scopuli in pelago vocantur ab similitudine caprarum Aeges.

Ferme aderant ratibus repentibus aequore in alto. § 23

Mare appellatum [*aequor*], quod aequatum cum commotum

---

1 aliis *om.* Laetus. — piplę idē espiades F, *spiritum add. m. 2.* — 2 eliconides F, heliconiades vulg. *cum* B. — 3 Cassi] Müller, quasi libri, Ribbeck tr. fr. inc. inc. 107, Cassius Scioppius, C. Attius Ursinus ap. Sciopp. — 4 ellespontum F. — Hellesponti claustra Scioppius *quod verum videtur* Ellespontei *scriptum.* — 5 exerses F, et xerxes Vp. *de* Xerses *conf.* Lachm. ad Lucr. p. 232, Vahlen ad Cic. de leg. II, 10, 26, C. F. W. Müller Cic. op. vol. IV, 2. annot. crit. p. VII. *probat* Groth. — 6 isque] is qui Roth Philol. XVII p. 175. — 7 Asiam et Europam Laetus. — ubi Müller. — concluditur] *scripsi,* colludit F, collidit Hab, concludit Laetus. '*fort.* quom cludit' LSp. *conf.* Madvig Adv. II p. 173. — mare] et mare et Laetus. — 9 Pacui F, Pacuui G, pacuius p, Pacuuius ceteri. — 10 egeo F. — fretu] *scripsi,* fretum F, freto Laetus. — 12 sepe F, '*fort.* semper' LSp. Isidorus XIII, 18, 2: 'fretum autem appellatum quod ibi mare semper ferveat . . nam freta dicta ait Varro quasi fervida, id est ferventia et motum fervoris habentia.' — estus F. — egeum F. — 13 quod in eo mari] *fort.* in eo mari quod. — 14 aeges] eges F. Eges, Pacuvius Eges Laetus, *αἶγες* Pacuvius aeges B, vulg., *αἶγες.* Pacuvius Hermiona aequore Scioppius. — 15 ratibus repentibus aequore in alto] *scripsi numeris dactylicis cum* Ilbergio, *cf.* Vahlen Enn. ann. v. 602, aequore in alto ratibus repentibus libri. *anapaestos metiuntur* Ribbeck inc. inc. 224, Bücheler. — 16 mare] mare equor M, aequor mare Laetus. — aequor quod] *scripsi,* quod libri. — aequatum] Laetus, equatum p, aquatum F, aqua tum alii. '*fort.* aequum aequor tum' LSp. — cum] quom Ha.

vento non est. Ratis navis longas dixit, ut Naevius cum ait:

(p. 309 Sp.[1]) confer*ti equitant*
Rate in aerata qui per liquidum
Mare sudantes eunt atque sedent.

Ratis dicta navis longa propter remos, quod hi, cum per aquam sublati sunt dextra et sinistra, duas rates efficere videntur; ratis enim, unde hoc tralatum, illi ubi plures mali aut asseres . .

(p. 310 Sp.[1]) HIC DEEST IN EXEMPLARI
FOLIUM I.

§ 24 3. . . agrestis ab agro dictas apparet, Infulatas hostias,

F fol. 13 ratis enim

1 longa F, *corr.* Müller. — neuius F. — quom H. — 3 conferti equitant] *scripsi*, conferreque aut F, conferre queant Turnebus, ut conferre queant Scaliger, conferre aut Laetus, non ferre queant Müller. — 4 rate in aerata qui per liquidum] ratem aeratam qui perit qui dum F, rate inaerataque perite Per liquidum Scaliger (*qui dactylos metitur sic pergens* mare eant sudantes atque sedentes). ratem aeratam qui Per liquidum Müller. qui perit *om.* p. *conf.* Philol. XXIII, 105, Vahlen Naev. p. 17. — 5 sudantes] *fort.* sulcantes. — sedent] *scripsi*, sedentes M, Laetus, sedantes F. *versus sunt anapaesti, qui sic quoque distribui possunt, ut voce* aerata *primus versus terminetur.* — 6 hi] ii H, Laetus. — quom H. — 7 rates] Müller *ex Servio, vid. infra;* partes libri. — 8 illi *om.* H *cum Servio*, illic Laetus. *de* ibi *cogitat* LSp. illi *fortasse servandum esse dicit* Groth *coll.* Neue Lat. Formenl. II[2] p. 629. — 9 asseres] *sententiam explet* Servius ad Aen. I, 43: 'rates abusive naves, nam proprie rates sunt conexae invicem trabes. Varro ad Ciceronem: rates dicta navis longa propter remos, quod hi supra aquam sublati dextra et sinistra duas rates efficere videntur; ratis enim, unde hoc translatum, ubi plures mali aut trabes iuncti aqua ducuntur, hinc naviculae cum remis ratiariae dicuntur.' — *Verba* ratis enim . . asseres *in* F *primum folii* 13 *recti versum non explent neque quidquam aliud in ea pagina scriptum est; proximae quoque paginae vacui relicti sunt versus viginti quattuor, tum sequitur* agrestis ab agro. *in marg. autem script. man. 1:* hic deest in exemplari folium I. *eisdem verbis lacunam indicat* a *et nisi quod* deficit *scribit* V; hic spatium unius cartae deest ut in exemplari H, hic est defectus M, hic deficit p, hic multum deest B, deest pagina vulg., *unius versus lacun.* G, Laetus. — 12 Infulas dictas apparet quod velamenta hostiis e lana quae adduntur, dicuntur infulae, intra hostiarum cornua velamenta erant, itaque Laetus. — *interpunxi cum* Bergkio *post* apparet, *ut sit* (hostias) agrestis ab agro

quod velamenta his e lana quae adduntur, infulae; itaque tum quod ad sepulcrum ferunt frondem ac flores, addidit: (p. 311 Sp.[1])

Non lana sed velatas frondenti coma.

Cornutae membra minacis. § 25

Dicere apparet Cornutam a cornibus; Cornua a curvore dicta, quod pleraque curva.

Musae quas memorant *Casmenas* esse. § 26

Casmenarum priscum vocabulum ita natum ac scriptum est; (p. 312 Sp.[1]) alibi Carmenae ab eadem origine sunt declinatae. in multis verbis in quo antiqui dicebant S, postea dicunt R, ut in carmine Saliorum sunt haec:

Cozeulodorieso omnia vero adpatula coemisse (p. 313 Sp.[1])

---

d. app., *post* agro *interpungit cum ceteris* LSp. — infulatas hostias] Müller, infulas hostiis libri (hostiis *om.* GH Laetus), infulas in hostiis vulg. *ex* B. *conf.* Bergk Philol. XXXIII, 310, Madvig Adv. II p. 173. — 1 uelamen M. — his] bis a. — 2 tum quod *om.* M. — sepulchrum F. *conf.* Charis. p. 73, 17 K. — addit H, addunt Laetus. — 3 lana . . frondenti coma] LSp, Ribbeck com. fr. Addend. p. CXXXI, lanas . . frondentis comas libri. — sed] ideo Nevius ait sed Laetus. — 4 cornutae membra minacis] *conieci*, cornua taurum umbram iaci F *cum ceteris nisi quod* cornua taurorum a, cornuatam vulg. *ex* B. cornuat áurum (*pro* cornua taurum) Scaliger, cornutarum Victorius, in cornuatam tauram Müller, '*fort.* cornutam' LSp. iacit *pro* iaci Scaliger. *conf.* Ribbeck tr. fr. inc. inc. 222. — 5 cornutam] F, cornuatam GHaB, Laetus, cornuatum b. — 6 curuam; Ac quas (*hoc est* curuamus) F *cum ceteris nisi quod* at HM, Laetus, ad b, *et* curuamus a; *corr.* Scaliger *qui* Musas *scripsit*, Musae Scioppius. — 7 Casmenas] *scripsi*, nosce nos F, nosse nos G, nosse (*om.* nos) H. — memorant Osci nostrique Camenas Bergk Annal. phil. LXXXIII, 334, nostri Casmenas esse Madvig Adv. II, 173. '*hexametri exitum fuisse* esse Camenas *constare videtur*' LSp. — 8 Casmenarum] Laetus, camenarum F, camerarum Ga, *om.* H. — ac] atque M, Laetus. — 9 alibi carmenae] '*fort.* alibi casmenae, carmenae . . dictae' LSp. — eadem *corr. ex* eodem F. — 10 in quo] in quod F, quo b, in quo M, Laetus, '*idque melius quam* quod *esse videtur*' LSp. *conf.* Emend. spec. p. 8. — dicunt] dicitur H. '*fort.* dictum' LSp. — 12 Cozeulodorieso. Omĩa ũo adpatula coemisse . ian cusianes duonus ceruses . dun; ianusue uet pommelios eum recum F *nisi quod* Cozeulodorieso F (Keil, ASp), Cozeulodori esc *ut vid.* F (Groth). *ab hoc exemplo ceteri sic abeunt:* Cozeulodorieso] *etiam* a, Cozeulo dorieso M, coreulodorieso GH, Cogeulodori eso V, coceulo dori eso p, corculodori ē b, orculo dolosi eso pro

ian cusianes duonus ceruses dunus ianus ue uet pom elios eum recum . . .

§ 27 (p. 314 Sp.[1]) Foedesum Foederum, Plusima Plurima, Meliosem Meliorem, Asenam Arenam, Ianitos Ianitor. Quare e Casmena Carmena, [*e*] Carmena [Carmen] R extrito Camena factum. ab eadem voce Canite, pro quo in Saliari versu scriptum est Cante hoc versu:

---

osculo dolori ero Laetus, cosauli dolosi eso vulg. *cum* B, *cuius medium vocab. est* Dosis. — O Zeul adosiose, omina vero ad Patulcie misse | Ianitos Ianes: duonus cerus es. | Duonus Ianus auctet, po meliosem recum Bergk. — omnia] *sic* libri, *non* omina. — vero] non b, · n · G, enim H. — 1 Iancusianes V a p, Iācusiāēs G, iam cusianes M, Lamcusianes H, iam cusia cusiatii B *et medio voc. om.* vulg. iam cusiones Turnebus. — ceruscʾ M. — dunus V, diuuis p, dum G, dūn̄ H, dumque M, dunz a. — ianusque M. — ue uet] ueniet V. — 2 pō V p, pos Ma, post G H. — *conf.* Düntzer de vers. Saturn. p. 36, Hartung Über die Casus p. 108, Corssen Orig. poesis Rom. p. 55—58, Bergk comment. de carmin. Saliarium reliquiis Marburg 1847 (ind. lect. sem. hib.), Zschr f. Alterth. 1856 p. 137, Mommsen Unterital. Dial. p. 133. *praeterea* Corp. Inscr. lat. I p. 23 insc. 46 *confert* Groth; *idem monet quod de* pom melios *protulit* H. Jordan Krit. Beiträge z. Gesch. d. lat. Sprache, Berlin 1879 *ipsi viro doctissimo iam non probari. rectissime opinor* LSp: ʻ*Varro videtur scripsisse* Saliorum sunt haec foedesum foederum . . *carminis autem verba ab alio addita esse.*ʼ — *post* eum recum *quibus verbis scriptor ad medium fere versum pervenerat, et reliqua eius versus pars et qui sequuntur quattuor versus vacui relicti sunt in* F. *praeterea adnotavit* Groth: ʻ*in horum versuum medio quarto fortiter erasa sunt tria vel quattuor verba olim scripta a manu prima. nescio an hic scriptum fuerit* desunt X versus in ex. *vel simile quid; hoc certe probabiliter concludas ex recentiorum codicum notis.*ʼ *lacuna in* Ha *sic indicata est:* hic spatium X linearum relictum erat in exemplari. *in ceteris aut nullum lacunae vestigium apparet aut unius versus spatium nulla nota addita. verba* recum fedesum *coniungit* p *et in marg.* hic deficit. *ceterum in* F *omnes versus eius paginae excepto primo solito longius a margine remoti sunt. sequuntur in* F: fedesum. fęderum. plusima plurima . meliosem . meliorem . asenam . arenam . ianitos . iani | tor. — 3 fedesum] per foedensum G. — meliosem] ʻ*fort. ad id quod supra extat* melios eum *pertinet.*ʼ LSp. — 4 e] ē F, $\overset{i}{e}$ M, ex Ursinus. — carmena *om.* G. — 5 e Carmena] *scripsi,* carmina carmen libri, inde carmina carmen Laetus *et om.* carmen vulg. ʻ*fort.* quare e Casmena Carmena, R extrito Camena factumʼ LSp. *praeter illud quod posui licebat etiam* e Casmena Carmena, e Carmena Camena R extrito factum. — 7 *offendit* versu *bis positum; fort.* hoc versu . . supplicante *ab alio addita sunt.*

divum empta cante, divum deo supplicante.

In carmine Priami quod est: § 28

[veteres] Casmenas cascam rem volo profarier.

primum Cascum significat vetus, secundo eius origo savina, (p. 315 Sp.[1]) quae usque radices in oscam linguam egit; Cascum vetus esse significat Ennius quod ait:

Quam prisci casci populi genuere Latini.

Eo magis Manilius quod ait:

Cascum duxisse cascam non mirabile est,
Quoniam cariosas conficiebat nuptias.

Item ostendit Papini epigrammation, quod in adolescentem (p. 316 Sp.[1]) fecerat Cascam:

Ridiculum est, cum te Cascam tua dicit amica,

F fol. 14 quod est . . . sed acutus

---

1 empta] exta Laetus, em pa Bergk Zschr. f. Alt. 1856 p. 138. 140. — deo] dō F. — supplice cante M, Laetus, supplices cante B. — 2 in] n G. — priami] *post hoc vocabulum in* F *tertia fere huius versus pars et proximi versus tres, qui sunt eius folii postremi, vacui relicti sunt. lacuna duorum fere vocabulorum capax in* M, *maior in* V. hic deficit *marg.* p. *nullum lacunae vestigium in ceteris.* priami apud Accium Laetus. — est *om.* M. — 3 veteres] *delevi, de quo etiam* LSp *cogitaverat.* — camenae Scaliger, casmenae Scioppius. — cascas res M, Laetus. — profarier Scaliger, profari et libri. *versus vid. esse senarius, quamquam Priami carmen num iambis compositum fuerit dubites. in libro Stephaniano frag. poet. lat. qui Lucae Fruterii videtur fuisse dactyl. numeris sic correctum est:* Casmenas veteres cascas res nolo profari. *licebat etiam* Profari veteres Casmenas rem volo cascam. *Saturnios probat* Christ. — 4 primum] Priamum Scaliger. — secundo *del.* Müller. — sauina FMVp. — 5 oscas linguas M. — 7 *fort.* prisci populi casci. — genuere] tenuere Columna, Vahlen Enn. ann. v. 24. — 8 eo] ego M. '*fort.* et' LSp. — 10 cariosas] LSp, Lachm. Mus. Rhen. XVI p. 285, carioras F, cariores ab, canoras M, Laetus, caries eas Ursinus, Charoneas Scioppius. *conf.* Burm. Anthol. I, 673. — 11 Papini] papinii Laetus, *om.* p. — Priscian. III, 11 p. 90 H.: 'vetustissimi commune accipientes hic et haec senex proferebant. Pompilius in epigrammate quod M. Varro in libris qui sunt de lingua latina refert: tua amica senex' *ubi* Pompnius *exstat in* P, *conf.* Hertz. *inde* Pomponi *complures scripserunt.* — epigrammation] FMVp, ἐπιγραμμάτιον Ha, *lacuna in* Gb. — adulescentem H. — 12 cascam] casculam G. — 13 amici F, *corr.* Laetus *cum* B. '*fort. cum* Scioppio fecerat: Cascam ridiculum est cum te tua dicit amica' LSp.

Fili Potoni, sesquisenex puerum.
(p. 317 Sp.[1]) Dic tu illam Pusam. sic fient mutua muli;
Nam vere pusus tu, tua amica senex.

§ 29 Idem ostendit quod oppidum vocatur Casinum; hoc enim ab Sabinis orti Samnites tenuerunt et [nunc] nostri etiam nunc (p. 318 Sp.[1]) forum vetus appellant. Item significat in Atellanis aliquot Pappum senem quod Osci Casnar appellant.

§ 30 Apud Lucilium:

Quid tibi ego ambages Ambivi scribere coner?

Profectum a verbo Ambe, quod inest in ambitu et ambitioso.

§ 31 Apud Valerium Soranum:

Vetus adagio est: *nodum in* scirpo,

quod verbum usque eo evanuit, ut graecum pro eo positum magis sit apertum; nam idem est quod παροιμίαν vocant Graeci, ut est:

---

1 fili] phili Vp, filia Popma, Casca vulg. *ex Pantagatho.* — potonis es. qui senex F, *corr.* Turnebus, petroni idem. '*an* Pomponi?' LSp. — Casca, Philotoni sapsa senex puerum Scioppius. — 2 Dic tu illam pusam] Turnebus *et nisi quod* ellam Scioppius, dicit pusum puellam pusam libri, dice illam pusam Müller, dic pusus pusam Dübner Zschr. f. Altert. 1837 p. 12. sesquisenex * * [puerum dicit pusum, puellam pusam], *ut posteriora deleantur et mutila sint poetae verba* LSp. — fient] LSp, fiet libri. — mutuam mulinam. uere F, *corr.* Pantagathus, vulg., mutina mulina uere B, ut sic vere Laetus. — 3 tua] aut G H a b. — senex *corr. ut vid. ex* setex F (Keil), senex *etiam Prisciani* P, *cuius ceteri libri* senex est, *unde* senexst vulg. — 4 idem] FMVap, item alii. 'idem *si recte traditum est, consentaneum est etiam* p. 129, 11 *pro* item *corrigendum esse* idem' Groth. — casinum] cassinum G H. *in marg.* F *man. prima* Not. *conf.* LSp Über d. Krit. p. 434. — 5 sannites p. — nunc] *del.* LSp. *fort. posterius del.* — etiam nunc] unde et Laetus, B. — 6 forum] casinum forum Laetus. — significat] H a, significavi B, significant F. — aliquod H p. — 7 pupum Laetus. — senem] *de interpunctione vid.* Christ Philol. XVI p. 451. osci] ostii F, hostii p, oscii V. '*fort.* Osce' LSp. *sic etiam* Mommsen Unterit. Dial. p. 268. 349. — carnar G H. — appellant. parum̃ deest. apud B. — 9 Ambivi] ambui F (Keil), ambiu F (Groth), ambui a, ambigui M, *corr.* Laetus. *conf.* Ritschl Parerg. p. 187 adn. — 13 nodum in scirpo] *conieci,* o p. scipio libri, opscurior Bergk Philol. XXXII, 567. *addendum fort.* quaeris. *de paroemia conf.* Enn. sat. 46, Plaut. Men. 247, Ter. Andr. 941, Fest. 330 b 9 sqq. — 15 idem est] Müller, id ē

Auribus lupum teneo. (p. 319 Sp.[1])

Canis caninam non est.

Adagio est littera commutata Ambagio, dicta ab eo quod ambit orationem, neque in aliqua una re consistit sola. Ambagio dicta ut Ambustum quod circum ustum est, ut Ambiegna bos apud augures, quam circum aliae hostiae constituuntur.

Cum tria sint coniuncta in origine verborum quae sint § 32
animadvertenda, a quo sit impositum et in quo et quid, saepe non minus de tertio quam de primo dubitatur, ut in hoc utrum primum una Canis aut Canes sit appellata; dicta enim apud veteres una canes. itaque Ennius scribit:

Tantidem quasi feta canes sine dentibus latrat. (p. 320 Sp.[1])

Lucilius:

Nequam et magnus homo laniorum immanis canes ut.

Impositio unius debuit esse Canis, plurium Canes, sed neque Ennius consuetudinem illam sequens reprehendendus nec is qui nunc dicit Canis caninam non est. Sed Canes quod latratu [signum dant] ut signa canunt, Canes appellatae, et quod ea voce indicant noctu quae latent, Latratus appellatus.

Sic dictum a quibusdam ut una Canes, una Trabes . . § 33

[*trabes*] remis rostrata per altum.

(= id est) F, idem *ceteri ut vid. omnes.* — ΠαΡΟΙΜΙαΝ F, *lacuna in* G V p, παρμιαν Ha. — 3 ambagio] Turnebus, abagio libri. — 4 orationes G, oratio Scioppius. — ambagio] *ab* LSp *assumpsi,* agio F, adagio Laetus. '*fort.* agio dicta *ex superiorib. male repetita sunt et scrib.* commutata ambagio . . sola ut ambustum' LSp. — 5 ambustum] vulg., adustum libri. — quod] quo F, *corr.* M, Laetus. — 6 hostiae *corr. ex* hosteae F. — 8 tria sunt p. — '*fort.* quae sunt' LSp. — 9 a quo] · | · a quo G, scilicet a quo H. — 10 sepe F. — 11 aut] libri, an vulg. — sit] sic FV. — 13 tantundem Ach. Statius. — fęta F. — 15 immanes F, *corr.* vulg. *ex* B. — 18 canina F, *corr.* Laetus. — 19 latratu] MVp, Laetus, latratus F. '*fort.* latratu si *vel* quom latratu' LSp. — signum dant] *seclusi.* — appellata *corr. ex* appellate F (Keil), appellatae *corr. ex* appellata F (Groth). — 21 una trabes remis F, *lacuna indicata* trabes *bis posuit* LSp. *idem olim de del.* remis rost. p. altum *cogitaverat. Ennii annal. haec verba esse vult cum* Columna Vahlen v. 597. *si quid praeterea intercidit, poetae nomen et fort. versus initium scriptum erat post alterum* trabes.

(p. 321 Sp. [1]) Ennius:

Utinam ne in nemore Pelio securibus
Caesa accidisset abiegna ad terram trabes!

cuius verbi singularis casus rectus correptus ac facta Trabs.

§ 34 In Medo:

Caelitum camilla, expectata advenis, salve hospita.

Camillam qui glossemata interpretati dixerunt administram; addi oportet, in his quae occultiora; itaque dicitur nuptiis (p. 322 Sp. [1]) Camillus qui cumerum fert, in quo quid sit, in ministerio plerique extrinsecus nesciunt. Hinc Casmilus nominatur Samothreces mysteris dius quidam administer diis magnis. Verbum esse graecum arbitror, quod apud Callimachum in poematibus eius inveni.

§ 35 Apud Ennium:

Subulo quondam marinas propter astabat plagas.

Subulo dictus quod ita dicunt tibicines Tusci; quocirca radices eius in Etruria, non Latio quaerundae.

§ 36 Versibus quos olim Faunei vatesque canebant.

(p. 323 Sp. [1]) Fauni dei Latinorum, ita ut et Faunus et Fauna sit; hos

---

2 ut in amne F. — polio F V p, poelio a. — 3 cesa saccidisset *delcto primo* s F, caesa caecidisset G. *conf.* Ribbeck Enn. v. 205. — 4 quoius G H. — recte F, *corr.* Scioppius. — correctus F, *corr.* Laetus, B. — 5 medio G H M b. in medio. Ennius Laetus. *conf. ad* p. 94, 11. Serv. ad Aen. XI, 543, Macrob. III, 8, 6—7. Ribb. Pac. 232. — 6 celitum F. — ospita F. — 8 camillam Müller, camilla libri. — glosemata F. — 9 in nuptiis Laetus. *cf.* p. 25, 15. — 10 scamillus F, *corr.* Turnebus *cum* B, casmillus Laetus. — cumerum] cum metrum V[1], cum merum ceteri, *corr.* Turnebus. — sit in ministerio] insit mysterii Pontanus. — 11 nesciunt] Turnebus, nectunt F, nec tunc V p. ministerio sciunt, plerique extr. nesciunt Bergk. — Samothreces] LSp, samothrece F, in Samothrace Laetus, in Samothraces vulg. *ex* B. — 12 misteris F (Groth) V p, misteriis F (Keil). *conf. ad* p. 14, 6. — amminister *corr. ex* administer F. — 14 poematis Laetus. — 15 Ennium] enī F p, eī V, . N . G, eū a, enim alii, *corr.* Laetus. — 16 plagas] aquas F, *corr. ex Festo* p. 309 M. — 18 dicunt *om.* G, dicit H. — 19 in etria F G H V p. — querunda e uersibus F, *corr.* Victorius. — 20 quo F, *corr.* Aldus. — Faunei] LSp, fauni et libri, fauni Laetus *cum* Cicer. de div. 1, 114. *conf.* Vahlen Enn. ann. v. 221 sq. — 21 ut et]

versibus, quos vocant Saturnios, in silvestribus locis traditum est solitos fari, [*a*] quo fando Faunos dictos. Antiqui poetas Vates appellabant a versibus viendis, ut [*de*] poematis cum scribam, ostendam.

Corpore Tartarino prognata paluda virago. § 37

Tartarino dictum a Tartaro. Plato in IIII de fluminibus apud inferos quae sint, in his unum Tartarum appellat; (p. 324 Sp.[1]) quare Tartari origo graeca. Paluda a paludamentis. haec insignia atque ornamenta militaria; ideo ad bellum cum exit imperator ac lictores mutarunt vestem et signa incinuerunt, Paludatus dicitur proficisci; quae propter quod conspiciuntur qui ea habent ac fiunt palam, Paludamenta dicta.

Plautus: § 38

Epeum fumificum qui legioni nostrae habet
coctum cibum.

Epeum fumificum cocum ab Epeo illo qui dicitur ad Troiam fecisse equum Troianum et Argivis cibum curasse.

Apud Naevium: § 39

Atque prius pariet lucustam Luca bov*is* (p. 325 Sp.[1])

F. fol. 14 b de fluminibus

---

ut Laetus. — sint Laetus. — 2 a quo] vulg., quo F. — faunus dictus GH. *conf.* Servius ad Georg. I, 11, Fest. s. v. Saturnus. — antiqui] LSp, antiquos F. — 3 viendis] *conf.* Isidorus VIII, 7, 3. — ut de] LSp, ut F, et p, ut in Laetus. — 4 offendam F, *corr.* Laetus. — 6 dicta F, *corr.* Laetus. — a Tartaro dictum Laetus. — IIII] quarto Laetus, B, IIII° Vp, IIII^{or} M. — de *om.* Scioppius. — 7 sunt Aldus. — in his unum] *olim delenda esse censuit* LSp *in praef. prioris edit. p.* XLIV. *conf.* Mullach ad Democritum p. 98. Plato Phaed. p. 112 (115 Bkk): ἕν τι τῶν χασμάτων . . μέγιστον . . Τάρταρον. '*fort.* in his sinum' LSp *postea.* — 9 atque] ac M, Laetus, et vulg. — quom H. — 11 propter] propterea Aldus. *intellige* et quod propter ea. — 14 epeum] *conf.* Lachm. ad Lucr. p. 159. '*fort.* cocum' LSp. *propter sequentia neque hoc neque* eccum *prob. videtur. versum esse volui tetram. iamb., senarios cum* Müllero LSp. — 17 troiam *corr. ex* traiam F. — et argivis] et aptius M, Laetus, argivis et apte vulg. *ex* B, et Atridis Victorius. — 18 neuium F, Ennium M, Laetus. — 19 at quę F. — lucustam] F, locustam GHMb, lucusta a. *conf.* Schwabe Annal. phil. 1872 p. 415. — Luca bovis] *scripsi,* lucam (luca p) bouem libri. *licet etiam*

Luca bos elephans; cur ita sit dicta, duobus modis inveni scriptum. nam et in Cornelii commentario erat ·ab Libycis Lucas, et in Virgilii ab Lucanis Lucas; ab eo quod nostri, cum maximam quadripedem quam ipsi haberent vocarent bovem et in Lucanis Pyrrhi bello primum vidissent apud (p. 326 Sp.[1]) hostis elephantos, *eo*dem no*mine* item quadripedes cornutas (nam quos dentes multi dicunt sunt cornua), Lucanam bovem § 40 quod putabant, Lucam bovem appellasse. Si ab Libya dictae essent Lucae, fortasse an pantherae quoque et leones non Africae bestiae dicerentur sed Lucae; neque ursi potius Lucani quam Luci. Quare ego arbitror potius Lucas ab luce, (p. 327 Sp.[1]) quod longe relucebant propter inauratos regios clupeos, quibus eorum tum ornatae erant turres.

§ 41 Apud Ennium:

Orator sine pace redit regique refert rem.

Orator dictus ab oratione; qui enim verba orationum haberet publice adversus eum quo legabatur, ab oratione Orator dictus; cum res maior erat, [*orat*]ioni legebantur potissimum qui causam commodissime orare poterant. Itaque Ennius ait:

Lucam lucusta bovem. *versus est hexameter terminatus opinor vocabulo* quam. *Saturnii versus partes esse voluerunt* Müller, Vahlen p. 19. — 1 elefans F G. — quor G, quur a. — 2 in *om.* M, Laetus. — Cornelii] C. Aelii vulg. *ex* B. — libicis F. — 3 Vergilii Laetus, B, Verginii vulg. — 4 quom H. — quadrupedem G p. — 5 pyrri F. — 6 elefantos F, elefantes p. — eodem nomine item] *scripsi,* idem non (ñ F) item libri, id est vulg. '*fort.* idem *del.*' LSp. — quadrupedes p. '*fort.* quadrupedem cornutam' LSp. — 7 lucanam] '*fort.* sed lucanam' LSp. *verba* lucanam bovem quod putabant *om.* Laetus, B, vulg. — 8 appellassent G H, appellari p, appellasse F *cum ceteris, quod ferendum vid. ut per anacoluthon dictum.* — libia F. — 10 neque ursi] si ab Lucanis dictae, ursi cur Laetus, atque ursi Müller. — 11 ergo F, *corr.* GHM. — 13 earum Lachm. ad Lucr. V, 1302. — tumor natae F, *corr.* Bentinus, Victorius. — 16 verba orationum] uerba orationem G, orationem (*om.* verba) Turnebus, verba Scioppius. — haberet orationum M, Laetus. *fort.* verba faceret publice. — 17 legebatur F, *corr.* Scaliger. — 18 quom H. — maior erat orationi] *scripsi,* maior erat Turnebus, maior erat eo Augustinus, maior erat oratores Müller, maiore ratione libri (maiorem G). '*fort. intercidit aliquid velut* digna esse videbatur' LSp *pro quo licebat etiam* maiore egebat oratione. *an fuit* maior erat, iei leg.? — 19 commodisse F (Groth).

oratores doctiloqui.

Apud Ennium: § 42

Olli respondit suavis sonus Egeriai.

Olli valet dictum illi ab Olla et Ollo, quod alterum comitiis (p. 328 Sp.¹) cum recitatur a praecone dicitur Olla centuria, non illa; alterum apparet in funeribus indictivis, quod dicitur Ollus leto datus est, quod Graecus dicit λήϑη, id est oblivioni.

Apud Ennium: § 43

Mensas constituit idemque ancilia.

[*Ancilia*] dicta ab ambecisu, quod ea arma ab utraque parte (p. 329 Sp.¹) ut Tracum incisa.

Libaque fictores Argeos et tutulatos. § 44

Liba quod libandi causa fiunt. Fictores dicti a fingendis libis. Argei ab Argis; argei fiunt e scirpeis, simulacra hominum XXVII; ea quotannis de ponte sublicio a sacerdotibus publice deici solent in Tiberim. Tutulati dicti hi, qui (p. 330 Sp.¹) in sacris in capitibus habere solent ut metam; id Tutulus appellatus ab eo quod matres familias crines convolutos ad verticem capitis quos habent *vitta* velatos dicebantur Tutuli, sive ab eo quod id tuendi causa capilli fiebat, sive ab eo

---

3 Egeriai] egria · I · FVap, egria id est G, egria HMB, Laetus, *corr.* Victorius, vulg. — 4 valet *om.* Vp. — ollo] ollus vulg. *ex* B. '*fort.* ab ollus et olla quorum' LSp. — quod] quorum Müller. — 5 quom H. — renuntiatur Scioppius. — 6 quod] *sic scrib. vid. nisi verum est* quo, *quod habent libri,* quom vulg. *prob.* LSp. — ollus Quiris Ursinus. — 7 lęto F. — *λήϑῃ*] ΛЄΤЄ F, ΛΙΘΗ M, λ Ha, *lacuna in* GVbp. — 10 mensas] menses Augustinus, enses Scioppius. — idemque ancilia dicta F, ancilia *bis posuit* Laetus *cum* B. — 12 tracum F, peltae Thracum vulg. *ex* B. — incisa. Saliba quę F *cum omnibus nisi quod complures* salibaque *quam vocem om.* b, incisa. Saturnio in carmine Libaque Laetus, *item sed* Sotadico Scioppius, incisa et item alibi libaque B, *corr.* Victorius, Müller. — 15 scirpeis virgultis Laetus. — 16 XXUIJ (*h. e.* XVII) F, XXIIIJ° V, XXIIII ceteri, XXX Aldus. *conf.* Groth. — '*fort.* quotquot annis' LSp. — 17 deici] duci F, iaci Laetus, B, *corr.* Rholandellus. — Tutulati *corr. man. 2 ex* ti. Titulati F (Keil), Tutulati *corr. ex* Titulati F (Groth). — hi] ii Laetus *cum* B. — qui] quod Groth. — 18 tutulus *corr. man. 2 ex* titulus F. — 20 vitta] Müller, uti libri, reti Cuper. — uelatas F, *corr.* Laetus. — dicunt tutulos Laetus.

quod altissimum in urbe quod est, arx, tutissimum vocatur.

§ 45 Eundem Pompilium ait fecisse flamines, qui cum omnes sunt (p. 331 Sp.[1]) a singulis deis cognominati, in quibusdam apparent ἔτυμα, ut cur sit Martialis et Quirinalis; sunt in quibus flaminum cognominibus latent origines, ut in his qui sunt versibus plerique:

Volturnalem, Palatualem, Furrinalem,
Floralem qui Falacrem et Pomonalem fecit
Hic idem,

(p. 332 Sp.[1]) quae obscura sunt; eorum origo Volturnus, diva Palatua, Furrina, Flora, Falacer Pater, Pomona.

§ 46 Apud Ennium:

Iam cata signa fera sonitum dare voce parabant.

Cata acuta; hoc enim verbo dicunt Savini; quare

catus Aelius Sextus

non, ut aiunt, sapiens, sed acutus, et quod est:

tunc coepit memorare simul cata dicta

(p. 333 Sp.[1]) accipienda acuta dicta.

F. fol. 15 et quod est tunc . . . ternae

---

1 arx] G a, ares (arx suprascr.) H, ea res M, ares F *cum ceteris.* — uocabatur p. — 2 ait] *scil.* Ennius, *conf.* p. 135, 2; eundem *referendum ad* olli p. 135, 3 *et* constituit p. 135, 10. — quom H. — sunt] sint vulg. qui cum homines a singulis sunt (*corr. ut vid.* sint) G. — 4 quor G a. — sunt] s̄ (*h. e.* sunt) *supra lineam add. m. 1 in* F, *unde* sunt *om.* G, sit H. — in quibus latent ut in Scioppius. — 5 in versibus Laetus. — 7 uortunalem p, uorturnalis vulg. *ex* B, uorturnales M, Laetus. — palatualis vulg. *ex* B. — Furrinalem] Müller, furinales M, Laetus, furinalis vulg. *ex* B, furinalem ceteri. — 8 florales M, Laetus, floralis vulg. *ex* B. — qui] que et Luc. Müller, que O. Müller, *om.* M, Laetus. — falacer pomonalis Laetus, B. *versus ut supra distribui Saturnios esse eosque demptos ex Naevii belli Punici libro primo statuit* Luc. Müller Philol. XLIII p. 88 sq. *eisdem numeris ante eum* LSp. *a* Volturn. . . Floral. . . hic *singulos hexametros incipiunt* O. Müller, Vahlen Enn. ann. v. 125 sq. — 10 oscura F. — 11 Falacer, Pomona pomorum patrona vulg. — Pomona] pomorum. Nam F M V p (nam apud . . parabant *om.* G H a b), *corr.* Turnebus. — 13 fera] Müller, ferae F, fere Laetus. — 14 sauini F M V p. — 15 elius F. — 17 nunc G. — cepit F. — memorari libri, *corr.* Scaliger. — simul stulta et cata dicta Bergk.

Apud Lucilium: § 47

Qui thynno capto cobium excludunt foras,

et:

Occidunt, Lupe, saperdae te et iura siluri,

et:

Sume rete atque amian,

piscium nomina sunt eorumque in Graecia origo.

Apud Ennium: § 48

quaeque in corpore cava ceruleo caeli cortina receptat. (p. 334 Sp.[1])

Cava cortina dicta, quod est inter terram et caelum ad similitudinem cortinae Apollinis; ea a corde, quod inde sortes primae existimatae.

Apud Ennium: § 49

Quin inde invitis sumpserint perduellibus. (p. 335 Sp.[1])

Perduelles dicuntur hostes; ut Perfecit sic Perduellum et Duellum, id postea Bellum; ab eadem causa facta Duellona Bellona.

Apud Plautum: § 50

---

2 qui] *scripsi cum* L. Müllero (*qui* quei), quidem F, quod b. '*conicias* quod est, *nisi forte* Quid est? thynno' LSp. *conf.* Reiter p. 13. — thinno F. — cobium] Müller, corium libri. — excludant V. — 4 lupes aper dete et F, *corr.* Turnebus. — 6 sumere te F, sume recte b, sume rete vulg. *ex* B, sumina te Turnebus, sume cete Popma, sumeret aeque Luc. Müller. — amiam G H a p, amiae Turnebus. — 7 grecia F. — 9 cava] Turnebus, Scaliger, causa libri. — 10 curuleo M, Laetus, coeruleo H. — coeli Turnebus, fęlo F, felo M a b, foedo G H, celo V p. freto Pius. — cortina receptat Turnebus, Scaliger, orta nare (mare H a) ceptat libri. desunt quaedam *addit* vulg. *post Ennii verba.* Quae cava corpore caeruleo cortina receptat Müller Scaligerum *secutus qui* Quaeque freto cava caeruleo cortina receptat *coniecerat*, cava quaeque in Corpore caeruleo coeli cortina receptat Turnebus. *conf.* Vahlen Enn. ann. v. 9. '*in* causa *latere* caua *et postrema verba Turnebum sanasse certum est*' LSp. quaeque ín corpore cava caéruleo | caelí cortina recéptat *numeris anap.* Bergk Phil. XXXIII p. 275. Mus. Rhen. XXIX, 243. *fuisse opinor:* Quae cava caeruleo caeli cortina receptat Corpore. — 15 quin] quoius G, quius H, quid p, quod b. — sumpserunt M, Laetus. — 16 '*fort.* sic Perduellis, duellum' LSp. *an fuit* sic Perduellis a Per et Duellum, id? — 17 id] ideo G. — duelliona FMVap. — 19 Plautum] Amphitr. I, 1, 119.

Nec iugulae, neque vesperugo, neque vergiliae occidunt.

Iugula signum, quod Accius appellat Oriona, cum ait:

Citius Orion pallescit.

(p. 336 Sp.[1]) Huius signi caput dicitur ex tribus stellis, quas infra duae clarae, quas appellant umeros; inter quas quod videtur iugulum, Iugula dicta. Vesperugo stella quae vespere oritur, a quo eam Opilius scribit Vesperum; itaque dicitur alterum Vesper adest, quem dicunt Graeci διεσπέριον.

§ 51 Naevius:

Patrem suum supremum optumum appellat.

Supremum ab superrumo dictum; itaque duodecim tabulae (p. 337 Sp.[1]) dicunt: SOLIS OCCASU DIEI SUPREMA TEMPESTAS ESTO. Libri augurum pro tempestate Tempestutem dicunt supremum augurii tempus.

§ 52 In Cornicularia:

qui regi latrocinatus decem annos Demetrio.

Latrones dicti ab latere, qui circum latera erant regi atque

---

1 neque iugula Varronis libri, nec iugulae Plauti. — 3 cum] quom H. — 4 pallescit] Bücheler ap. Ribbeck. v. 693, patefit F, patescit H, patefecit B, Laetus. *conf.* Bergk Philol. XXXIII p. 304. — 7 opillus F, Turpilius Laetus, *corr.* vulg. *ex* B. — 8 alter vulg. *ex* B, alterutrum Scaliger. *fort.* itaque dicit alterum vesperum deum (*vel* vesper deus) quem. — 9 di ЄCΠЄΡΙΟΝ F, διέσπερον vulg. *ex* B, ἕσπερον Rholand. *conf.* Lachmann Mus. Rhen. III, 610. 612. — '*mirum sit si Varro Vergiliarum interpretationem omiserit*' LSp. — 10 Neuius F. — 11 optimum appellat supremum Laetus. '*fort.* appellavit' LSp, *scilicet ut sit Saturnius cum hiatu in caesura. malim* appellat optumum *versu senario.* — 12 duodecim] FH, XII ceteri, in XII Laetus *cum* B. — tabulae] Scioppius, ta. M, tabulis F *cum ceteris.* — 13 dicunt *om.* MB, Laetus. — occasum H. '*fort.* sol occasus' LSp. *conf.* Bergk ind. lect. aest. Hal. 1860 p. 6. — 14 dicunt id est Laetus. — 16 cornicula. qui F, *corr.* Vertranius. — 17 Qui decem latrocinatu's regi annos Demetrio Ritschl Parerg. p. 170. *senarios praeferam velut:* qui regí decem Latrócinatus ánnos sum Demétrio. (*pro* sum *etiam* est *vel* es.). — 18 ab latere] 'Solebant collaterales regum viri fortes atque integri esse, sed latrones. q. latrones dici, nunc dicuntur aliter, sed latrones veri sunt' Vp *marg.* — regibus Scioppius. '*fort.* quod circum . . regum' LSp. Serv. ad Aen. 12, 7: Varro tamen dicit hoc nomen posse habere etiam latinam etymologiam, ut latrones dicti sint quasi laterones, quod circa latera regum sunt quos nunc satellites

ad latera habebant ferrum, quos postea a stipatione Stipatores appellarunt, et qui conducebantur; ea enim merces graece dicitur λάτρον. ab eo veteres poetae nonnunquam (p.338 Sp.[1]) milites appellant latrones . . . quod item ut milites cum ferro, aut quod latent ad insidias faciendas.

Apud Naevium: § 53

Risi egomet moechum cassabundum ire ebrium.

Cassabundum a cadendo. Idem:

Diabathra in pedibus habebat, erat amictus epicroco.

Utrumque vocabulum graecum.

In Menaechmis: § 54

Inter ancillas sedere iubeas, lanam carere. (p.339 Sp.[1])

Idem hoc est verbum in Cemetria Naevii. Carere a carendo, quod eam tum purgant ac deducunt, ut careat spurcitia, ex quo Carminari dicitur tum lana, cum ex ea carunt quod in ea haeret neque est lana, quae in Romulo Naevius appellat Asta ab Oscis.

---

vocant. *conf.* Isidor. X, 159 p. 335 L. — atque] aut quod Scioppius. — 1 stipateres FVp. — 2 et qui] aut qui Scioppius. '*fort.* aut quod' LSp. — 3 λάτρον] Victorius, CATPON FHa, λάτρον et σάτρον B, λάτρον καὶ σάτρον vulg., κeρδωϱ M, cerdon Laetus, *lacuna in* GVbp. — 4 appellabant HM. — ut] et GH, *om.* a. '*nos hanc fere sententiam requirimus:* appellant latrones, (nunc vero praedones dicuntur latrones) quod item ut milites' LSp, *quo duce post* latrones *lacunam signavi.* — 6 neuium F, ennium Hp. Ribb. com. fr. Naev. v. 120. — 7 moechum] Bergk Philol. XXXIII p. 282, mecum libri, me M, Laetus. — casabundum Turnebus. *conf.* Placid. gloss. III, 447 *et* 450 *ubi* crassabundum *extat.* — 9 dyabathra F. — pedibus] Rholandellus, pecudibus F. *fort.* pedibus cum. — habebat *delet* Bergk p. 281, gerebat *quidam* ap. Ribb. tr. Naev. v. 57. — erat] et erat Bb, Laetus. — epycroco F. — 11 menechmis F. Plauti *addit* Laetus. *versus est* V, 2, 46. — 12 iubes Laetus. — 13 hoc est] est hoc M, Laetus. 'est *fort. del.*' LSp. *verba* idem hoc est verbum in com. Naevii *infra ante* neque est lana *ponit* B. — cametria a, omētria M, cometria Vp, comedia b, cosmetria Aldus, cosmotria vulg. (aemathia vulg. *marg.*), cementria Scioppius, commotria Turnebus, Ribbeck com. fr. Naev. v. 351. — neuii F. — 14 eam] '*fort.* lanam' LSp. — tum] tam Christ. — ex qua MB, Laetus. — 15 carent F, cum caret Laetus, cum caret eo quod in eo est neque est lana B, *corr.* Neukirch de fab. tog. p. 62. 71 *qui verba* ex quo . . lana *delet.* — heret F. — neque] namque GH. — 16 quae] quam Aldus. *lacunam ante hoc ponit* Mommsen Unterit. Dial. p. 251. — in *om.* G. naeuius in Romulo H. — neuius F. — asta] hasta ab, asca H,

§ 55 In Persa:

(p. 340 Sp.[1]) Iam pol ille hic aderit credo congerro meus.

Congerro a gerra, hoc graecum est et in latina cratis.

§ 56 In Menaechmis:

Idem istuc aliis ascriptivis fieri ad legionem solet.

Ascriptivi dicti quod olim ascribebantur inermes armatis militibus qui succederent, si quis eorum deperisset.

§ 57 In Trinummo:

(p. 341 Sp.[1]) nam illum tibi
[*Ferentarium esse amicum inventum intellego.*]

Ferentarium a ferendo id [*quod non*] est inane ac sine fructu; aut quod Ferentarii equites hi dicti qui ea modo habebant arma quae ferrentur ut iaculum. Huiuscemodi equites pictos vidi in Aesculapii aede vetere et Ferentarios ascriptos.

§ 58 In Frivolaria:

Ubi rorarii estis? En sunt. Ubi sunt accensi? Ecce.

Rorarii dicti ab rore qui bellum committebant, ideo quod (p. 342 Sp.[1]) ante rorat quam pluit. Accensos ministratores Cato esse scribit; potest id ab arbitrio; nam *adest* ad arbitrium eius cuius minister.

§ 59 Pacuvius:

---

oscam Laetus, osca Turnebus, osca, osca B. — 1 Persa] I, 3, 9. — 3 hoc] LSp, hic libri (*om.* a), et Laetus. — in latina *om.* H. '*fort.* in latina lingua' LSp, *vel* in Latio *ut* § 89 in Graecia. — gratis F, grates a, *corr.* Aldus. — 4 menechmis F. — 5 ad] in Laetus, B. — 10 illum libi ferentarium a ferendo a ferendo F, *nec ceteri mutant, nisi quod non repetunt postrema verba et* illud c̃ tibi p, ibi illum ferrarium b. *ex Trin.* II, 4, 55 *versum supplevit* LSp. — 12 quod non] *add.* LSp. *fort. om.* id. — inanem vulg. *conf.* Bergk Beitr. I, 157 sq. — 13 quod] quod *corr. ex* · quid (*i. e.* qđ *factum ex* qd) F, *unde* quidem p. — 15 aesculapii] G, vulg. esculapii F. — ede F. — adscriptum Ursin. *ap. Sciopp.* '*malim* ferentarii adscriptum' LSp. — 17 rorani F, *corr.* Rholandellus. — est H. — en] an F[1]b, an F[2]H, aut a. — 19 rorani F, *corr.* Rhol. — bellum] '*fort.* proelium' LSp. — ideo] ante ideo Laetus. — 20 pluit] p, pluat b, plusti F, plusti *supra scr.* pluit H. — 21 arbitrio] accio Vertranius, Ursinus, acciendo Müller. *conf.* VI § 89. — adest] *scripsi,* inde libri. nam inde *del.* Müller. — 22 quoius GH. — '*fort.* ministri' LSp. — 23 Pacuuius *hoc loco* F *cum ceteris.*

Cum deum triportenta . . .

In Mercatore: § 60

Non tibi istuc magis dividiaest quam mihi hodie fuit.

Hoc idem est in Corollaria Naevii. Dividia ab dividendo (p. 343 Sp.¹ dicta, quod divisio distractio est doloris; itaque idem in Curculione ait:

Sed quid tibi est? lien enecat, renes dolent,
Pulmones distrahuntur.

In Pagone: § 61

Homo syncerasto periit, pernis, glandio.

Syncerastum est omne edulium antiquo vocabulo graeco. (p. 344 Sp.¹

In Parasito pigro: § 62

Domum ire coepi tramite dextra via.

Trames a transverso dictus.

In Fugitivis: § 63

F. fol. 15 b honos sincerasto

---

1 cum deum *om.* B M. quom (*pro* cum) a. — triportenta. desunt quaedam Scioppius. triportenta in mercatore non tibi in mercatore F *cum omnibus, nisi quod postrema quattuor verba ter repetit* p. Pacuvius deum triportenta in mercatore ponit, idem in mercatore Non tibi Laetus. — 3 dividiae'st Augustinus, diuidia est libri, diuidiae est Plauti libri III, 4, 34 (615). *conf.* Bergk Beiträge I 87. 158. — 5 haec Laetus. — idem est] *scripsi cum* LSp, *qui* idem hoc est *coll.* p. 139, 13, eadem est libri, eadem Bentinus, itidem et Müller. — Nevii Laetus, Neuius F, '*quod servari potest omisso* est' LSp. *ceterum antea* LSp *cogitaverat de* hoc eodem est in Cor. Naevius usus. *conf.* Ritschl Parerg. p. 76. — 6 idem *om.* M, Laetus. — 8 lien enecat b, liene negat F, liene negant H. Plaut. Curc. II, 1, 21. — 9 distrahuntur. parum deest. B. — 10 phagone Pius, Phaone Ladewig, *conf.* Ritschl Parerg. 151, 205, Mus. Rhen. X p. 447 (Opusc. II p. 731). — 11 homo] LSp, honos libri. — sincerasto F. — periit] LSp, perit libri. — glandio] gladios *corr. ex* gradios F, gladios ceteri, *corr.* Pius. — 12 sincerastum F. — medulium F, medulum H, medullum b, medulium *vel* medullium ceteri, *corr.* vulg. omnimodum edulium O. Müller, Aug. Müller p. 68. — greco F. — 14 cepitramite F. tramitis Bothe. '*fort.* coepit' LSp. — dextera G, Bentinus. — 15 trames] M, Laetus, tramis F. — trasuerso M a.

Tergum specta, vide vivices quantas. Iam inspexi quidem [esset].

Vivices al*te* excitatum verberibus corpus.

§ 64 In Cistellaria:

(p. 345 Sp.[1]) Non quasi nunc haec sunt hic limaces lividae.

Limax ab limo, quod ibi vivit.

Diobolares, schoenicolae, miraculae.

Diobolares a binis obolis. Schoenicolae ab schoeno, nuga-(p. 346 Sp.[1]) torio unguento. Miraculae a miris, id est monstris, a quo Accius ait personas distortis oribus deformis Miriones.

§ 65 Ibidem:

Scratiae, scrupipedae, strittabillae, tantulae.

(p. 347 Sp.[1]) Ab excreando Scratiae siccas significat. Scrupipedam Aurelius

---

1 tergum] *scripsi duce* LSp *qui 'fort.* age ergo *vel* a tergo'. agerge F, a grege H, e grege G, age euge B, vulg., age age Scaliger. age respecta Turnebus. — spectaui deuiuices F M V p. uibices B, vulg., *etiam infra.* — 2 quidem] *hoc voluisse vid.* F *in quo est* qđ, *sed in nullo* quidem *scriptum est,* quod b p, quid ceteri. *conf. ad* p. 140, 13. — esset] *del.* LSp, est Scaliger, essent Laetus. — 3 uiuifices p. — alte] LSp, alii libri, Aelius Ursinus, *delet* Turnebus. — 4 Clitellaria Scaliger, Nervolaria Augustinus. — 5 hic *om.* G. hic sunt haec p. — 7 Diouolares F, *corr.* Aldus. *proxima verba tria om.* G H b. — scenicolae F, scenicole V p a, scenicule M, schoeniculae Turnebus. — 8 diouolares sabini sobolis F G H V a p, diouolares tibinis obolis M, *corr.* B, Victorius. — schenicolas *corr. ex* schenicolis *man. ut vid. 2* F, schenicolis G a p, scenicolis M, scernicolae H, schoeniculae Turnebus. — scheno F, sceno M, scerno H. — nucario B, nugario M, Laetus. — 9 nungento F, *corr.* Aldus. — muris H. — mostris a. — 10 distortas F, *corr.* Madvig Advers. I p. 58. Luc. Müller Lucil. p. 306. — 11 ibidem] idem G H. — 12 scratiae] B, *'quod verum videtur'* LSp, scraties F V a p, seraties H, sacratices G, straties M b, scraptae *ap. Non.* p. 169, scrattae *ap. Gell.* 3, 3, scrantiae vulg. *cf.* Ritschl Parerg. 84, 174 sq. — scrupipedae] Müller, ruppę. ides F *et omisso puncto* V p, ruppeides M, ruppe id est a b, ruppae id es H, ruppę id est G, scruppedae B, Aldus, Gellius, Nonius, scrabipedae Loewe Prodr. corp. gloss. p. 281 sq. — strittabillae] rittabillae F (*vel* riatabillae, *simillima enim sunt* r *et* t), rittabile V, ritabile G H a b, rictabile p, ruttabile M, strittivillae Gellius, strictivellae Nonius, stritabillae vulg. titubillae Groth. — tantalae b, sordidae Gellius, Nonius, edentulae Loewe. — 13 ab excreando F, ab exercendo H, ab screando vulg. *exspectamus aut* scratiae ab screando, scratiae s. sig. *aut* scratiae ab screando s. sig. — scratiae] B, scraties F, stracies b. — siccas significat] LSp, sic assig-

scribit a scauripeda; Iuventius comicus dicebat a vermiculo piloso, qui solet esse in fronde cum multis pedibus; Valerius a pede ac scrupea. Ex eo Acci positum curiosa; itaque est in Melanippa:

Reicis abste religionem, scrupeam imponas.

Strittabillae a strettillando; strittare ab eo qui sistit aegre. (p. 348 Sp.¹)

In Astraba: § 66

Axitiosae annonam caram e vili concinnant viris.

Ideo in Sitellitergo idem ait:

mulier es uxorcula;
Ut ego novi, scio axitiosam. (p. 349 Sp.¹)

Sic Claudius scribit axitiosas demonstrari consupplicatrices.

---

nificat F, sic a significata GHb, sic ad significata a. hic *pro* sic Müller. — scrupipedam] scruppidam F, scrupidam Hb, scrupeda B. — 1 a scauripeda] auscauripeda FHVp, auscaripeda GM, auscaripedia a, *om.* b, auscaripedam vulg., a scauro pede Turnebus, ab scauripeda Bothe. — 2 cum multis] cumulatis MB, Laetus. — 3 accii Ga. — 4 melanippa] FVp, menalippa GHMb, pena lippa a. — 5 rejicies H, reiices G. — scruppeam F, strupeam V, scrupeam ceteri. — imponam b, impones B. ut scrupeam imponas tibi Müller. *interrogationis signum posuit* Ribbeck tr. fr. Att. v. 430. — 6 strittabillae] *vel* stritabillae LSp, strittabillas FHMV, strictabillas p, stritabilas G, strutabillas a, scrutabillas b. — a strettillando] FV *et uno* t Ga, a strectillando p, a strittillando M, attrectando H, a scrutillando b, a scrittiando B, Laetus, a stritilando Rholand. titubillas a titubando, titubare ab eo qui Groth. — strittare] FMVa, stritare GH vulg., strictae p, sctar b. — sistit] strittit a. — egre F. — 7 astriba F, *vel sic vel* ascriba ceteri, *corr.* Aldus. — 8 axitiosae] Aldus, ac sitiose FGHMVp, exitiose a, actiose B, axiosae Salmas. hist. aug. p. 486. '*fort.* actiosae *et similiter infra*' LSp. — caram *om.* M, Laetus B. — vili] uilli GH, uilii a. — concinnat M *et uno* n Laetus, concinna vulg. *ex* B. — 9 ideo] idem G, itidem Müller. — sitelli tergo FGap *et coniuncta* BHMb. *conf.* Ritschl Parerg. p. 150. — 10 uxorcula ut] *scripsi*, uxorculauit libri, uxor culauit M, mulier es, uxor, cuiam te Turnebus, mulier es, uxor. Cuia vir? Scaliger *et qui* vis? *scripsit* Müller. mulier es, uxor, celabis, te ego novi (novi ego te) scio axitiosam Ritschl Mus. Rhen. X, 446 (Opusc. II, 730). '*fort.* mulieres uxor oculavit, ego novi, scio actiosam. Claudius' LSp. *alterius versus hi sunt numeri:* 'Ut ego novi scio áxitiosam *quorum similes apud Plautum.* — 11 axitiosam] ac sitio aquam FGHVp, ac scio aquam GMb, axitio aquam a, actiosas quae B vulg. — 12 sic] *abest infra* § 70. *conf.* Ritschl Parerg. 242, Opusc. II p. 731. — actiosas vulg. *ex* B. demonstrari . . axitiosas *om.* H. — cum supplicatrices Vp. *cf.* Ritschl Parerg. p. 243 adn.

[ab agendo axitiosas] Ut ab una faciendo Factiosae, sic ab una agendo Actiosae dictae.

§ 67 In Cesistione:

De stribulo aut de lumbo obscoena viscera.

(p. 350 Sp.[1]) Stribula, ut Opilius scribit, circum coxendices sunt bovis; id graecum est ab eius loci versura.

§ 68 In Nervolaria:

Scobina ego illunc actutum adrasi senem.

Scobinam a scobe; lima enim materiae fabrilis est.

§ 69 In Poenulo:

Vinceretis cervum cursu vel gralatorem gradu.

Gralator a gradu magno dictus.

§ 70 In Truculento:

Sine virtute argutum civem mihi habeam pro praefica

(p. 351 Sp.[1]) [*Praefica*] dicta, ut Aurelius scribit, mulier, ab luco quae conduceret quae ante domum mortui laudis eius canerent.

---

1 ab agendo axitiosas] *ex marg. illata esse censeo.* agendo] ageno Vp. — faciend F, faciundo GH. — 2 actiosae libri *hoc loco,* actiosae et axitiosae Müller. *fort.* axitiosae. — sic . . actiosae *om.* a. — 3 cestione M, Laetus. *conf.* Ritschl Parerg. p. 150. — 4 de stribulo] LSp, de stribula Turnebus, distribula FGHMVa, deisc[l]bula b, da stribula Müller. — aut] ut F, *corr.* Scioppius. — obscoena viscera stribula] Müller, obsc[o]enab[v]is cerastribula F *nec mutant ceteri nisi quod* obscenabis GH, obscoenabis Vap, obcenabis M, obseruabis b, *sed in nullo illud* v *legitur.* — 5 coxa indices F, *corr.* Aldus. — bovis] uobis F. nouis M, nobis Laetus, *corr.* Scioppius. — 6 grecum F. — 7 in eruolaria F, *corr.* Aldus. — 8 scobina] Scioppius, scobinam libri. *produci mediam syllabam* scobīna *iam* Lachm. ad Lucr. III v. 790 *statuit.* — illunc] *scripsi,* illum libri. illum actutum *medio vocabulo eraso* p. — senem] Lachmann (*qui* scobina ni ego illum actutum adraso senem), enim libri. adraserim *pro* adrasi enim Müller. — 9 scobinam libri, *fort. ferendum,* scobina Scioppius. — materiae] *scripsi,* materia libri. — 10 penulo F. — 11 circum curso F, *corr.* Aldus *ex* Plaut. Poen. III, 1, 27. — vel] ut F, ut a. — gradum F, *corr.* Aldus *ex Plauto.* — 14 pro prefica dicta F, pro praefica praefica dicta B, Aldus. *conf.* Plaut. Truc. II, 6, 14. — 16 ab luco F, ab luto p, ab luctu Rholand. *cum* B. ad luctum Turnebus. *intellige* ab luco Veneris Libitinae. *cf.* Dion. Halic. IV, 15 Ἀφροδίτης ἐν ἄλσει. — 17 conduceret . . canerent] *scripsi,* conduceretur . . caneret libri. — laudes G Laetus.

Hoc factitatum Aristoteles scribit in libro qui inscribitur *νόμιμα βαρβαρικά*, quibus testimonium est, quod *fretum est Naevii:

Haec quidem hercle, opinor, praefica est; nam
mortuum collaudat.

Claudius scribit, quae praeficeretur ancillis, quemadmodum (p. 352 Sp.[1]) lamentarentur, praefica est dicta. utrumque ostendit a praefectione Praeficam dictam.

Apud Ennium: § 71

decem Coclites quas montibus summis
Ripeis fodere.

ab oculo Cocles ut ocles dictus qui unum haberet oculum; quocirca in Curculione est:

De Coclitum prosapia [*te*] esse arbitror;
Nam hi sunt unoculi.

4. Nunc de temporibus dicam. Quod est apud Cassium: § 72

Nocte intempesta nostram devenit domum, (p. 353 Sp.[1])

Intempesta nox dicta ab tempestate, Tempestas ab tempore; nox intempesta quo tempore nihil agitur.

Quid noctis videtur in altisono § 73
Caeli clipeo? Temo superat [stellas]
Sublime augens etiam atque etiam
Noctis iter.

---

1 scribitur F, *corr.* vulg. *ex* B. *conf.* Lachm. ad Lucr. p. 232. — nomina barbarica F, *corr.* Turnebus, Nunnesius ad Arist. vit. § 44. — 2 fretum] tritum Bücheler, facetum *vel* facete dictum Ribbeck com. f.[2] Naev. 129. Quadrigeminis (*pro* quod fretum est) Müller, quod affert idem Ritschl Parerg. p. 98. — 3 neuii F, Nevius Laetus. — 4 nam] quae sic Paul. Fest. p. 223 M., quasi Ribbeck. — 5 mortuus M, mortuos Laetus. *versus est tetram. iamb. cuius ab initio pro* Haec quídem hĕrcle *scrib. erit* Equidem hércle. *aliter* Ritschl Parerg. p. 98 adn. — 6 proficisceretur GH. — 10 quas] quos Aldus, ques Scaliger, quis Vahlen p. 162, queis Ritschl Opusc. II p. 515. *fort.* vas *scil. plenum auri Gryphibus erepti. de Coclitibus cf.* Herodoti III, 116, Plin. VII, 2 *al.* — 11 ripe is V, ripheis b. — fodere] a, foedere GH, federe F, sedere Aldus. — 14 coculitum Ritschl Opusc. II p. 515, 587, Ribbeck, Goetz *apud* Plaut. Curc. III, 1, 23. — te] *add.* vulg. *ex Plauto.* — 15 hi *om.* V, Laetus. — 16 Cassium] C. Actium Turnebus. *conf.* Ribb. tr. fr.[2] Att. praet. 41 p. 285. *vid. supra* VI § 7. — 18 nox *fort. del.* — 19 nichil F. — 21 stellas] *delevi cum* Hermanno. — 22 augens]

(p. 354 Sp.[1]) hic multam noctem ostendere volt a temonis motu; sed Temo unde et cur dicatur, latet. Arbitror antiquos rusticos primum notasse quaedam in caelo signa quae praeter alia erant insignia atque ad aliquem usum culturae [tempus designandum]
§ 74 convenire animadvertebantur. Eius signa sunt, quod has septem stellas Graeci ut Omerus vocant ἄμαξαν et propinquum eius signum *βοώτην*, nostri eas septem stellas *tri*ones et temonem et prope eas axem; Triones enim et boves ap-
(p. 355 Sp.[1]) pellantur a bubulcis etiam nunc maxime cum arant terram; e quis ut dicti valentes Glebarii qui facile proscindunt glebas, sic omnes qui terram arabant a terra Terriones, unde Triones
§ 75 ut dicerentur de tritu. Temo dictus a tenendo; is enim continet iugum et plaustrum, appellatum a parte totum ut multa. Possunt triones dicti, VII quod ita sitae stellae, ut ternae trigona faciant aliqu*em*.

---

scripsi, agens F, cogens M, Laetus. cogens sublime Scaliger, Hermann, noctis cogens iter Bergk. '*fort.* agens *post* iter *ponendum, nisi* sublimis agens *praestat quod Turnebus coniecit*' LSp. *conf.* Vahlen p. 120, Ribbeck tr. fr.[2] Enn. 177 sq. Coroll. p. XXV. — 1 a *om.* GHab. — 2 antiquos *om.* p. — 3 quae praeter alia erant insignia *supra versum post* signa *addita in* F *m. pr. om.* H. — 4 aliquem usum *om.* Scioppius. — ut culturae Müller. — ad tempus Turnebus. *sic interpunxit* LSp: 'ad aliquem usum, culturae tempus, designandum.' *ego seiunxi* tempus designandum, *instrumenta rustica usu culturae significari ratus. de del. verbis* culturae tempus *olim cogitaverat* LSp. *licet etiam* insignia ad tempus designandum atque ad aliq. usum culturae convenire animadvertebantur. — 5 eius] '*fort.* eiusmodi' LSp. — quod *om.* M, Laetus. — 6 omerus *sic* F. — uocat FGHVp. — ΑΜΑΣΑΝ F, ΑΝΛCΑΝ M, *lacuna in* Vp. — propinquum *corr. ex* propinquam *ut vid.* F, propinquãt Vp. — 7 eius] ei Vp (*compendium in* F), equi M, Laetus. — ΒΟΟΤϾΜ ''signum F, *graeca vocab. om.* GVp, *βοοτεν* ceteri. — triones] LSp (*hoc ordine* eas stellas septem triones), boues libri. — 8 et (*ante* boves) *del.* Scioppius. — 9 maxume quom H. — 11 oms F. — unde triones *om.* Vp, ut dicerentur de tritu *om.* G. — 12 de tritu] a detritu B vulg., E detrito Augustinus, ER detritum Turnebus; *exspecto* a terra terenda teriones, unde triones dicti E extrito. — 13 iugum. Et] *interpunctionem correxerunt* Christ Philol. XVI, p. 451, LSp. — a parte] apte FM. — 14 dici vulg. — terna vulg. — 15 faciant tria Bergk. — aliquem] *scripsi,* aliquod libri (aliquot Ga), *quod proximis verbis addebatur. conf.* VI § 6 p. 75, 1. albicat Bücheler *ap.* Ribb. tr. fr.[2] Coroll. p. XXXV. *de* Apud Ennium quod est *vel* faciant. alii quod ** Lumen *olim cogitaverat* LSp.

Lumen iubare in caelo cerno. § 76

Iubar dicitur stella lucifer, quae in summo quod habet lumen (p. 356 Sp.¹) diffusum, ut leo in capite iubam. Huius ortus significat circiter esse extremam noctem. Itaque ait Pacuius:

Exorto iubare, noctis decurso itinere.

Apud Plautum in Parasito Pigro: § 77

Inde hic bene potus primulo crepusculo

Crepusculum ab Savinis, et id dubium tempus noctis an diei sit. itaque in Condalio est:

Tam crepusculo fere ut amant lampades ac- (p. 357 Sp.¹)
cendite.

ideo dubiae res Creperae dictae.

In Trinummo: § 78

Concubium sit noctis priusquam [*ad*] postremum perveneris.

Concubium a concubitu dormiendi causa dictum.

In Asinaria: § 79

Videbitur, factum volo, redito conticinio.

putem a conticiscendo conticinium, sive, ut Opilius scribit, ab (p. 358 Sp.¹) eo cum conticuerunt homines.

---

1 iubar. ne F, iubarve vulg. iubare *scripsi ut supra* p. 75, 1. — 2 quae quase Lachm. ad Lucr. II, 291. *olim. del.* LSp. quod *fort. signif.* aliquod. — 3 iuba H. '*fort.* iubam, iubar, *nisi supra scrib.* lucifera in' LSp. — 4 pacuius F, pacuuis p, pacuuius ceteri. — 7 bene potus] de nepotus F, *corr.* Pius. — primulo] Scaliger, primo libri. *conf.* Ritschl Op. II, 276. *etiam* Plaut. Cas. prol. 40 primulo crepusculo *scribe, ubi* primo *libri.* — 8 crepusculum dictum Laetus. — sauinis FMVp. — et] quod Müller. — 10 tam] tūc V, tua p. — ament Laetus. — lampadas p, Laetus. accendere vulg. — 12 dubiae res] ubi heres FMVp, ú hęç res G, ubi hae res Ha, *corr.* Laetus. — 14 ad postremum] Plauti libri, postremum Varronis. — 18 redito] *supra* VI § 7 p. 75, 9, ad reditum FMaB, ad redditum Hp, at reddito G, at redito Rholandellus, reddito b. redito huc Plauti libri III, 3, 95. i redito Augustinus. — conticinno : putem F *et omissis duobus punctis* ceteri. — conticinio, conticinium puto Laetus. — 19 conticinnam F *cum ceteris praeter* GH. — sive] quod Reiter p. 93 sq. — 20 cum] '*fort.* quod tum' LSp. — conticuerunt] tacuerunt MV. — homines] '*fort.* omnes' LSp. Christ Philol. XVII p. 60. LSp XVII p. 303. *his addit* Scioppius *ea quae infra* § 83 apud Accium . . dictae *scripta sunt de Aurora.*

§ 80 5. Nunc de his rebus quae assignificant aliquod tempus, cum dicuntur aut fiunt, dicam.

Apud Accium:

Reciproca tendens nervo equino concita
Tela.

Reciproca est cum, unde quid profectum, redit eo; ab recipere Reciprocare fictum, aut quod poscere Procare dictum.

§ 81 (p. 359 Sp.[1]) Apud Plautum:

Ut transversus, non proversus cedit quasi cancer solet!

dicitur ab eo qui in id quo *it* est versus, et ideo qui exit in vestibulum, quod est ante domum, prodire et procedere; quod cum leno non faceret, sed secundum parietem transversus iret, dixit ut transversus cedit quasi cancer, non proversus ut homo.

§ 82 (p. 360 Sp.[1]) Apud Ennium:

Andromachae nomen qui indidit, recte [ei] indidit.

item:

Quapropter Parim pastores nunc Alexandrum vocant.

imitari dum voluit Euripeden et ponere ἔτυμον, est lapsus; nam Euripedes quod graeca posuit, ἔτυμα sunt aperta. Ille

---

6 recipere] '*fort.* reciproca' Stünkel p. 14. — 7 aut] '*fort.* ut' LSp. — progare Hb, prorogare ceteri, *corr.* Aldus *cum* B. — 9 ut] aut FMVbp Laetus. — transversus] vulg., transuersum libri. occidens versum M, Laetus *et qui* versus *scribit* B. — non prorsus verum ex transverso Plauti libri Pseud. IV, 1, 45. *conf.* Bergk Beiträge I, 158. — 11 dicitur] *post hoc* proversus *addit* Müller, *post* versus LSp, *post* solet LSp *antea.* — ab eo] *scil. a Pseudolo vel Plauto, si sana sunt verba.* — qui] quod Ma, Laetus. — in id] F, id V, it in id Vertranius. — quo it] Müller, Ritschl ad Pseud. 955, quod libri. ab eo quod in id, quod est ante, est versus Christ Philol. XVI p. 456. *cf.* LSp XVII p. 292. *Christii coniectura sic uti licet:* qui in id, quod est ante, versus, proversus. '*fort.* dicitur qui init quod est versus proversus et ideo' LSp. — 13 lemo F, lenio Laetus, *corr.* Aldus. — transuersum iret p. — 17 ei] *om.* vulg. — 22 uolunt F, *corr.* Aldus. — euripeden F, euripedem Vp. Euripeden *ferendum putavi. de graec. vocab. declinatione conf.* Aug. Müller p. 32 sq, *de* e *pro* i *posito ibid.* p. 4 sq, Schuchardt Vocal. II ab init. — 23 euripedes Fp. '*fort.*

ait ideo nomen additum Andromachae, quod ἀνδρὶ μάχεται; (p. 361 Sp.[1]) hoc Ennii quis potest intellegere inversum significare **Andromachae nomen qui indidit recte indidit** aut Alexandrum ab eo appellatum, in Graecia qui Paris fuisset, a quo Herculem quoque cognominatum Alexicacon, ab eo quod defensor esset hominum?

Apud Accium: § 83

Iamque auroram rutilare procul
Cerno.

Aurora dicitur ante solis ortum, ab eo quod ab igni solis tum aureo aer aurescit. Quod addit Rutilare, est ab eodem colore; aurei enim [*nummi*] Rutili, et inde [enim] mulieres valde rufae Rutilae dictae.

Apud Terentium: § 84

Scortatur, potat, olet unguenta de meo. (p. 362 Sp.[1])

Scortari est saepius meretriculam ducere, quae dicta a pelle; id enim non solum antiqui dicebant Scortum, sed etiam nunc dicimus Scortea ea quae e corio ac pellibus sunt facta; in aliquot sacris ac sacellis scriptum habemus:

NE QUOD SCORTEUM ADHIBEATUR

ideo ne morticinum quid adsit. In Atellanis licet animadvertere rusticos dicere se adduxisse pro scorto Pelliculam.

Apud Accium: § 85 (p. 363 Sp.[1])

Euripidis' LSp. — 1 additum] inditum Victorius. '*fort.* datum' LSp. — andromache F. — ἀνδρὶ μάχεται] andromachete F, andromache GH, *corr.* Aldus. — 2 inversum] uersum H, in versu Turnebus, viro adversam Müller. inversum significare *om.* Scioppius. versu significari Bergk Ann. phil. CI p. 830. '*fort.* Ennium . . in versu *vel* in versu significarei' LSp. — 4 *interpunxi post* appellatum, *post* Graecia *vulgo.* — 5 cognomentum H, nominatum Laetus. — ἀλεξίκακον vulg., alexicaton M, Laetus, alexicatem G. — depulsor esset ominum Scioppius. — 9 *aut a* cerno *novus incipit dimet. anap. aut a* rutilare. — 11 aurescat GHab. — addidit a. — 12 nummi] *add.* LSp. — enim] *del.* LSp, etiam Laetus. et indidem LSp *olim,* Christ. — 14 Terentium] Adelph. I, 2, 37 *ubi non* scortatur *sed* obsonat *in libris est.* — 15 unguentum M, Laetus. — 16 sepius F. — quae scortum dicta Ursinus, Scioppius. — 18 a corio HV. — in] inde in Aldus. — 19 aliquod *corr. ex* aliquot F. — ac sacellis ac sacellis F. — 20 ne quid H (?) Aldus, neque M, Laetus, B. — 21 *verba* ideo . . adsit *quae titulo addebantur, Varronis esse vidit* Christ. — 22 se] secum B.

multis nomen
Vestrum numenque ciendo.

Numen dicunt esse imperium, dictum ab nutu, [*quod cuius ad nutum*] omnia *f*iunt, eius imperium maximum esse videatur; itaque in Iove hoc et Homerus et *Enn*ius aliquotiens.

§ 86 Apud Plautum:

*N*isi unum epityrum estur insane bene.

p. 364 Sp.[1]) Epityrum vocabulum est cibi, quo frequentius Sicilia quam Italia usa. Id vehementer cum vellet dicere, dixit Insane, quod faciant insani omnia vehementer.

§ 87 Apud Pacuium:

Flexanima tamquam [*lymphata aut Bacchi sacris Commota*].

Lymphata dicta a lympha; [*lympha*] a Nympha, ut quod apud Graecos Θέτις, apud Ennium:

Thelis illi mater.

---

1 nomen] numen GH. — 2 numenque] numerique FV, minimique a, muneique p. *conf.* Ribbeck tr. fr. Att. v. 691. — 3 nutu quod cuius ad nutum omnia fiunt] *scripsi aliorum maxime conaminibus usus,* nutu omnia sunt libri. nutu quod cuius nutu omnia sunt Lachm. ad Lucr. II, 632, nutu quia cuius in nutu omnia sunt videtur *vel* videatur Madvig Adv. II, 173, nutu, numina sunt quoius imperium Müller, nutu ut cuius nutu omnia fiunt LSp. — 4 omnia mundi sunt p. — eius imperium] eius et est in Alemania imperium ab antiquissimo tempore. imperium V, eius ut imperium B, eius cuius imperium Aldus. — videatur et mundi dominus itaque p. — 5 Ennius] LSp, alius libri, Livius Aldus (*qui praeponit* aliquoties), annalis Lachm. ad Lucr. l. c. — 7 nisi] Plautus Mil. gl. 24, si Varronis libri, *nisi quod* sumum p, summum V *pro* si unum. — epityrum] Aldus *ex Plauto,* epityra B, epytira FGMVap, epitira H, epithira b. *conf.* Ritschl Opusc. III p. 789—93. — estur] b, Laetus *cum* B, estuer FMVa, aestuer GH, edam Aldus. — 8 epityrum] Aldus, epytirum FGMVa, epitium p, epithirum b, epitirum Laetus. — 9 id] id edi Müller. — 10 faciunt GHb, Groth. faciunt omnia Laetus. — 11 pacuium F, pacuum p, pacuuium ceteri. — 12 flex animat aquam F, *corr.* vulg. — lymphata .. commoto *ex* Cicerone de div. 1, 80 *suppleta cuius veteres libri* flexa anima *praebent. conf.* Ribb. tr. fr. v. 422. ut Bacchis sacris Commotis stimulis Bergk Opusc. I, p. 683. — 14 limphata F. — a limpha animpha F, a limpha Nimpha Laetus, *bis posito* lympha *corr.* LSp. — 15 grecos THETIC F. — 16 Thelis] thetis F, *corr.* Turnebus. *conf.* Bergk Philol. XXXIII, 155.

In Graecia commota mente quos λυμφολήπτους appellant, ab (p. 365 Sp.[1])
eo Lymphatos dixerunt nostri. Bacchi, et Liber, cuius comites
Bacchae, et vinum in Hispania Bacca. Origo in his omni- § 88
bus graeca, ut quod apud Pacuium:

Alcyonis ritu litus pervolgans feror.

haec enim avis graece dicitur ἀλκυών, nostri nunc Alcedo; (p. 366 Sp.[1])
haec hieme quod pullos dicitur tranquillo mari facere, eos
dies Alcyonios appellant. Quod est in versu alcyonis Ritu,
id est eius instituto, ut cum aruspex praecipit, ut suo quisque
ritu sacrificium faciat, et nos dicimus XV viros graeco ritu
sacra, non romano facere. Quod enim fit rite, id ratum ac
rectum est; ab eo Accius

recte perfectis sacris

volt accipi [*rite*].

Apud Ennium: § 89

Si voles advortere animum, comiter mon- (p. 367 Sp.[1])
strabitur.

Comiter hilare ac lubenter, cuius origo graeca κῶμος, inde Comisatio latine dicta et in Graecia, ut quidam scribunt, κωμῳδία.

F. fol. 16 b mari facere

---

1 grecia F. — quos] qī G, *om.* Scioppius. '*fort.* quod' LSp. — lympholemptus F, *in quo dubito an lateat νυμφολάμπτους forma Ionica.* lympholentus G H M *et cum* i V p, limpholentos a b, *corr.* Victorius, vulg. — 2 dixerunt *om.* b. — bachi F. — et] e b, est Turnebus. '*fort.* Bacchei' LSp. *recte opinor* Bacchei, Liberei. — bacchae] abache F V b p, abacche G a, a Bacchae H. '*fort.* a Baccho Bacchae' LSp. — 3 baccha Aldus. — in] '*fort. del.*' LSp. — 4 greca F. — pacuium pacuium *priore deleto* F, pacuium p, pacuuium ceteri. — 5 alcionis F, alcyonis alii, halcyonis Aldus. — peruolans a, Hadr. Junius. — feror] Turnebus, Victorius, furor libri. — 6 alcyon F, αλκύον H, ἄλκυοy a, *lacuna in* G, ἀλκυών Aldus. — nostri] a nostris M, Laetus. — nunc] *quod libri habent post* avis *huc traieci.* — halcedo Aldus. — 8 alcyonios] alciona F, *alii cum* y, alcionas b, *corr.* Laetus. — alcyonis] *ut supra.* — 10 XV] XU F (*i. e.* XV, *non* XII), duodecim G, XII *plerique.* — greco F. — 11 enim] autem Christ, '*fort.* vero' LSp. — rite] ritu p. — ac] et G H p. — 13 recte] rite Augustinus. — 14 volt accipi *Varronis, non Accii verba esse intellexit* C. L. Roth Philol. XVII p. 175. — rite] *addidi, om.* libri. — 16 animum *om.* M B, Laetus. — 18 greca F. — comos F, como p, κόμος a *et omisso accentu* H, *corr.* Aldus. — 19 comissatio p, comessatio G. —

§ 90 Apud Atilium:

Cape, caede, Lyde, come, conde.

(p. 368 Sp.[1]) Cape, unde accipe; sed hoc in proximo libro retractandum.

§ 91 Apud Pacuium:

nulla res
Neque cicurare neque mederi potis est neque [*rem*] reficere.

Cicurare mansuefacere; quod enim a fero discretum, id dicitur Cicur, et ideo dictum Cicur ingenium optineo mansuetum; a quo Veturii quoque nobiles cognominati Cicurini. Natum a cicco Cicur videtur. Ciccum dicebant membranam tenuem, quae est ut in malo Punico discrimen; a quo etiam Plautus dicit:

Quod volt densum, ciccum non interduo.

(p. 369 Sp.[1]) Apud Naevium:

§ 92 Circumveniri videor ferme iniuria.

Ferme dicitur quod nunc Fere; utrumque dictum a ferendo, quod id quod fertur est in motu atque adventat.

---

scribunt] dicunt GH Laetus. — comodia] Müller, comodiam FMVap, comoediam GHb, comoedia vulg. — 1 attilium a, acilium GpB, aticilium M, Laetus, accelium b, Caecilium Scioppius. — 2 cede F. — Lyde] vulg., lide libri. *conf.* Lachm. ad Lucr. p. 324. — conde] crede M, Laetus, tunde Turnebus. Ribb. *com. fr.*[2] Atil. 4 p. 33. — 3 proxumo G. — retractandum] '*non est retractatum neque ibi retractandi locus erat. an* in proximis libris?' LSp. *sic etiam* Wilmanns p. 30. — 4 pacuium F, pacuuī p, pacuuium ceteri. — 6 mederier Scaliger. — potest (is) F. — nulla res Nec Lachmann, Ribb. tr. fr. Pac. v. 388. — 7 rem reficere] *scripsi,* reficere libri, refingere Lachm., refigere Ribbeck. — 8 cicorare FVp. — afero afero F. — 9 cicuret ideo F, et *om.* G. — 10 cicurini] vulg., Groth *coll.* Corp. inscr. lat. p. 630, cicuri F, cicurii M, Laetus. — 11 natum] LSp, Groth, innatum F, id natum Vp vulg., hinc natum Müller. — cicur videtur] cicur[e] uuidetur F (*deletis* [eu]), cicurum uidetur Vp, cicure uidetur GHab, cicur ludetur M, cicur Laetus, *om.* vulg. — ciccum] F[2] *cum ceteris,* ciccur F[1]. — 13 dicit *om.* H. — 14 uult V, uolet M, Laetus. — densum] elenchum Müller. *Plautinum fuisse potest:* Quod volt, quod non volt, ciccum non interduo. — interduo] intus duo H. *conf.* Plaut. Rud. II, 7, 22. — 15 neuium F. — circumveniri videor] Ribbeck *proposuit* tr. fr. Naev. v. 59, ciccum uenire uideo libri (cictum M, eccum vulg.).

Apud Plautum: § 93

Euax, iurgio [*hercle*] uxorem tandem abegi
a ianua.

Euax verbum nihil significat, sed effutitum naturaliter est, ut apud Ennium:

Hehae, (p. 370 Sp.[1])
Ipse clipeus cecidit?

Apud Ennium:

Eu, mea puella, [*e*] spe quidem id successit tibi.

Apud Pompilium:

Heu, qua me causa, fortuna, infeste premis?

quod ait Iurgio, id est litibus; itaque quibus res erat in controversia, ea vocabatur Lis; ideo in actionibus videmus dici quam rem sive me litem dicere oportet. ex quo (p. 371 Sp.[1]) licet videre Iurgare esse ab iure dictum, cum quis iure litigaret; ab quo Obiurgat is qui id facit iuste.

Apud Lucilium: § 94

Atque aliquos ibi ab rebus clepsere foro qui

---

2 uxorem tandem] Varronis libri, hercle tandem uxorem Plauti Men. v. 127. — abegi a ianua] ab regia ianua F, *corr.* Aldus ab *scribens cum Plauti libris.* — 4 nichil F. — significans G. — effutitium GH, Rholandellus. — 6 hehae F, hehe GMVp, *quod vocabulum cum nusquam traditum sit,* hahae *scrib. esse censeo. post* cecidit *interrogandi signum posui, ex comoedia dempta esse ratus eius hominis verba qui ridens militi respondeat. aliter* Ribbeck. tr. fr. Enn. 333. — 8 Ennium] Naevium vulg. *ex* B. *probat* Luc. Müller Philol. XXXX p. 102, *versum ad comoediam referens.* — 9 eu] Ribbeck tr. fr. Enn. v. 402, hau b, heu F *cum ceteris,* eheu vulg. — e spe] Ribb., spe F *cum aliis,* saepe H, sepe b, spei Müller '*fort.* specie is' LSp. — equidem] *scripsi, idem suadet* Luc. Müller, quidem libri. *licet etiam* quom. — id] is vulg. *ex* B. id quidem C. F. W. Müller prosod. Plaut. p. 329. — successit] Müller, succenset F, succensit H, succenses b. — 10 Pompilium] *conf.* Havet Revue de phil. VII (1883) p. 193. — 11 infesta B, Aldus. — promis Fp. — 13 ea] et Vp. — 14 me litem] Victorius, mi litem C. F. W. Müller progr. gymn. Berol. 1871 p. 16, Reiter p. 91 adn. 3, militem F *cum ceteris,* litem Aldus. '*fort.* sive stlitem' LSp. — 16 obiurgatis is FVap (*sed in* F *deleto priore* is), obiurgatus is b. — facit id a. — iniuste Christ. — 17 Lucilium] lucretium F, *corr.* Vertranius, Scaliger. — 18 obliquos *pro* aliquos V. — ibi] ibus Scaliger, Luc. Müller Lucil. l. inc. 114. — a rebus a. — clepessere H. —

Clepsere dixit, unde etiam alii Clepere, id est corripere, quorum origo a clam, ut sit dictum clapere, unde clepere E ex A commutato ut multa. potest vel a graeco dictum κλέπτειν Clepere.

§ 95 Apud Matium:

(p. 372 Sp.[1]) Corpora Graiorum maerebar mandier igni.

dictum Mandier a mandendo, unde Manducari, a quo et in Atellanis obesum vocant Manducum.

§ 96 Apud Matium:

Obscaeni interpres funestique ominis auctor.

Obscaenum dictum ab scaena; ea*m* ut Graeci [aut] Accius scribit scena. in pluribus verbis A ante E alii ponunt, alii (p. 373 Sp.[1]) non, ut quod partim dicunt [*Scaeptrum, partim*] Sceptrum, alii Plauti Faeneratricem, alii Feneratricem; sic Faenisicia

---

foroque Scaliger. *licet suspicari* Atque aliquo se illi ab rebus clepsere foroque (se clepere *est apud* Varr. sat. Men. 342 *et* Sen. Med. 156). — 1 clepessere H. — 2 a clam] '*fort.* clam' LSp. — unde clepere *om.* Vp Laetus. — E ex A commutato] LSp, et ex ea commutatio libri (ex *om.* b, commutā p), et ex E A commutato vulg. — 3 agreco F. — κλέπτειν] cleptin F, *graecum verbum* in H a. — 4 clepere *om.* Laetus. — 5 Matium] Marcjum H, Mantium G, mācium b, Martium vatem B. — 6 merebar F, mirabar b, maerebant Scaliger, maerebat Müller. — 7 '*fort.* mandier dictum' LSp. *sed conf. supra ad* p. 45, 5. — a quo et] LSp, et a quo libri, et *om.* Laetus. *praeterea* manducarier a quo *proposuerat* LSp. — 8 obesum] LSp, ad obsenum F V a p, ad obscoenum H *et cum* e *pro* oe G M, obscenum b, obsonium Laetus, apud Dossenum Müller. — 9 mantium G, maccium M, marcium a, martium vatem B. — 10 obsceni F. — ominis] oms F, omnis H, omnes ceteri, *corr.* vulg. — 11 obscenum F. — scena F. — eam ut Graeci Accius] *scripsi cum* LSp, ea ut graeci (*vel* greci) aut accius libri, *nisi quod* et (*pro* ea) V p *et* Decius (*pro* accius) H. — 12 scaena F (*aliter* Lagomarsini *ap. Lachm. ad Lucr. p.* 218), scęna G M V p. ea, ut Graeci, σκηνή, ut Accius scribit scaenam Lachm. l. c. '*fort.* scaena, aut graece ut Accius scribit, scena *vel* eam ut Graeci Accius' LSp. Apuleius de orthogr. p. 132 Os.: Verum de huiusmodi scribit Varro exstitisse variam veterum opinionem, aliis scena per e simplicem sicut apud Graecos scribendum asseverantibus, aliis in signum productionis per ae esse notandum, et sic in ceteris huiusmodi, quod nobis rectius videtur. *vid.* V, 97 p. 40, 6. — 13 scaeptrum partim] *addit* B, sceptrum, partim scaeptrum Laetus. — 14 Plauti *om.* Laetus. — feneratricem (a *suprascr.*) F, *ceteri* ae *scribunt.* — feneratricem (o *suprascr.*) F, *ceteri* oe, *corr.* Laetus. alii fenus alii foenus

ac Fenisicia, ac rustici pappum Mesium, non Maesium, a quo Lucilius scribit:

Cecilius [*Pretor*] ne rusticus fiat.

quare turpe ideo obscaenum, quod nisi in scaena palam dici non debet. Potest vel ab eo quod pueris turpicula res in § 97
collo quaedam suspenditur, ne quid obsit, bonae scaevae (p. 374 Sp.[1])
causa Scaevola appellata. Ea dicta ab scaeva, id est sinistra, quod quae sinistra sunt bona auspicia existimantur; a quo dicitur comitia aliudve quid; sic dicta avis, sinistra quae nunc est. id a graeco est, quod hi sinistram vocant *σκαιάν;*
quare quod dixit Obscaenum Omen, est omen turpe, quod (p. 375 Sp.[1])
unde [id] dicitur, Osmen, e quo S extritum.

B, *item sed* faenus *et* fenus vulg. — 1 f^{a}enisicia F, *ceteri* ae. — foenisicia F, *corr.* Laetus. — mesium] Laetus, maesium F. — non maesium] LSp *olim,* non moesium F, non mesum Rholandellus. — 3 cecilius F, caecilius Aldus. Diomed. p. 452 K.: 'ut si detracta a littera pretor dicamus, ut Lucilius pretor ne rusticus fiat', *ex quo* Caecilius praetor Scaliger, Cecilius pretor Müller, Luc. Müller p. 45. pretor *om.* libri. — 4 turpe *om.* Scioppius. '*fort.* turpe obscaenum ideo' LSp. — obscaenum] obserroum FHp, obserreum V, obscerrum G, obscenum a, obsedum M, Laetus, obscoenum Bentinus. — in scaenam F, *corr.* Aldus, ob scaenam Lachmann. — 5 debet] dedet Fp. '*an* decet?' LSp. — quod ab eo a. — pueris] puerilis FGHVabp, *sed in* F *erasum* l, pueri is M, *corr.* vulg. *ex* B, puerulis Turnebus. — 6 bonae] ubonae F *cum ceteris praeter* a, *in quo* umbonae, *corr.* vulg. *ex* B, Turnebus. '*an* iis bonae?' LSp. — sceuae F, scenae *vel* scaenae *plerique.* — sceuola F. inde Scaevola appellatus Laetus. — 7 sc^{a}eua F. ab scęua dicta G. — id est] id̄ F. — 9 dicitur] dr̄ F, dicuntur Laetus *fort. vere.* — comitia] *scil.* scaeva. — sic dicta avis] *scripsi,* sit dixi aut libri (*nisi quod* dixit G, dici vulg., *om.* Laetus). aliudve quid sinistima, sinistra quae nunc sunt Müller. avi *pro* aut Turnebus, ave vulg. '*fort.* aliudve quid sic Dixi avi sinistra' LSp. dixi *ex proximo versu illatum esse idem antea coniecerat.* — 10 greco F. — hi] ii a. — σκαιάν] scean F, *corr.* Aldus. — 11 dixit] *scripsi,* dixi libri. — obscaenum] sceuum FGH, scenum a, streniū p, seuum b, scaeuum MV, scaeuum bonum omen est, obscaenum vero turpe vulg., *corr.* Müller. — omen ē om̄. turpe. quod F. — 12 id] *delevi ut sit:* quod omen unde dicitur, est osmen vocabulum. — osmen e quo S extritum] os mene quod extritum F *nec ceteri mutant* (*nisi quod ultimum verbum* exatricum M, postremum b), osmen omen extrito S Laetus. obscaene quod exatricon B, *item nisi quod* exotericum vulg., *corr.* Müller. '*fort.* quare quod

§ 98 Apud Plautum:

Quia ego antehac te amavi [*et mihi amicam esse crevi.*

crevi] valet constitui; itaque heres cum constituit se heredem esse, dicitur Cernere, et cum id fecit, Crevisse.

§ 99 Apud eundem quod est:

(p. 376 Sp.[1]) mi frequentem operam dedistis,

valet assiduam; itaque qui adest assiduus fere quom oportet, is frequens, [*cui infrequens*] opponi solet. Itaque illud quod eaedem mulierculae dicunt:

[*Pol istoc*] quidem nos pretio tanti est frequentare;
ita in prandio nos lepide ac nitide accepisti,

(p. 377 Sp.[1]) apparet dicere: facile est curare ut adsimus, cum tam bene nos accipias.

§ 100 Apud Ennium:

decretum est stare corpora telis.

hoc verbum Ennii dictum a fodiendo, a quo Fossa.

F. fol. 17 ptanti ē ... propositum

---

dixi, obscaenum turpe. Omen est, quod unde id dicitur, os, osmen, e quo S extritum' LSp. — 2 quom *pro* quia Plauti libri Cist. 1. — amaui ualet F, *quae desunt ex Plauto supplevit* vulg. — 4 eres F[1], ʰeres F[2]. — quom H, *item infra.* — 5 cernere] canere F, *corr.* Victorius, vulg. — 6 quod est mi] quo desimi F G, quo desim H, quo desiui a, quo desum V, quo de sinu B M p Laetus, quo sensum b, *corr.* Augustinus. *conf.* Ritschl bibl. Alex. p. 5. *apud Plautum v.* 7 mihi, *non* mi. — 8 assiduus fere quom] *scripsi,* assiduus ferret quem libri (ferre Laetus B, que M, quae vulg. *cum* B). ferre quem operam oportet Müller, fert ei operam cui oportet Italus, ferre quiens quae Moser. '*fort.* assiduus fertque quae oportet, is' LSp. — 9 is] vulg. *ex* B, his libri (hiis p). — frequens cui infrequens] *scripsi cum* LSp, *nisi quod is* frequens dicitur cui infrequens. — opponi] appellari Turnebus. — 10 *sq.* dicunto F G H V p, dicunt M (a?), Laetus, Pol istoc *ex Plauto additum est.* — 11 quidem] quid est a, qui de V, quod H. — tanti] ptanti F, poanti V p, per tanti M, Laetus, B, tanti G H a b. facile Plauti libri, perfacile Müller. *mihi* p *ortum esse videtur ex falsa* optanti (pretioptanti) *lectione.* '*fort.* dicunt Istoc quidem nos pretio pol tanti est' LSp. — frequentare] frequentare tibi utilisque habere apud Plautum (cod. vet. Cam.). — 12 ac] atque apud Plautum. — 13 est currite ut asinus V. — quom H. — tam] iam F, *corr.* Italus, vulg. — 16 est *om.* p. — stare] fossare vulg. *ex* B, fossari Columna, stare et fossari Bergk. *mihi magis placeat* stare et fodicari. — 17 enni p.

Apud Ennium: § 101

Vocibus concide, fac, si mussat, obrutum.

Mussare dictum, quod muti non amplius quam *μῦ* dicunt; a quo idem dicit id quod minimum est:

Neque, ut aiunt, *μῦ* facere audent. (p. 378 Sp.[1])

Apud Pacuium: § 102

Dei monerint meliora atque amentiam aver-
runcassint [*tuam*].

[*ab*] avertendo Averruncare, ut deus qui in eis rebus praeest, Averruncus. Itaque ab eo precari solent, ut pericula avertat.

In Aulularia: § 103

pipulo te differam ante aedis

id est convicio, declinatum a pipatu pullorum. Multa ab animalium vocibus tralata in homines, partim quae sunt aperta, partim obscura; perspicua ut Ennii: (p. 379 Sp.[1])

animus cum pectore latrat.

Plauti:

Gannit odiosus omni totae familiae.

*Cae*cilii:

Tantum rem dibalare ut pro nilo habuerit.

Lucilii:

Haec inquam rudet ex rostris atque eiulitabit.

---

2 fac si mussat] *scripsi cum* LSp (*nisi quod is* musset), facimus et F *cum plerisque*, faxim et MB Laetus, fac siet vulg., face musset Turnebus, fac is musset Müller, faxis . . musset Ribbeck Enn. tr. 393 fama *supplens. ego ante* fac *vocabulum* verbis *intercidisse censeo ut est apud Cic.* te verbis obruit. — obrutum] obrutum *corr. ex* obrutus *ut vid.* F (Groth, ASp), obrutus F (Keil) *ceteri.* — 3 *μοῦ* G, mu Vp, mus MB, Laetus. — 4 id *om.* Laetus. — 5 ut *om.* a. — *μοῦ* G. *μ*u Vp, my M. *conf.* Bergk Annal. phil. 83 p. 634. — 6 pacuium F, paciuum p, Plautum a, pacuuium ceteri. *cf.* Ribbeck Pac. tr. 112 *apud quem vide aliorum grammaticorum testimonia.* — 8 tuam] *additum ex* Nonio 74, 23. — 9 ab] *addit* Turnebus, *in* F *a voce* auertendo *novus versus incipit.* — in eis] in his p; in *om.* vulg. ieis LSp. — 12 te] hic *pro* te Plauti libri Aul. III, 2, 32. — 13 piatu F, pittu M, *corr.* Aldus. — 14 translata G[2]Mp Laetus, traslata a. — partimque FMVp, partim quae editi. — 18 gannia Vp. ganodiosus H. — toto p. — 19 Caecilii] Laetus, cilii libri. Ribb. Caec. com. v. 249. — 20 tantum] libri *quod ferri potest, ut sit pro* adeo *dictum*, tantam vulg. Ribb. — nihilo Rholandellus. pro nilo ut Laetus. — 21 lucii p. — 22 eiulitabit] *apud Nonium* p. 21, heilitabit F, helitabit GH,

(p. 380 Sp.[1]) Eiusdem:

quantum hinnitum atque quiritatum.

§ 104 Minus aperta Porcii ab lupo:

volitare ululantis.

Ennii a vitulo:

tibicina
Maximo labore mugit.

Eiusdem a bove:

clamore bovantes.

Eiusdem a leone:

pausam fecere fremendi.

Eiusdem ab aedo:

(p. 381 Sp.[1]) Clamor ad caelum volvendus per aethera vagit.

**a sue et a frendice:

grundi et fritinni suaviter.

Maccius in Casina a fringuilla:

quid fringuttis? quid istuc tam cupide cupis?

---

heylitabit p, elitabit b, hinnilitabit vulg. *ex* B, heiulitabit Luc. Müller. — 2 quiritatum] Luc. Müller Lucil. l. inc. 116, equitatum libri. — 3 aperta] aperiant F, *corr.* Augustinus. '*fort.* aperta ut' LSp. — 9 clamore] Aldus, clamorem libri. — bouantis H, bouentis p. — 11 fecere] Rholandellus, facere libri, facere ore Vahlen p. 83 — 12 edo F *et sic omnes,* celo B, haedo vulg. — 13 clamos Koene Zeitschr. f. Alt. 1841 p. 1290, Lachmann ad Lucr. VI, 1260, clamor et Ritschl Parerg. p. 27, ad caelum clamor Augustinus. *conf.* Vahlen p. 76. — ethera F, aera Lachmann. — 14 a sue et a] LSp, *quibus verbis lacunae signum praeposui, quod non videmur carere posse auctoris nomine* (*fort.* eiusdem), sueta F, suetus B, Sueti a Victorius, Suei a Luc. Müller Mus Rhen. XXIV, 553, ad Lucil. p. 319. et a sue Sueta grundire, ab irundine Fritinni suaviter Popma, Suei ab irundine: irundo tu (*vel* et tu) fritinnis suaviter Ribbeck com. fr. coroll. p. XXXIII. — frundice p. — 15 grundi] LSp, frunde libri. — et] ec Luc. Müller ad Lucil. p. 313. — fritinni] frutinni F, frutum p, frutimi M, Laetus. — 16 Maccius] F, Mactius GHa. Sueti a frendice E frunde fritinni suaviter; Mati *** in Casina Müller. Insueta, ut ab irundine: Frende et fritinni, suavitate mactus es. In Casina Ritschl Parerg. p. 26—32. — cassina plauti a, cassina G, asilla V, asina p. *locus est* Plauti Cas. II, 3, 49. — fringilla a. — 17 fringuttis] fringuatis MVp Laetus, fringultis Gesner, fringuitis B, fringutis Rholandellus. friguttis *ap. Plautum.* — istud p. — quid istuc . . nexum *om.* b.

*sues avoluerat ita tradedeq. in reneq. in iudicium
Esopi nec theatri trittiles.

In Colace: § 105 (p. 382 Sp.[1])

Nexum . . . .

[*Nexum*], Manilius scribit, omne quod per libram et aes geritur, in quo sint mancipia. Mucius, quae per aes et libram fiat ut obligentur, praeterquam mancipio detur. Hoc verius esse ipsum verbum ostendit, de quo quaeritur; nam id est quod obligatur per libram neque suum fit, inde Nexum dictum. (p. 383 Sp.[1]) Liber qui suas operas in servitutem pro pecunia quam debet dat, dum solveret, Nexus vocatur, ut ab aere Obaeratus. Hoc C. Popillio *Visolo* dictatore sublatum ne fieret, et

---

1 sues auoluerat] *sic, non* auolauerat F, Sueti a volucribus Müller. a sue suboluerat, ita rudebat Scaliger, Suei a colubra Baehrens, Luc. Müller ad Lucil. p. 313, 323. *plura de hoc loco disputavit* Ribbeck Mus. Rhen. XXVII, 181, Com. frag.[2] p. 83, Coroll. XXXI—III. Bücheler Mus. Rhen. XXIX, 197. — ita tradede q. F (trade *pro* tradede *testatur* Groth *per librarii opinor errorem*), ita trade deque ceteri *nisi quod* trude deque a, trade neque B, trude neque Aldus. — inreneq. F, in reneque HMVp, Irreneque a, in rem eque G, in iure neque Augustinus. — 2 aesopi Aldus. — triatiles BMVp. — 3 in colace nexum Mamilius FMV, *lacunam repetito medio verbo indicavit* LSp. Manilius Laetus, Manulius p, Mamulius GHa, Manlius B. *conf.* Cic. pro Caec. 69. — 5 '*fort.* per aes et libram' LSp. — geratur Christ Philol. XVI, 464. — 6 sunt b, sit B. — mancipi vulg. *ex* B. — Mucius FMVp, Mutius alii, Mucius Scaevola vulg. *ex* B. — 7 fiat] *scripsi,* fiant libri. — praeterquam quod Turnebus, praeter quam libri, praeterquam quae vulg., praeter quae Niebuhr Hist. rom. I, 602. *conf.* Bachofen Das Nexum p. 11 sqq. *fort.* praeter quom. — mancipi B. — dentur vulg. — verius] Verrius Flaccus Laetus. — 8 querit F, *corr.* vulg. — id est] idem GH, Laetus, ideo Madvig Adv. II, 173. '*fort.* per aes et libram nec suum' LSp. *conf.* Christ. Philol. XVI, 300, LSp XVII, 301. — 9 fit] sit Rholand. — unde B. — nexus Laetus *cum* B. — 10 servitute Laetus. — quam] quadam b. — debet dat] *scripsi, idem suasit* Riese Philol. XXVII, 306, debebat libri, debeat Laetus, debeat dat Augustinus. dabat *inserebant* Turnebus, Victorius. *conf.* Göttling Röm. Staatsverf. p. 123, Bachofen p. 27. — 11 dum solveret *om.* b. — '*fort.* vocabatur *vel* vocatus' LSp. *hoc etiam* C. F. W. Müller p. 799. — abaeratus GHb. — 12 popillio F *cum aliis, conf.* Ritschl Opusc. III p. 249, popillo MVa, pompilio GH, pollio Laetus *cum* B. *cf.* A. Müller p. 10. — Visolo] Augustinus, uocare sillo F (uocare *om.* H, uacare a, auctore Turnebus, *tum* silla *pro* sillo

omnes qui bonam copiam iurarunt, ne essent nexi, dissoluti.

§ 106 **In Casina:**

(p. 384 Sp.[1]) **Sine amet, sine quod lubet id faciat,**
Quando tibi domi nihil delicuum est.

[*Nihil delicuum est*] dictum ab eo, quod [*ad*] deliquandum non sunt, ut turbida quae sunt deliquantur, ut liquida fiant. Aurelius scribit Delicuum esse ab liquido; Claudius ab eliquato; si quis alterutrum sequi malet, habebit auctorem.

Apud Atilium:

(p. 385 Sp.[1]) **Per laetitiam liquitur animus.**

ab liquando Liquitur fictum.

§ 107 **6. Multa apud poetas reliqua esse verba quorum origines possint dici, non dubito, ut apud Naevium in Esiona mucro**

Ma, Sulla B, Sylla vulg.). C. Poetelio Visolo Augustinus, C. Poplilio auctore Visolo Müller, C. Poetelio Livone Visulo Lachmann. *conf.* Zachariae Sulla II p. 56, Niebuhr III, 178. 343, Puchta Instit. II, 94 ed. 2, Bachofen p. 100. — dictator a, dictare G. — 1 ōms F, omnis Laetus. — iuraret MVp, iurarent Laetus, eiurarent Vertranius. *conf.* Niebuhr III, 179 sq. — dissoluti] sed dissoluti B, sed soluti Müller. *conf.* Reiter p. 45. — 3 casinea (*postrema littera fort.* am) F (Keil), casinea F (Groth) MVp, cassinea GH, cassines a, casinam B, *corr.* Laetus. Plaut. Cas. II, 2, 32. — 4 sine amet sine] ēēs sine F, *item sed* esses BGHMVa, ōms sine p, messes sive Laetus, *corr.* Aldus *ex Plauto. veri vestigia sunt in* F: Incasineam ēēs sine = in ca[sina] sine ame[t] sine. — iubet GHVp, iubes a. — facias F, *corr.* vulg. *ex Plauto.* — 5 domi nichil F. nil domi Aldus *ex Plauto.* — delicuum est] *haec verba bis ponit* Aldus *sic:* deliquium est. Deliquium est dictum, *ego etiam* nihil *addidi.* — 6 quod ad] *scripsi,* quod libri. — deliquandum] deliquendum G *sed* e in *ras.*, deliquam dum a, delinquantur b, deliquatur ut turbida vulg., deliquanda Laetus. — 7 sunt] s̄ F *ut fere ubique pro* sunt, sit b, Müller. '*fort.* est' LSp. — turba a. — et liquida Ha. — fiant] fiant *corr. ex* sint F^1. — 8 Aurelius] *conf.* Ritschl Mus. Rhen. X, 446. — scribit *om.* H. — delicium GHa, deliquum M. — Cladius FMVp. — 9 '*fort.* alterum utrum' LSp. — mallet F, *corr.* Laetus. — *post* auctorem *interpungendum esse vidit* Christ Philol. XVI, 452 *et sic* F. — 10 attilium GHVa, accilium p, cecilium M *et omisso* apud Laetus, vulg., caecilium B. — 11 *aut* liquitur *cum ea quae supra posita est verborum distributione aut* per laetitiam liquitur 'Animus; *illud veri est similius.* — 14 possunt vulg. cum B. — neuium F. — esionam F, Esionam GHM, esiona ap, He-

gladii lingula a lingua; in Clastidio vitulantes a Vitula; in Dolo caperata fronte a caprae fronte; in Demetrio persibus a perite; itaque sub hoc glossema Callide subscribunt; in Lampadione protinam a protinus, continuitatem (p. 386 Sp.[1]) significans; in Nagidone clucidatus suavis, tametsi a magistris accepimus mansuetum; in Romulo sponsus contra sponsum rogatus; in Stigmatia praebia a praebendo, ut sit tutus, quod sint remedia in collo pueris; in Technico confictant a conficto convenire dictum. In Tarentilla lucidum a luce § 108 (p. 387 Sp.[1])

---

siona Aldus, Aesiona Bücheler Mus. Rhen. XXVII, 475, *probavit* LSp. — mucro Groth (Hesiona mucro *pro* Esionam uero), uero libri *nisi quod* non p. enimvero Laetus, *om.* Scioppius. '*fort.* vero gladii *del.*' LSp. *conf.* Gell. X, 25, Ribb. Naev. tr. v. 18 adnot. — 1 ab lingua p. — Vitula, *non* vitula *scrib. esse vidit* Georges *qui confert* Macrob. sat. III, 2, 11 sq, Müller ad Paul. ex Festo p. 369, 14, Preller, mythol. rom. § 359 adn. 2. — 2 dolo] doloreste B, Duloreste vulg. — caprata F, caper: caperrata a, capta p. — 3 aperite *distinxit* Ursinus, *conf.* Neukirch fab. tog. p. 71, Ribbeck Naev. com. 50. — 4 continuitatem] Nonius p. 376: 'Varro etiam de lingua latina libro VII vel Protinam vel Protinus continuatione vel praeteritae vel futurae longitudinis dicit. et tamen quoniam, ut mihi videtur, potest eius adverbii enuntiatio varia, significantia eius mutata pro locis exemplis testibus designanda est.' — 5 In nagidone] F G, in agidione H, in agidone ceteri. *conf.* Ribb. Naev. com. 62 *qui etiam* de Nagidione *cogitat.* — 5 clucidatus] Scaliger, caudacus F, caudatus V b p, candacus vulg. *ex* B. *conf.* Ribbeck. Paul. ex Fest. p. 55 M. — 6 consponsus, contra sponsus, rogatus Neukirch. VI, 70. *conf.* VI § 70, Ribbeck Naev. tr. praetext. 4 p. 277. — 7 stigmatico V, uestigmatico p. — praebia a, prebit M, praebita Laetus. — prohibendo Scaliger. — tutum Laetus, B. — sit] F G V a p, si H M, sint Laetus. — 8 remedio Aldus. — pueri Bergk Annal. philol. CI (1870), 831. *conf.* Fest. p. 234. 238 M. Ribb. com. f. 71. — thechnico F, thechinco p, tecnico G, te chnico H, etechnio a, techimo M, therimo vulg. *cum* B. *cf.* Ritschl Opusc. II, 483, 499. — conficiant F G H V a p, conficeant M, confittitant B, confictitant vulg. *corr.* Turnebus. — 9 conficto] confito p, confecto H. a conficto *delet* Bergk. confictant, conficto a confingere Ribb. Naev. com. 93 adnot. — convenire] invenire Bücheler ap. Ribb. com. coroll. p. XVII. *fort. scrib.* confiunt, a conficio confieri dictum. — lucidum] *scripsi* Müllero *duce qui* praelucidum *coniecerat,* Pacui dum F M V p, Pacuuius dum a, Pacuuii dum G H, Pacuvii *om.* dum Laetus, pallucidum Klussmann, Ribb. Naev. com. 93 p. 22 *ubi vide alia.* '*fort. recte* Müller, *sed* illustre *del.*' LSp.

illustre; in Tunicularia exbolas aulas quassant, quae eiciuntur, a graeco verbo ἐκβολή dictum; in bello Punico nec satis sardare ab serare dictum, id est aperire; hinc etiam Sera, qua remota fores panduntur.

§ 109 7. Sed quod vereor ne plures sint futuri qui de hoc
(p. 388 Sp.[1]) genere me quod nimium multa scripserim reprehendant quam quod reliquerim quaedam accusent, ideo potius iam reprimendum quam procudendum puto esse volumen. Nemo reprensus qui e segete ad spicilegium reliquit stipulam. Quare institutis sex libris, quemadmodum rebus latina nomina essent imposita ad usum nostrum, e quis tris scripsi P. Septumio
(p. 389 Sp.[1]) qui mihi fuit quaestor, tris tibi, quorum hic est tertius, priores de disciplina verborum originis, posteriores de verborum originibus, in illis, qui ante sunt, in primo volumine est quae dicantur, cur ἐτυμολογική neque ars sit neque ea utilis sit, in secundo quae sint, cur et ars ea sit et utilis sit, in tertio quae
§ 110 forma etymologiae, in secundis tribus quos ad te misi item

F. fol. 17 b stipulam

1 aunicularia V p. — exbolas alilas quassant (alilas *corr.* in aulas *ut vid.*) F (*sic, non* exbolas quassant aulas), exba^{o}ulas quassant eiciuntur B, alilas *cum* F[1] *habent* Vp, alias a, et lilas M, *om.* aulas vulg. *ex* B. ecbolas quassant Müller. *conf.* Ribbeck Naev. com. 103, Bergk Annal. philol. 1870 p. 831. — 2 greco F. uerbo graeco V, greco uerbum a. — exbole F, *corr.* Aldus. — 3 sardare] *Paulus ex Festo* 323, 6. *conf.* Vahlen v. 65, sarrare libri. — aserrare a, abserrare M. id est] idem M, *om.* G. — etiam] esse a. — 4 serae F, *corr.* Veneta. — quibus B. quibus remotis vulg. — panditur a. — 6 rescripserint F G M V a p, scripserint H, *corr.* Laetus. — rep̄hendant F. — quam quod] quãnquã F *sed priore* m *litterae signo deleto*, quanquam G H M V a p, qui b, *corr.* Aldus. — 7 reliquerint F V a p, deliquerint G H. — 8 protendendum p, producendum M, procedendum G H, progrediendum b. — reprensus] F, reprehensus ceteri. — 9 a segete B p. — 11 imposita *om.* a. — tris] tres *hoc loco* F. — po septumio F M, *quamquam in* F *lineolis ductis a librario delere iubemur* po *litteras, easque om.* G H a b, .po. septumio V p, P. Septumio Laetus. — 12 questor F. — tibi o cicero quorum p. — 13 '*fort.* originum' LSp. — 15 ethimologice F, ἐθιμολογική H a. — ars] V p, an F *cum ceteris, om.* Aldus. *vid. praefat.* — 16 ars *om.* Laetus. — et utilis] et illis F *cum alteris praeter* V, *in quo est* et illis utilis; *corr.* Turnebus. — 17 ethimologiae F. '*fort.* ἐτυμολογικῆς' LSp.

generatim discretis, primum in quo sunt origines verborum locorum et earum rerum quae in locis esse solent, secundum quibus vocabulis tempora sint notata et eae res quae in tem- (p. 390 Sp.[1]) poribus fiunt, tertius hic, in quo a poetis item sumpta ut illa quae dixi in duobus libris soluta oratione; quocirca quoniam omnis operis de lingua latina tris feci partis, primo quemadmodum vocabula imposita essent rebus, secundo quemadmodum ea in casus declinarentur, tertio quemadmodum coniungerentur, prima parte perpetrata, ut secundam ordiri possim, huic libro faciam finem.

---

1 '*fort.* primus, in quo origines . . secundus, in quo quibus' LSp. — uerborum *delet* F *manu prima.* — 3 tepora F. — sunt B. — nota H. — 4 in quo quae a poetis item sunt posita Scioppius. — ut illa] utilia F, *corr.* Victorius, Turnebus. — 5 solita Vap. — 6 latina *om.* p. — primo *om.* p. — 7 uocabula *om.* p.

M. TERENTI VARRONIS

DE LINGUA LATINA

LIBER VII EXPLICIT. INCIPIT

LIBER VIII.

§ 1 **1. Quom oratio natura tripertita esset, ut superioribus (p. 392 Sp.[1]) libris ostendi, cuius prima pars, quemadmodum vocabula rebus essent imposita, secunda, quo pacto de his declinatu discrimina fierent, tertia, ut ea inter se ratione coniuncta sententiam efferrent, prima parte exposita de secunda incipiam hinc. Ut propago omnis natura secunda, quod prius illud [rectum], unde ea, sic declinata; itaque declinatur in verbis rectum Homo, obliquum Hominis, quod declinatum a**
§ 2 **recto. De huiusce multiplici natura discriminum orae sunt**

M. TERENTI. UARRONIS. DE LINGUA LATINA LIB. UIJ. EXPL INC LIB. UIII. Quę DICANTUR. CUR. NON SIT ANALOGIA. LIB. I. F, *om.* MVap, Quae dicantur (dicuntur G) cur (quur H) non sit (sint H) analogia liber I GH. — 1 quom (o supra m) F (*sed* m *fort. in ras. m. 2*), *unde plerique* quomodo, *sed* quom GHa. '*fort.* quom omnis' LSp. — ratio F, *corr.* Laetus. — naturae GHa Laetus, *om.* B. — tripertita F. — esset natura B. — 2 quoius GHa, eius Laetus. — 3 secundo GMVp. — declinata in discrimina ierunt F, *corr.* LSp. ierint *pro* ierunt C. F. W. Müller p. 869. — 5 efferrent] LSp, efferant F. — '*fort.* secunda nunc dicam. incipiam hinc.' LSp. — rectum] *del.* LSp. — sic] sit Laetus. '*fort.* sic declinatus in verbis, rectum *vel* sic declinatus, itaque in verbis' LSp. quod prius illud rectum, unde ea est declinata C. F. W. Müller p. 872. — itaque] ita vulg. — 9 de *supra versum* F. — '*fort.* huiusce modi *vel* generis' LSp. — orae] rationes Müller. '*conicias* causae, *vid.* § 9 p. 167, 13' LSp. *conf.* Lachm. ad Lucr. p. 223. discriminationes *pro* disc. orae Christ Philol. XVII, 62. *cf.* LSp XVII, p. 306. *fort.* genera *ut* § 52.

hae, cur et quo et quemadmodum in loquendo declinata sunt verba. De quibus duo prima duabus causis percurram breviter, quod et tum, cum de copia verborum scribam, erit retractandum et quod de tribus tertium quod est habet suas permultas ac magnas partes.

2. Declinatio inducta in sermones non solum latinos, sed § 3
omnium hominum utili et necessaria de causa; nisi enim ita (p. 393 Sp.[1])
esset factum, neque discere tantum numerum verborum possemus — infinitae enim sunt naturae in quas ea declinantur — neque quae didicissemus ex his, quae inter se rerum cognatio esset, appareret. At nunc ideo videmus, quod simile est. Quod propagatum Legi declinatu est, duo simul apparent, quodam modo eadem dici et non eodem tempore factum; ut si verbi gratia alterum horum diceretur Priamus, alterum Ecuba, nullam unitatem adsignificaret, quae apparet in Lego
et Legi et in Priamus Priamo. Ut in hominibus quaedam § 4
sunt agnationes ac gentilitates, sic in verbis; ut enim ab Aemilio homines orti Aemilii ac gentiles, sic ab Aemilii no-

1 et in quo vulg. *ex* B. *vid.* p. 167, 14 *et* 171, 16. — sunt] *cf.* C. F. W. Müller p. 870. *Inde a verbis* declinata sunt verba de quibus, *quae extremo versu scripta sunt, usque ad* et obliquo § 7 *et minores sunt in* F *litterae et angustiora inter versus spatia et frequentior compendiorum usus. scabra autem est membrana et scalpta ut vid. ad eas lineas delendas quae olim ductae erant* (Keil). *in rasura haec verba scripta esse dicit Groth.* — 3 quom H a. — 5 permagnas a. — 6 '*fort.* declinatio in sermone non solum latino, *quod certe praeferendum est scripturae* latinum *vel* latinorum' LSp. — 7 utili] *tres postremae litterae incertae sunt in* F (Keil). utili et *om.* M *in lacuna.* — 8 dicere F, *corr.* Müller. — 10 neque ea quae a. — 11 appareret *corr. ex* apareret F. — ideo] id eo C. F. W. Müller p. 872. — 12 *post* propagatum *interpungit* Müller. — legi] *scripsi,* legium F, legi ut Laetus, legi ubi Müller *prob.* Grothio. '*fort.* legi cum . . apparet . . dici non . . facta' LSp. — declinatu] *scripsi,* declinatum libri. *an fuit* quod simile est quod propagatum ei unde declinatum est *vel* propagatum. Lego legi cum declinatum est? — est ab lego duo vulg. *ex* B. — 13 ut] at Müller. — 15 ecuba] *sic* F. — assignificaret V a p. — lego legi G H. — 16 et Priamo G H, Priami Laetus. '*fort.* in lego et legi [in Priamus et Priamo]' LSp. priamo *corr. ex* priami *ut vid.* F (Groth). — 17 agnationes] cogitationes M, cognationes Laetus. — ac] LSp *olim,* Müller, ad libri, et Laetus. '*fort.* ad gentilitates *aut* agnationes ad *del.*' LSp. — 18 emilio F *et sic ubique,* Aimilio vulg. *ex* B. — homines] homine Becker Antiqu. II, 1, 37. '*fort.* homine

mine declinatae voces in gentilitate nominali; **ab eo enim,**
(p. 394 Sp.[1]) quod est inpositum recto casu Aemilius, orta **Aemilii**, **Aemilium**, Aemilios, Aemiliorum et sic reliquae eiusdem **quae sunt**
§ 5 stirpis. Duo igitur omnino verborum principia, [impositio] alterum ut fons, alterum ut rivus. Impositicia nomina esse voluerunt quam paucissima, quo citius ediscere possent, declinata quam plurima, quo facilius omn*ia* quibus ad usum
§ 6 opus esset dicerentur. Ad illud genus, quod prius, **historia** opus est; nisi discendo enim aliter id non pervenit ad nos;
(p. 395 Sp.[1]) ad reliquum genus, quod posterius, ars; ad quam opus est paucis praeceptis quae sunt brevia. Qua enim ratione in uno vocabulo declinare didiceris, in infinito numero nominum uti possis; itaque novis nominibus allatis [*in*] consuetudinem sine dubitatione eorum declinatus statim omnis dicit populus; etiam novicii servi empti in magna familia cito omnium conservorum nomina recto casu accepto in reliquos obliquos declinant.
§ 7 Qui si non numquam offendunt, non est mirum; et enim illi
(p. 396 Sp.[1]) qui primi nomina inposuerunt rebus fortasse an in quibusdam sint lapsi; voluisse enim putant singularis res notare, ut ex

---

omnes orti Aemilii gentiles' LSp. — '*fort.* Aemilio nomine' LSp. — 2 ĩpositũ (*h. e.* inpositum) F. — '*fort.* orta Aemilio, Aemilii, Aemiliis, Aemiliorum' LSp. — Aemilium] emilium *corr. ex* emiliorum F, *unde* emiliorum emilios emilium Vp. — 3 reliquae F H a, reliqui M. — 4 impositio] *om.* LSp, impositio et declinatio Vp, imposititiorum (impositorum B) et declinatorum vulg. *ex* B. — 5 impositicia] *sic* F (Keil), impositiua H. *cf.* Stünkel p. 48 adn. — 6 uoluerunt perpaucissima G H. — 7 omnia] *scripsi,* omnes libri, õs F. omnes res . . esset dicerentur Christ Philol. XVI, 457, Madvig Adv. p. 173. *conf.* LSp Philol. XVII, 293. — usum] *om.* G, uersum MVp, uitam Laetus. — 8 esset] LSp *cum aliis,* essent F. — dicerentur] F, dicerent Veneta, discerent vulg. *ex* B. — historia] memoria Stephanus. — 9 descendendo F, descendo H, *corr.* Stephanus. — 10 arte B, Stephanus. — 13 allati'. consuetudinem F *unde* allatius Vp, in *add.* vulg. — 15 *fort.* in magnam familiam. — 16 nomina] Augustinus, oĩs F, omnis M. — in] '*fort. del.*' LSp. — reliquos] omnes p, '*fort. del.*' LSp. *an servato* reliquos *del.* obliquos? — 17 qui si] quis F, *corr.* Aldus. — ñ numquam) F. — et enim] *seiunxit* Christ Philol. XVI, 454. *probat* Reiter p. 35. — illa F, *corr.* Aldus. '*ortum ex* illei' LSp. — 18 ĩposuerunt F, vid. supr. ad v. 2. — 19 voluisse] Uoluis F (Groth), †vdius G. — notari LSp *olim coll.* p. 167, 2 *et* 15.

his in multitudinem declinaretur, ab Homine Homines; sic mares liberos voluisse notari, ut ex his feminae declinarentur, ut est ab Terentio Terentia, sic in recto casu quas inponerent voces, ut illinc esset futur*um* quo declinarentur; sed haec in omnibus tenere nequisse, quod et unae et [*duae*] dicuntur Scopae et mas et femina Aquila et recto et obliquo vocabulo Ovis. Cur haec non tam sint in culpa quam pu- § 8 tant, pleraque solvere non difficile sed nunc non necesse; (p. 397 Sp.) non enim qui potuerint adsequi sed qui voluerint, ad hoc quod propositum refert, quod nihilo minus declinari potest ab eo quod imposiverunt scopae, scopa, quam si imposuissent scopa, ab eo scopae, sic alia.

3. Causa, inquam, cur eam ab impositis nominibus de- § 9 clinarint, quam ostendi; sequitur, in quo voluerint [declina- (p. 398 Sp.) rint] declinari aut noluerint, ut generatim ac summatim item informem. Duo enim genera verborum, unum fecundum, quod declinando multas ex se parit disparilis formas, ut est Lego Legi Legam, sic alia, alterum genus sterile, quod ex se parit nihil, ut est Etiam, Vix, Cras, Magis, Cur. Quarum rerum § 10

F. fol. 18 refert . . uocabuli et

1 multitudine F (Keil), '*fort.* multitudinis' LSp. — declinaretur] F, declinarentur vulg. *ex* B *quod probat* LSp. ut est *addit* Laetus. — 2 voluisse notari *om.* Scioppius, '*certe* notare *reddendum*' LSp. *conf. de hoc loco* LSp Comment. p. 13 sq. — 3 ĩponerent F. — 4 esset futurum] LSp, essent futurae F. — quo] quae vulg. — 5 unae et duae] *scripsi,* unae Müller, una et F. '*fort.* una et dicitur' LSp. *conf.* X § 24. — 7 ovis] LSp, uis *conf.* p. 176, 10. — quor Ha, Quur G. — sit F, *corr.* vulg. *ex* B. — 9 quid . . quid Scioppius, quod . . quod vulg. *ex* B. — 10 nichil ominus F. — 11 imposiuerunt] *sic* F. imposierunt Groth *conf. ad* V § 95 p. 39, 5. — 13 eam F *quamquam* m *litterae nota supra a posita aliter atque scribi solet scripta videtur,* eas M, Laetus, *om.* Scioppius, eas voces quae descendunt a recto, causa est cur eas B. '*fort.* Causam cur verba ab . . quoniam ostendi, sequitur in quo voluerint declinare' LSp. *conf.* Madvig Advers. II, 174 *adn.*, LSp Comment p. 5, Philol. Anz. V p. 587 sq. — 14 in quo] LSp *ex* § 21, in quas libri, in quae Müller. *conf.* § 2. — declinarint *del.* Laetus. — declinare vulg. *ex* B. — 16 in formis Laetus. *conf.* X § 79. — ferundum F, *corr.* Rholandellus. — 18 legi] LSp, legis F. — 19 nichil F. — vix cras] uixerat F, vix Laetus, vix magis cras vulg. *ex* B.

usus erat simplex, [*simplex*] ibi etiam vocabuli declinatus, 399 Sp.¹) ut in qua domo unus servus, uno servili opust nomine, in qua multi, pluribus. Igitur et in his rebus quae sunt nomina, quod discrimina vocis plura, propagines plures, et in his rebus quae copulae sunt ac iungunt verba, quod non opus fuit declinari in plura, fere singula sunt; uno enim loro alligare possis vel hominem vel equum vel aliud quod, quicquid est quod cum altero potest colligari. Sic quod dicimus in loquendo Consul fuit Tullius et Antonius, eodem illo ET 400 Sp.¹) omnis binos consules colligare possumus, vel dicam amplius, omnia nomina, atque adeo etiam omnia verba, cum fulmentum ex una syllaba illud ET maneat unum. Quare duce natura sic, quae imposita essent vocabula rebus, ne ab omnibus his declinatus putarent.

§ 11 4. Quarum rerum declinationes oriuntur, partes orationis sunt duae, si item ut Dion in tris diviserimus partes res quae verbis significantur, unam quae adsignificat cassus,

---

F fol. 18 b et antonius

---

1 simplex simplex ibi] Scioppius, simplex ibi F *fortasse ferendum.* — 2 seruilio post F, *corr.* Scioppius *qui* solum opust *scripsit. conf.* Aug. Müller p. 72. — 3 quam multi *corr. ex* quam pli multi F. *librarius scripturus erat* pluribus *omisso* multi. — quae] LSp, quorum F, quarum Vertranius. quae verba sunt et nomina Müller. — 4 plura, vocis Madvig Adv. II, 174. — in his rebus *delet* Madvig. — 5 iunguntur F, coniunguntur G H, *corr.* Müller. — 7 colligare M V p Laetus. — 8 colligari] M V a p, Calligari F (Keil), alligari F¹, colligari F² (Groth), alligari G H. — 10 colligare] vulg., colligere F. '*certe ubique aut* colligare *aut* alligare *reponendum*' LSp. — vel] '*fort.* ut' LSp. — 11 adeo] ideo F, *corr.* Scioppius. — fulmentum] LSp, Müller, fulmen tunc F M V a p, fulmen tum G H, fiunt tunc Laetus, . . . tunc *cum lac.* B, fiat ut Scioppius. — 12 sillaba F. — duce natura *corr. ex* dum cenatur a (*man. fort. sec.*) F, duce centaura M, duce natura ceteri. — 13 sic] *scripsi,* si libri. duce natura institutum est ut quae Müller, '*fort.* ducebat natura ipsa quae *vel* duce natura factumst quae' LSp. — rebus. MULTA DESUNT. Ne vulg. *conf.* LSp Emend. spec. p. 12—14. Reiter p. 46. — 14 de clinandus F (*pro* l *librarius antea* i *videtur scripsisse*), *corr.* Laetus. — 15 quorum Laetus. — rerum] LSp, generum F. — oriantur F, *corr.* Laetus. — 16 dyon F. — 17 adsignificantur M, Laetus. — unam] unum F, una Laetus, *corr.* B. — adsignificat] '*malim* habet *coll.* X § 17, VIII, 44' LSp. — cassus] LSp (*post*

alteram quae tempora, tertiam quae neutrum. De his Aristoteles orationis duas partes esse dicit, vocabula et verba, ut (p. 401 Sp.[1]) Homo et Equus, et Legit et Currit. Utriusque generis et § 12 vocabuli et verbi quaedam priora, quaedam posteriora; priora ut Homo, Scribit, posteriora ut Doctus et Docte; dicitur enim Homo doctus et Scribit docte. Haec sequitur locus et tempus, quod neque Homo nec Scribit potest sine loco et tempore esse, ita ut magis sit locus homini coniunctus, tempus scriptioni. Cum de his nomen sit primum — prius enim no- § 13 men est quam verbum temporale et reliqua posterius quam nomen et verbum — prima igitur nomina; quare de eorum declinatione quam de verborum ante dicam.

5. Nomina declinantur aut in earum rerum discrimina, § 14 quarum nomina sunt, ut ab Terentius Terenti, aut in earum extrinsecus, quarum ea nomina non sunt, ut ab equo Equiso. (p. 402 Sp.[1]) In sua discrimina declinantur aut propter ipsius rei naturam de qua dicitur aut propter illius qui dicit. Propter ipsius rei discrimina aut ab toto [*aut a parte. Ab toto,*] ut ab homine Homunculus, ab capite Capitulum; propter multitudinem, ut ab homine Homines; ab eo quod alii dicunt Cervices et id Ortensius in poematis Cervix. Quae a parte declinata, § 15 aut a corpore, ut a mamma Mammosae, a manu Manubria;

F. fol. 19 uerbi . Quaedam . . lector

Laetum *qui* casus), capus F. — 1 alterum F, *corr.* Laetus *cum* B. — tertia F, tertium M, *corr.* Müller. — 2 ut et homo et equus legit Vp (*vocabuli* et *traiectio ex cod.* F *scriptura orta est in quo propter membranae defectum sic est scriptum:* et uerba ut / homo et equus et. — 5 doctus et] *post haec verba* F *in margine habet addita* hic error non paruus *man. ut vid. sec.* — 6 et locus et Laetus. — 7 scribit] H, Laetus, scribi F. — 9 quom H. — 10 temporale . . verbum *om.* GHa. '*fort. del.* temporale' LSp. — 11 et] *fort. del. sic mutata interpunctione* temporale et reliqua, posterius quam nomen verbum. — 14 Terenti] '*fort.* Terentio' LSp. — earum] LSp, ea res FGM, ea re Ha, eas res Vp Laetus. — 17 de quo F, *corr.* Vertranius. — 18 aut a parte ab toto *add.* vulg. — 19 capitulum aut propter Vp. — 21 et id] '*fort.* fecit *vel* edidit' LSp. *malim delere* et *vel sic transponere:* ab eo quod alii dicunt cervices cervix id Ortensius in poematis. — hortensius GH. *cf.* X, 78. '*Verba* propter multitudinem . . cervix *parum aptum locum tenent*' LSp. — a parte] apte F. — 22 manubria] manubriae B, manubiae vulg. '*fort.* manuarii'

(p. 403 Sp.[1]) aut ab animo, ut a prudentia Prudens, ab ingenio Ingeniosi. Haec sine agitationibus; at ubi motus maiores, item ab animo, ut ab strenuitate et nobilitate Strenui et Nobiles, sic a pugnando et currendo Pugiles et Cursores. Ut aliae declinationes ab animo, aliae a corpore, sic aliae quae extra hominem, ut Pecuniosi, Agrarii, quod foris pecunia et ager.

§ 16 6. Propter eorum qui dicunt usum declinati casus, uti is qui de altero diceret, distinguere posset, cum vocaret, cum daret, cum accusaret, sic alia eiusdem [*modi*] discrimina, quae nos et Graecos ad declinandum duxerunt. Sine contro- (p. 404 Sp.[1]) versia sunt quinque, quis vocetur, ut Ercules; quemadmodum vocetur, ut Ercule; quo vocetur, ut ad Erculem; a quo vocetur, ut ab Ercule; cui vocetur, ut Erculi; cuius vocetur, ut Erculis.

§ 17 7. Propter ea verba quae erant proinde ac cognomina, ut Prudens, Candidus, Strenuus, quod in his praeterea sunt discrimina propter incrementum, quod maius aut minus in his esse potest, accessit declinationum genus, ut a Candido (p. 405 Sp.[1]) Candidius Candidissimum sic a Longo, Divite, id genus aliis ut fieret.

§ 18 Quae in eas res quae extrinsecus declinantur, ut ab

LSp. manuleata Christ Philol. XVII, 59. *conf.* LSp XVII, 302. *ego exspecto vocabulum quod significet magnas manus habentes, fort.* manuati *vel* manuti. — 1 aut ab *litt.* u *corr. ex* b F (Keil) *h. e. omisso* aut *librarius primum* ab *scripserat;* aut ab *corr. ex* alia ab F (Groth). — '*fort.* prudentes' LSp. — 2 '*fort.* item ab animo aut a corpore, ab animo' LSp. — 3 mobilitate . . mobiles Christ l. c. — 7 dicunt usum] Vertranius, dicuntur . SŪ . F (Keil) G, dicuntur . SŪ . *corr. ex* dicunt SŪ *ut vid.* F (Groth), dicunt. Sr Vp, dicuntur sunt HMa Laetus, dicunt naturam Wilmanns p. 11, C. F. W. Müller p. 794, *prob.* Groth. — 9 *post* alia *interpungit* C. F. W. Müller. — ut Veneta. — quom *ter* H. — eiusdem modi] LSp. *cum* Müllero, eiusdem F. — 11 quinque] qui quae FHa, quique GMV, q̄ quis p, *corr.* Laetus. — ercules F *sine aspirata, item in proximis.* — ercules . . ut ad *om.* G, ercules . . ercule *om.* H. — 12 Ercule] hercules Laetus. — quo vocetur . . ut ab *om.* M. — a quo vocetur ut ab ercule *om.* Laetus *cum* B. *verba* quis vocetur . . ut Herculis *delet* Wilmanns. — 15 cognominata M, Laetus. *conf.* F. W. Müller p. 795. — 17 aut] vel Laetus. — 18 'ut *fort. del.*' LSp. — 19 candidior p. — candidissimus MVp. — et id p. — 21 ea Vp. — ut] LSp, sunt F.

equo Equile, ab ovibus Ovile, sic alia, haec contraria illis
quae supra dicta, ut a pecunia Pecuniosus, ab urbe Urbanus,
ab atro Atratus, ut nonnunquam ab homine locus, ab eo loco
homo, ut ab Romulo Roma, ab Roma Romanus. Aliquot § 19
modis declinata ea quae foris; nam aliter qui a maioribus
suis, Latonius et Priamidae, aliter quae [*a*] facto, ut a prae-
dando Praeda, a merendo Merces; sic alia sunt, quae circum
ire non difficile; sed quod genus iam videtur et alia urgent,
omitto.

8. In verborum genere quae tempora adsignificant, quod § 20
ea erant tria, praeteritum, praesens, futurum, declinatio fa-
cienda fuit triplex, ut ab Saluto Salutabam Salutabo; cum (p. 406 Sp.[1])
item personarum natura triplex esset, qui loqueretur, [*ad
quem,*] de quo, haec ab eodem verbo declinata, quae in copia
verborum explicabuntur.

9. Quoniam dictum de duobus, declinatio cur et in quo § 21
sit facta, tertium quod relinquitur, quemadmodum, nunc di-
cetur. Declinationum genera sunt duo, voluntarium et natu-
rale; voluntarium est, quo ut cuiusque tulit voluntas decli-
navit. sic tres cum emerunt Ephesi singulos servos, nonnun-
quam alius declinat nomen ab eo qui vendit, Artemidorus,
atque Artemam appellat, alius a regione quod ibi emit, ab
Ionia Iona, alius quod Ephesi, Ephesium, sic alius ab alia (p. 407 Sp.[1])

---

1 ovibus] '*fort.* ovi' LSp. — 3 atro atratus] aratro aratrus a. '*fort.* agro agrarius. nonnunquam' LSp. — 5 '*fort.* quae a maioribus ut' LSp. — 6 latonius] p, Laetus, latonus (laton;) F. '*possis* latoius *vel* latous *scribere*' LSp. — priamides M. — a] add. vulg. *ex* B. — 7 'sunt *fort. del.*' LSp. — 12 ab *om.* vulg. — '*fort.* ut salutabam saluto salutabo' LSp. — 13 ad quem *om.* F, *addidit* Laetus *sed post* de quo *positum*, *suo loco posuit* Müller. — 16 duabus declinationibus F, '*corr.* Müller, *sed praestat fortasse* declinatus' LSp. — quo] LSp. *conf.* p. 165, 1, qua F. — 17 facta] *scripsi*, fama F, forma vulg. iam LSp. — dicetur] vulg., dicitur F. — 19 quo] quod Stephanus. — quoiusque . . quom GH. — 20 tres cum *supra* versum F. — 21 qui] quod Vertranius. — vendidit idem. — artem. idorus F. — 22 artemam] artemidorum Laetus, *cui* sive Artemam *addit* Müller. '*fort.* qui vendidit Artema atque Artemidorum' LSp. *coll.* § 22 *exspectes* qui vendit atque Artemidorum appellat. — emit *corr. ex* emi *ut vid.* F (Groth). — ab Ionia] ab iona F, *corr. ni fallor* Laetus. — 23 Iona] ionam F, *corr.* Müller, Ionem G, Augustinus.

§ 22 aliqua re, ut visum est. Contra naturalem declinationem
dico, quae non a singulorum oritur voluntate sed a communi
consensu. Itaque omnes impositis nominibus eorum item de-
clinant casus atque eodem modo dicunt huius Artemidori et
§ 23 huius Ionis et huius Ephesi, sic in casibus aliis. Cum utrum-
que nonnunquam accidat, et ut in voluntaria declinatione
animadvertatur natura et in naturali voluntas, quae, cuius-
(p. 408 Sp.¹) modi sint, aperientur infra, quod utraque declinatione alia
fiunt similia, alia dissimilia, de eo Graeci Latinique libros
fecerunt multos, partim cum alii putarent in loquendo ea
verba sequi oportere, quae ab similibus similiter essent de-
clinata, quas appellarunt *ἀναλογίας*, alii cum id neglegendum
putarent ac potius sequendam *dis*similitudinem, quae in con-
suetudine est, quam vocant *ἀνωμαλίαν*, cum, ut ego arbitror,
utrumque sit nobis sequendum, quod [*in*] declinatione volun-
§ 24 taria sit anomalia, in naturali magis analogia. De quibus
(p. 409 Sp.¹) utriusque generis declinationibus libros faciam bis ternos,
prioris tris de earum declinationum disciplina, posterioris *de*
eius disciplinae propaginibus. de prioribus primus erit hic,
quae contra similitudinem declinationum dicantur, secundus,
quae contra dissimilitudinem, tertius de similitudinum forma;
de quibus quae expediero singulis tribus, tum de alteris toti-
dem scribere ac dividere [incipimus] incipiam.

F fol. 19 b contra naturalem

---

1 aliqua alia Vp. *magis Varronianum sit* ab alia qua re. — 2 acomuni F. — 3 oms F. — 5 Ionae vulg., Ione B. — ephesi] Rholand., ephesii Laetus, ephesis F. — sic] sic rectus plerumque voluntarius, obliqui naturales semper, sic Vp. — 7 quoiusmodi GH. — 8 aperientur] F, aperietur Laetus, *prob.* LSp. — 12 analogias F. '*fort.* quam appellarunt *ἀναλογίαν*' LSp. — 13 dissimilitudinem] similitudinem F, *συνήθειαν* dissimilitudinemque vulg. *ex* B *qui* que *om.* — 14 uocarunt F (*eo compendio quod facile* uocant *esse credas*), GHa, uocant ceteri. — *ἀνωμαλίαν*] AωMAЄNAN F, ΛωMαЄNAN M, *om.* ceteri, *corr.* Aldus. — 15 in] *addidit* vulg. — 18 posteriores F. — de] LSp, ex libri. — 20 '*fort.* dicuntur' LSp. — 22 expediero] Müller, experiero F, expetiero B, expedierim Scioppius. — tum] aut M, Laetus. — 23 incipimus F (incipim;), incipiamus H, incipiemus Scioppius, *del.* LSp.

§ 25 10. Quod huiusce libri est dicere contra eos qui similitudinem sequuntur, quae est ut in aetate puer ad senem, [*puella*] ad anum, in verbis, ut est scribo scribam, [dico] dicam prius contra universam analogiam, dein tum de singulis (p. 410 Sp.[1]) partibus. A natura sermonis incipiam.

§ 26 11. Omnis oratio cum debeat dirigi ad utilitatem, ad quam tum denique pervenit, si est aperta et brevis, quae petimus, quod obscurus et longus orator est odio, et cum efficiat aperta, ut intellegatur, brevis, ut cito intellegatur, et apertam consuetudo, brevem temperantia loquentis, et utrum- (p. 411 Sp.[1]) que fieri possit sine analogia, nihil ea opus est. neque enim, utrum Herculi an Herculis clavam dici oporteat, si doceat analogia, cum utrumque sit in consuetudine, non neglegendum [sunt], quod aeque sunt et brevia et aperta.

§ 27 12. Praeterea quoius utilitatis causa quaeque res sit inventa, si ex ea quis id sit consecutus, amplius eam scrutari cum sit nimium otiosi, et cum utilitatis causa verba ideo sint imposita rebus ut eas significent, si id consequimur una consuetudine, nihil prodest analogia.

§ 28 13. Accedit quod quaecumque usus causa ad vitam sint assumpta, in his *convenit* utilitatem quaerere, non similitu- (p. 412 Sp.[1]) dinem; itaque in vestitu cum dissimillima sit virilis toga

1 dicere] dicitur G H, '*fort.* dicetur, *nisi infra fuit* scribam, dicam prius' LSp. — 3 puella] *addidit* Aldus, *quo fort. carere possumus, quod veteres etiam* haec puer *dixisse constat.* — anum] auum H G. — '*fort.* sic in verbis ut scribo' LSp. — dico] *delevi cum* LSp; *vid. supra.* Christ Philol. XVI, 452. — 5 sermo F, *corr.* vulg. — 8 obscurum et longi F, *corr.* Aldus. — 9 et cito F, *corr.* Aldus. — 10 aperta F, *corr.* vulg. '*verbum aliquod velut* reddat *in sequentibus intercidisse videtur*' LSp. *maxime placeat* temperantia faciat loquentis. — 11 nichil F. — 12 '*fort.* clava' LSp. — 13 neglegendum. Sunt quod F, sunt *om.* vulg. — 14 breui F. — 15 quoius] Müller, *prob.* Groth, quod ius Fa, quod uis G H V p, quod his M B, Laetus. '*fort.* quor *vel* quid vis cum *cum interrogationis signo post* otiosi' LSp. *an nihil fuit nisi* quom? — 16 eam] vulg., ea F *fort. ferendum.* — 17 cum *abesse malis.* — otio:si F (*h. e.* otio si *ex* otiosi). — 18 ea F, *corr.* Vertranius. — 19 nichil F. — 20 accidit F, *corr.* Aldus. — quod] ut G H. — '*fort.* sunt' LSp. *idem* C. F. W. Müller p. 872. — 21 convenit] *conieci,* non F, non oportet V p, '*qui debebant certe* nos oportet' LSp, *om.* Aldus, necesse Müller. '*fort.* solemus' LSp. — querere F, quaerimus Augustinus.

tunicae, muliebris stola pallio, tamen inaequabilitatem hanc sequimur nihilo minus.

§ 29 14. In aedificiis, quom non videamus habere [*ad*] atrium (p. 413 Sp.[1]) περίστυλον similitudinem et cubiculum ad equile, [quod] tamen propter utilitatem in his dissimilitudines potius quam similitudines sequimur; itaque et hiberna triclinia et aestiva non item valvata ac fenestrata facimus.

§ 30 15. Quare cum ut in vestitu aedificiis, sic in supellectile cibo ceterisque omnibus quae usus [*causa*] ad vitam sunt assumpta dominetur inaequabilitas, in sermone quoque, qui est usus causa constitutus, ea non repudianda.

§ 31 16. Quod si quis duplicem putat esse summam, ad quas (p. 414 Sp.[1]) metas naturae sit perveniendum in usu, utilitatis et elegantiae, quod non solum vestiti esse volumus ut vitemus frigus, sed etiam ut videamur vestiti esse honeste, non domum habere ut simus in tecto et tuto solum, quo necessitas contruserit, sed etiam ubi voluptas retineri possit, non solum vasa ad victum habilia, sed etiam figura bella atque ab artifice . ., quod aliud homini, aliud humanitati satis est; quodvis sitienti homini poculum idoneum, humanitati *ni*si bellum parum; sed

---

1 tunica F, *corr.* Laetus. — muliebri stola F, *corr.* Cuper Observ. 4, 9 *ex* IX § 48. — 2 sequitur F, *corr.* vulg. *ex* B. — nichil ominus F. — 3 edificiis F. — quom] LSp, Müller, quod F. — videmus Laetus. quid? non videmus Augustinus. — ad atrium] LSp, atrium ad Müller, *quod haut scio an praestet propter verborum concinnitatem,* atrium F. — 4 ΠΕΡΗϹΤϦΛΟΝ F M a, περιστιλων H, περιστύλον Vertranius, *lacuna in* G V p. — quod] *del.* Müller. — 6 sequimur] V p, sequamur F. — estiua F. — 8 et in F, *corr.* Stephanus. — edificiis F. — 9 ceteris Laetus. — usuis causa LSp, usus F, usu Rholandellus. — 13 mętas F. — 16 quod F, *corr. quidam ap. Augustinum.* — 17 retinere Müller. — 18 artifice quod F *cum lacuna quattuor fere litterarum, item* G M V p, *in ceteris nullum lacunae vestigium.* '*intercidit verbum velut* facta' LSp. *praeter alia licet* bono quo; aliud. — 19 sitienti'' poculum h'omini F *idque ceteri sine notae signo praeter* a, *qui* poculum sitienti homini. '*librarius voluisse videtur* sitienti homini poculum, *quod* B, *atque ita Victorius cod.* F *scripturam interpretatus est*' LSp. *tacet Groth.* — 20 nisi] Aldus, si F. '*hoc verum videtur et locus sic reddendus:* humanitati, si bellum. parum est, quod cum et discessum est' LSp. simpulum *vel* simpuium *coniecit* Groth *pro* sibellum. *fort.* si belle paratum.

cum discessum est ab utilitate ad voluptatem, tamen in eo ex dissimilitudine plus voluptatis quam ex similitudine saepe capitur; quo nomine et gemina conclavia dissimiliter poliunt § 32 et lectos non omnis paris magnitudine ac figura faciunt. (p. 415 Sp.[1]) Quod si esset analogia petenda supellectili, omnis lectos haberemus domi ad unam formam et aut cum fulcro aut sine eo, nec cum ad tricliniarem gradum, non item ad cubicularem; neque potius delectaremur supellectile, distincta quae esset ex ebore . . rebus disparibus figuris quam grabatis, qui analogon ad similem formam plerumque eadem materia fiunt. Quare aut negandum nobis disparia esse iucunda aut, quoniam necesse est confiteri, dicendum verborum dissimilitu- (p. 416 Sp.[1]) dinem, quae sit in consuetudine, non esse vitandam.

17. Quod si analogia sequenda est nobis, aut ea obser- § 33 vanda est quae est in consuetudine aut quae non est. Si ea quae est sequenda est, praeceptis nihil opus est, quod cum consuetudinem sequemur, ea nos sequetur; si quae non est in consuetudine, quaeremus: ut quisque duo verba in quattuor formis finxerit similiter, quamvis haec nolimus, tamen erunt sequenda, ut Iuppitri, Marspitrem? quas si quis servet ana- (p. 417 Sp.[1])

F fol. 20 haberemus . . orationes decli

---

1 est] vulg. *ex* B, et F, *om.* Aldus. *fort.* sit. — '*fort.* in ea' LSp. — 2 sepe F. — 3 capiatur HVap. — quo nomine] '*fort.* quom *vel* quoniam' LSp. *maxime velis* quam ob rem. — pollent F, *corr.* Koeler litt. crit. in Varronem p. 17. — 4 om̃is F. — pari Vp Aldus. — 5 si esset] Laetus, essent (eent) F, essent si esset p. — om̃s F. — 7 non item] m̃tem V, mentem p. '*fort.* non *del.*' LSp. *conf.* Christ Philol. XVI, 455, Reiter p. 4. — 9 ebore rebus F *cum spatio quattuor fere litt.* (*et sic omnes nostri*); ebore aliisque rebus Laetus. *conf.* Reiter p. 82 sq. '*fort.* ebore testudine aliis rebus *coll.* IX § 47' LSp. *fort. del.* rebus. — grabattis F. — 10 analogicon B, analogeis cum vulg., ἀνὰ λόγον Müller. — 12 dissimilitudine F. — 13 '*fort.* quae est' LSp. — consuetudinem F. — 16 nichil F. — 17 sequamur Laetus, sequimur p. — 18 queremus F, sequemur Aldus. — 19 finxerit Vertranius, finxerunt F. '*fort.* verba finxit similiter, similiter in quattuor formis, quamvis haec nolimus' LSp. — nolimus] LSp, nolemus F, nollemus vulg. *ex* B. — 20 iuppiti F. '*fort.* ut Iuppiter Marspiter Iuppitri Marspitri.' LSp. *interrogationis signum ego addidi, quae*

logias, pro insano sit reprehendendus. non ergo ea est sequenda.

§ 34 18. Quod si oportet id es*se*, ut a similibus similiter omnia declinentur verba, sequitur, ut ab dissimilibus dissimilia debeant fingi, quod non fit; nam et [*ab*] similibus alia fiunt similia, alia dissimilia, et ab dissimilibus partim dissimilia partim similia. Ab similibus similia, ut a Bonum Malum Bono Malo; ab similibus dissimilia, ut ab Lupus Lepus Lupo Lepori. Contra ab dissimilibus dissimilia, ut Priamus Paris,
(p. 418 Sp.[1]) Priamo Pari; ab dissimilibus similia, ut Iuppiter Ovis, Iovi
§ 35 Ovi. Eo iam magis analogias ... dissimilia finguntur, sed etiam ab iisdem vocabulis dissimilia neque a dissimilibus similia, sed etiam eadem. Ab iisdem vocabulis dissimilia fingi apparet, quod cum duae sint Albae, ab una dicuntur Albani, ab altera Albenses; cum trinae fuerint Athenae, ab una dicti
§ 36 Athenaei, ab altera *Athenaiis, a tertia Athenaeopolitae. Sic ex diversis verbis multa facta in declinando inveniuntur eadem, ut cum dico ab Saturni Lua Luam, et [ab solvendo]

---

interrogatio pendeat a quaeremus. *conf.* dicemus § 56, quaeram § 64. 40. *vulgo* quaeremus *cum* si *coniungitur.* — 3 id esse] *scripsi* (*duce Müllero qui* ita esse), id est F, *om.* vulg. — 4 ab dissimilibus] ab his similibus F *cum ceteris praeter* a *qui* a dissimilibus. — 5 nam et similibus F, a *add.* vulg. *ex* B, '*sed et hic et alibi erit reddendum* ab' LSp. — 6 partim dissimilia partim similia] LSp, partim similia partim dissimilia libri. — 7 a bonum malum bono malo] LSp, *item* Christ p. 461, *nisi quod* et *servat;* a bono et malo bonum malum F. — 9 contra] vulg., contraria F, *cf.* § 22. '*aut del.* contraria *aut* contra ea scrib.' LSp. — 10 iupiter F. — iobi F. — 11 iam] etiam Laetus. — analogias] analogicos Laetus. '*lacunam indicavimus a Müllero sic expletam:* non solum a similibus. *fort.* eo iam magis analogia non est sequenda, quod non modo ab similibus dissimilia finguntur' LSp. *conf.* Christ p. 457, LSp Philol. XVII, 294. — 12 iisdem] Laetus, isdem Müller, hisdem F. — 13 hisdem F, eisdem Veneta. ab dissimilibus vocabulis fingi Müller. — 14 albae] aluae F. — una *corr. ex* una F (Keil). — 16 Athenaei] athenae F, *corr.* Laetus. — athena iis Fa, athenaus GHVp, athenasi M, athenensii Laetus, athenienses Pius, athenaeis Müller, *prob.* Aug. Müller p. 30. '*apud* Steph. s. v. Ἀθῆναι *incerta est lectio haec:* ὁ πολίτης Ἀθηναῖος καὶ Ἀθηναικός, *ubi vid.* Mein., *cf.* Lob. *ad* Phryn. p. 41. *an* Athenaitae?' LSp. — atheneopolitae F, '*fort.* Athenopolitae' LSp. — 18 Lua] lua *corr. ex* lui F (Keil), lui *ut vid.* F (Groth), lui ceteri (ab saturni buluam et V). — et ab soluendo abluo abluam F, *corr.* Müller.

ab luo luam. Omnia fere nostra nomina virilia et muliebria (p. 419 Sp.[1]
multitudinis cum recto casu fiunt dissimilia, *eadem in* dandi;
dissimilia, ut mares Terentiei, feminae Terentiae, eadem in
dandi, vireis Terentieis et mulieribus Terentieis. dissimile
Plautus et Plautius et commune ut huius Plauti et Marci.

19. Denique si est analogiá, quod in multis verbis est § 37
similitudo verborum, sequitur, quod in pluribus est dissimili- (p. 420 Sp.[1]
tudo, ut non sit in sermone sequenda analogia.

20. Postremo, si est in oratione, aut in omnibus eius § 38
partibus est aut in aliqua [esse parum]; et in omnibus non est, in aliqua esse parum est, ut album esse Aethiopa non satis est quod habet candidos dentes; non est ergo analogia.

21. Cum ab similibus verbis quae declinantur similia fore § 39
polliceantur qui analogias esse dicunt, et cum simile tum
denique dicant esse verbo verbum, ex eodem si genere eadem (p. 421 Sp.[1]

---

1 omnia] omĩa F. — nomina] LSp, omĩa F, verba Aldus, *om.* vulg. — virilia] liberalia F, *corr.* Scaliger. — 2 fiunt] '*fort.* sint' LSp. — eadem in dandi] LSp, eum dant F, cum dandi Laetus *et addito* casu vulg. *ex* B, cum dandi eadem Müller. — 3 feminae] femina ē F, *corr.* Laetus. — Terentiae] terentia F, *corr.* Laetus. — eadem] ea^{dem} F. — 'in dandi *fort. del.*' LSp. — 4 vireis] LSp, uiris *corr. ex* uires F, uiris ceteri. — 5 comune F. — marci F, Plauti Laetus, huius Plautii vulg. *ex* B. *vid.* Ritschelii Parerg. p. 25 *qui* et commune huius Plauti, ut et Marci *proposuit.* et commune Luci Plauti et Marci Plauti Müller, et commune M. huius Plauti et Macci Lachm. p. 328. LSp *coniecerat:* Plautus et Plautius, commune et huius Plauti et Macci, *item in editione scripturus erat* Macci. *haec autem* Groth: dissimile Plautus et Plautius, [Marcus et Marcius], et commune utriusque Plauti et Marci. *a quo paulum distat id quod ego tentaveram:* [Marcus et Marcius], commune huius Plauti et [huius] Marci. *sed nunc aut illud* et Marci *ab alio quodam homine docto adscriptum esse censeo* (*nam etiam in prioribus unum nomen proprium positum est, non duo*) *aut totum hunc locum* 'dissimile Plautus . . et Marci' *alii grammatico tribuendum esse; de solo enim dandi casu plurativo in superioribus locutus erat Varro.* — 6 est] et F, *corr.* vulg. — 8 sequenda *om.* Scioppius. — 9 aut] aut *corr. ex* et F, aut et V. — 10 esse parum *del.* vulg. *ex* B. — et] *fort.* at *vel del.* — 11 Aethiopa] LSp, ethiopam F, ethiopem Gap, Laetus. Aethiopam *probat* Aug. Müller p. 34. — 12 habeat GHa. — 13 quom GH. — 14 pollicentur Laetus. — simile tum] simili laetum F (*alii* letum), *corr.* vulg. *ex* B. — 15 dicant esse] LSp, dicantes se FGHVp, dicentes se M, Laetus. — si] LSp, sit F, fit Aldus.

(p. 421 Sp.[1]) figura transitum de cassu in cassum similiter ostendi possit, qui haec dicunt utrumque ignorant, et in quo loco similitudo debeat esse, et quemadmodum spectari soleat, simile sit necne. Quae cum ignorant, sequitur ut cum analogiam dicere non

§ 40 possint, sequi [*non*] debeamus. Quaero enim, verbum utrum dicant vocem quae ex syllabis est ficta, eam quam audimus, an quod ea significat, quam intellegimus, an utrumque. Si vox voci esse debet similis, nihil refert, quod significat mas an femina sit, et utrum nomen an vocabulum sit, quod illi

§ 41 interesse dicunt. Sin illud quod significatur debet esse simile,

(p. 422 Sp.[1]) Diona et Theona quos dicunt esse paene ipsi geminos, inveniuntur esse dissimiles, si alter erit puer, alter senex, aut unus albus et alter Aethiops, item aliqua re alia dissimiles. Sin ex utraque parte debet verbum esse simile, non cito invenietur quin in altera utra re claudicet, nec Perpenna et Alphena erit simile, quod alterum nomen virum, alterum mulierem significat. Quare quoniam ubi similitudo esse debeat nequeunt ostendere, impudentes sunt qui dicunt esse analogias.

§ 42 22. Alterum illud quod dixi, quemadmodum simile spectari oporteret, ignorare apparet ex eorum praecepto, quod dicunt, cum transierit e nominandi casibus in eos quos appellant vocandi, tum denique posse dici rectos esse similis

---

F fol. 20 b praecepto quod

---

1 cassu in cassum] *sic* F. — '*fort.* similiter fieri' LSp. — 2 'loco *fort. del.*' LSp. — 3 'soleat *fort. del.*' LSp. — 4 '*fort.* ignorent' LSp. — 5 non] *addidit* Vertranius. *an* ut *est* 'wie wenig'? — quero F. — 6 est ficta] conficta GHa. — 7 ea] eam vulg. *ex* B. '*fort.* ea significatur *vel* an quae significat, eam quam' LSp. *intellegendum vid.* an verbum sit id quod ea vox significat. — 8 esse debet] F, debeat esse GHa, debet esse Vp. — nichil F. — 9 illi] Laetus, illę F, ille nostri, illei LSp. — 11 et atheona F, *corr.* M, Laetus. — pene F. — 13 albus] Gallus Augustinus *ex* IX § 42. — et *om.* Aldus. — ethiops F. — dissimile F, *corr.* vulg. — 14 verbum] '*fort.* verbo verbum' LSp. — 15 quin] qui F, *corr.* Veneta. — 16 alfaen F, alfaena Laetus. '*fort.* Perpennae Alphena *vel* Perpenna Alphenae' LSp. — 18 imprudentes Laetus *cum* B. — 20 simile expectari F, *corr.* Victorius, Augustinus. — 21 '*fort.* oporteat' LSp. — 22 quom H. — 23 rectos] *fort.* recte *vel* recte eos.

aut dissimilis; esset enim ut si quis, Menaechmos geminos (p. 423 Sp.[1]) cum videat, dicat non posse iudicare similesne sint, nisi qui ex his sint nati considerarit num discrepent inter se. Nihil, § 43 inquam, quo magis minusve sit simile quod conferas cum altero, ad iudicandum extrinsecus oportet sumi. Quare cum ignorent, quemadmodum similitudo debeat sumi, de analogia dicere non possunt. Haec apertius dixissem, nisi brevius eo nunc mallem, quod infra sunt planius usurpanda. Quare quod ad universam naturam verborum attinet, haec attigisse modo satis est.

23. Quod ad partis singulas orationis, deinceps dicam. § 44 Quoius quoniam sunt divisiones plures, nunc ponam potis- (p. 424 Sp.[1]) simum eam qua dividitur oratio secundum naturam in quattuor partis, in eam quae habet casus et quae habet tempora et quae habet neutrum et in qua est utrumque. Has vocant quidam appellandi, dicendi, adminiculandi, iungendi. Appellandi dicitur ut Homo et Nestor, dicendi ut Scribo et Lego, iungendi ut Que, adminiculandi ut Docte et Commode. Ap- § 45 pellandi partes sunt quattuor, e quis dicta a quibusdam provocabula quae sunt ut Quis, Quae; [*vocabula*] ut Scutum, [ut] (p. 425 Sp.[1]) Gladium; nomina ut Romulus, Remus; pronomina ut Hic, Haec. Duo media dicuntur nominatus; prima et extrema ar-

1 Me hech mos FMVp, archechimos H, orehechmos G, menechinos a, Laetus, menachmos B, *corr.* Aldus. — 2 quom H. — dicat se non M, Laetus. posse se Christ. — sint q nisi F, *sed* q *deleto*. — 3 num discrepent] nunc discrepat F, *corr.* Augustinus. — nichil F. — 4 cum] *in versu om. supra lin. add.* F. — 5 sumi] adsumi *infra* § 69. — 6 ignorarent F, *corr.* Rholandellus. — 12 quoius] F, Quorum vis M, quarum vis B, Laetus. — 13 eam] Lachmann, iam F, item MB, Laetus. *conf.* Aug. Müller p. 48. — qua] quur H, in quae Aldus. — secundum] secunda ut F, servanda Laetus, secanda Augustinus, *corr.* Lachm. ad Lucr. p. 328. — 14 in eam] a, unam Mp, Laetus, iniam F *cum ceteris*. — et quae habet tempora] GH, alteram quae habet tempora Laetus, *om.* F *cum ceteris*. — et tertiam quae Laetus. — 15 et quartam in qua Laetus. — 16 quidem F, *corr.* Laetus. — '*transponenda sunt* iungendi adminiculandi' LSp. — 18 ut que] ut quae a, atque p, ut atque vulg. *ex* B, ut Et et Que Müller. — commode] 'X § 17 facete, *ubi* facte *scribit* a' LSp. — 20 quisque F, *corr.* Augustinus. — vocabula] *add.* Laetus. — ut *om.* Bentinus. — 22 haec] hec *corr. ex* nec F (Keil), et hec GHV. — nomina tus F (Groth).

ticuli. Primum genus est infinitum, secundum ut infinitum,
§ 46 tertium ut effinitum, quartum finitum. Haec singulatim triplicia esse debent quod [*ad*] sexum, multitudinem, casum. Sexum, utrum virile an muliebre an neutrum sit, ut Doctus Docta Doctum; multitudinem, unum an plura significet, ut Hic, Hi, Haec; casum, utrum recto sit, ut Marcus, an obliquo, ut Marco, an communi, ut ovis.

§ 47 24. His discretis partibus singulas perspice, quo facilius (p. 426 Sp.[1]) nusquam esse analogias quas sequi debeamus videas. Nempe esse oportebat vocis formas ternas, ut in hoc Humanus Humana Humanum, sed habent quaedam binas, ut Cervus Cerva, quaedam singulas, ut Aper, et sic multa. non ergo est in huiuscemodi generibus analogia.

§ 48 25. Et in multitudine ut unum significat Pater, plures Patres, sic omnia debuerunt esse bina. Sed et singularia solum sunt multa, ut Cicer, Siser; nemo enim dicit Cicera, Sisera; et multitudinis sunt, ut Salinae; non enim ab his (p. 427 Sp.[1]) singulari specie dicitur Salina et Balnea. Neque ab eo quod dicunt Balneum habet multitudinis consuetudo; nam quod est ut Praedium Balneum, debuerunt esse plura ut Praedia Balnea, quod non est; non est ergo in his quoque analogia.

§ 49 26. Alia casus habent et rectos et obliquos, alia rectos

---

2 effinitum] finitum Augustinus. — quartum ut finitum H *et punctis notato medio vocabulo* G. — 3 quod ad] LSp *duce* vulg. (*quae* quoad), quod F. *cf.* Lachm. ad Lucret. p. 331, Reiter p. 54, C. F. W. Müller p. 800. quod *servat* Groth *coll.* Kettner p. 11, Aug. Müller p. 60. — 5 '*fort.* utrum unum' LSp. — 6 haec] hec F, hae vulg. *ex* B. haec hae Christ. *fort. del.* — 7 comuni F, communis a, commune GH. — ovis] LSp, iouis F. '*verba* an communi ut Iovis *fort. del., certe scrib.* ovis' LSp. — 8 discretis] Augustinus, decretis F, de ceteris p, dictis Laetus, '*fort.* secretis' LSp. — singula[s] F (Keil), s *add. man. ut vid. sec.* (ASp.). — 11 habent *corr. ex* habet F. — quedam F. — cervus cerva] '*infra* IX § 55, 56 corvus corva' LSp. — 14 plures] duo *cui supra scr.* plures F (Keil). — 15 debuerunt] vulg. *ex* B, debuerint F. — 17 multitudinis sunt] '*fort.* multitudinis solum *coll.* IX § 63' LSp. — salinae] '*fort.* scalae balneae . . scala et balnea *coll.* X § 54, IX, 68' LSp. *nisi potius in seq. del.* et balnea. — 18 balnea] balneae B. — 19 multitudinem Laetus. — 20 debuerint GMa, Laetus. — 21 quoque *in versu om. supr. lin. add.* F. — 22 alia casus alia casus FVp.

solum, alia modo obliquos habent; utrosque ut Iuno, Iunonis, rectos modo ut Iupiter, Maspiter, obliquos solum ut Iovis, Iovem; non ergo in his est analogia.

27. Nunc videamus in illa quadripertita. Primum si § 50
esset analogia, ut in infeineiteis articulis, ut est Quis [Quem] Quoius, sic diceretur Quae Quaius; et ut est Quis Quoi, sic (p. 428 Sp.[1])
diceretur Qua Quae; nam est proportione simile, ut Deae bonae Quae, sic Dea bona Qua [est], et ut est Quem Quis, sic Quos Ques. Quare quod nunc dicitur Qui homines dici oportuit Ques.

28. Praeterea ut est ab Is Ei, sic ab Ea Eae diceretur, § 51
quod nunc dicitur Ei; pronuntiaretur ut in iis viris, sic es mulieribus, et ut est in rectis casibus Is Ea, in obliquis (p. 429 Sp.[1])
esset Eius Eaius; nunc non modo in virili sicut in muliebri dicitur Eius, sed etiam in neutris articulis ut Eius viri, Eius

---

1 obliquos habent. Utrosque F, *prob.* Groth; *interpungebatur post* obliquos. — 4 in *om.* Scioppius. iam C. F. W. Müller p. 868. *intelleg. fort.* oratione *cf.* p. 179, 11 *et* 13; 177, 9. — 5 'ut *fort. del.*' LSp. — in *om.* GHp. — infeineiteis] LSp, infei inei. teis F, ifei ī c^t^eteis V, ī fei ī eiteis p, in feim ei teis H, in rofei. mei. tris G, his *cum lacuna* M, his tribus Laetus B. — quem] *del.* LSp. — 6 quoius GHa, cuius F. — quae] qua Laetus. — quaius LSp *duce* Augustino *qui* quam quaius *scripserat,* quamuis FGHMVap, *in* F quamuls *fort. correctum esse ex* quaius *adnotat Groth,* quam cuius Laetus. — quis quoi] Augustinus, quis cui vulg., a quis (*h. e.* quiuis) cui Fa, a quoius quoi G, a quibus quoi H, a quis cui MV, a quis qui Müller. '*fort.* et ut est quoius quoi, sic diceretur [quaius quai, et ut est quis quei, sic diceretur] qua quae' LSp. — 7 qua quae] *sic* F (*nisi quod* quaenam *pro* quae nam). *hoc opinor dicit: dativus generis feminini ut masculini est a* quis quoi, *sic esset a* qua (*quae forma nominativi debebat esse pro* quae) *dativus* quae. *proportione similes enim debent esse dativi* deae bonae *et* quae *itemque nominativi* dea bona *et* qua. — 8 sic] LSp, sit F. — qua] Scioppius, quae F. — est] *om.* LSp. — quem quis F *corr. ex* quemuis. '*fort.* et ut est quis quem sic ques' LSp. — 9 homines *corr. ex* hominis F. — 11 preterea F. — is ei] his FGMa, hi his V, hi p, iis H, *corr.* Laetus. — 12 et pronuntiaretur C. F. W. Müller p. 868. — 'in *fort. del.*' LSp. — his uiris sic es mulieribus F, ieis *pro* his vulg. *ex* B, *item* eeis *pro* es, *ubi* eis Laetus, eaeis Augustinus; eis *pro* es *etiam* LSp. *fort.* eis viris sic eais m. — 13 is ea] Müller, ea id *nostri omnes, sed* ea"id'in obliquis F (Keil), is ea id vulg. *ex* B. '*fort.* is ea sic' LSp. — 14 in virili sicut] '*fort.* sicut in virili' LSp. — 15 sed et

mulieris, Eius pabuli, cum discriminentur in rectis casibus Is Ea Id. De hoc genere parcius tetigi, quod librarios haec spinosiora indiligentius elaturos putavi.

§ 52 (p. 430 Sp.[1]) 29. De nominatibus qui accedunt proxime ad infinitam naturam articulorum atque appellantur vocabula, ut Homo Equus, eorum declinationum genera sunt quattuor, unum nominandi, ut ab equo Equile, alterum casuale, ut ab equo Equum, tertium augendi, ut ab albo Albius, quartum minuendi, § 53 ut cista Cistula. Primum genus, ut dixi, id est, cum [*ab*] aliqua parte orationis declinata sunt recto casu vocabula ut a balneis Balneator. Hoc fere triplices habet radices, quod et a vocabulo oritur, ut a venatore Venabulum, et a nomine, ut a Tibure Tiburs, et a verbo, ut a currendo Cursor. In nullo horum analogiam servarei videbis.

§ 54 (p. 431 Sp.[1]) 30. Primum cum dicatur ut ab ove et sue Ovile et Suile, sic a bove Bovile non dicitur; et cum simile sit Avis et Ovis, neque dicitur ut ab ave Aviarium [*ab ove Oviarium, neque ut*] ab ove Ovile ab ave Avile, et cum debuerit esse ut a cubatione Cubiculum sic a sessione Sedi- § 55 culum, non est. Quoniam taberna, ubi venit vinum, a vino Vinaria, a creta Cretaria, ab unguento Unguentaria dicitur, analogon si essent vocabula, ubi caro venit, Carnaria, ubi

F. fol. 21 nata sunt . . conuenirent

H. — '*an* in neutro articuli is?' LSp. — 3 sponsiora F, sponsoria a p, spatiosiora B, *corr.* Victorius, vulg. — indulgentius F, *corr.* Scioppius. — 4 nominatibus] LSp, nominatiuis F. — qui] H, quae F, '*scrib.* quei' LSp. — finitam F, *corr.* Augustinus; *vid.* § 45. — 9 a cista Aldus. — ab] *add.* LSp. — 10 vocabulum F, *corr.* Aldus. — 13 Tibure] tibura F, *corr.* Laetus. — Tiburs et] tibur. Sed F, *corr.* vulg. *ex* B. — verbo ut] uerbo et FM, Laetus. — 14 servarei] LSp, seruare F, seruari a, Augustinus. — 15 et a sue M, Laetus. — ouille et suille F. — 16 bovile] Charisius p. 104 K: 'bovile vetat dici Varro ad Ciceronem VIII et ipse semper bubile dicit, sed Cato de abrogandis legibus bovile dixit.' — dicitur bubile non bovile vulg. *ex* B. — *uncinis circumclusa addidit* Müller, *quibus addendum videtur* sic (sic ab ove). *idem voluisse videtur* LSp. *etiam infra exspectes* sic ab ave, *quod in libro suo additum postea deleverat* LSp. — 18 auile *corr. ex* auele F. — avile non est neque ab ove oviarium Laetus. — 19 sic] sit F. — 20 uenet F, ueniet V[1]. '*fort.* ubi venit vinum *del.*' LSp. — 22 analogon] LSp Comment. p. 13, analogion F, analogicon Laetus, ἀνα-

pelles, Pelliaria, ubi calcei, Calcearia diceretur, non Laniena (p. 432 Sp.[1]) ac Pellesuina et Sutrina. Et sicut est ab uno Uni, ab tribus Trini, a quattuor Quadrini, sic a duobus Duini, non Bini dicéretur; nec non ut Quadrigae Trigae, sic potius Duigae quam Bigae. Permulta sunt huiusce generis, quae quoniam admonitus perspicere potest, omitto.

31. Vocabula quae ab nominibus oriuntur, si ab similibus § 56 nominibus similia esse debent, dicemus, quoniam gemina sunt Parma Alba Roma, Parmenses; aut quoniam est similis Roma Nola Parma, dicemus ut Romani Nolani sic Parmani; et a (p. 433 Sp.[1]) Pergamo, ab Ilio similiter Pergamenus Ilienus; aut ut Ilius [unus] et Ilia mas et femina, sic Pergamus et Pergama vir et mulier; et quoniam similia nomina sunt Asia Libya, dicemus Asiaticos et Libyaticos homines.

32. Quae vocabula dicuntur a verbis, fiunt ut a scribendo § 57 Scriptor, a legendo Lector. haec quoque non servare similitudinem licet videre ex his: cum similiter dicatur ut ab amando Amator, ab salutando Salutator, a cantando Cantator, et cum dicatur Lassus sum metendo ferendo, ex his vocabula non reddunt proportionem, quo*niam* non fit ut Messor Fertor. (p. 434 Sp.[1]) Multa sunt item in hac specie in quibus potius consuetudinem sequimur quam rationem verborum. Praeterea cum sint ab § 58 eadem origine verborum vocabula dissimilia superiorum, quod simul habent casus et tempora, quo vocantur participia, et multa sint contraria ut Amor Amo, Seco Secor, ab Amo et eiusmodi omnibus verbis oriuntur praesens et futurum et

---

λογικῶς vulg. *ex* B. — essent *corr. ex* esset F (Groth), esset F (Keil). — 1 pellaria Laetus. — 9 Alba] *om.* Scioppius. — Parmenses] ut Parmenses, Albenses Romenses Müller. '*fort.* sunt Parma Roma, Parmenses Romenses' LSp. — 10 et a] ut a Müller. — 12 unus *om.* vulg. *ex* B. — 13 libia F. — 14 libiaticos F. — 15 ducuntur vulg. *ex* B. '*fort.* dicuntur et, *nisi del.*' LSp. — fiunt] *olim del.* LSp, Müller. *ego interpunxi post* lector. — 18 '*fort.* a cantitando Cantitator non est' LSp; non cantator *iam Popma. an fuit* a cantando cantor (*scil.* dicitur)? *conf.* Stuenkel p. 18. — 20 redduntur proportione Scioppius. — quoniam] LSp. *conf.* p. 184, 10, quod vulg., quo F. — fit] sit MB vulg. — 22 preterea F. — 23 '*fort.* superioribus' LSp. — 25 '*fort.* amo amor, lego legor' LSp. — 26 et amansueta maturus FVMp. ut amans Bentinus.

Amans et Amaturus, ab eis verbis tertium quod debet fingi praeteriti in lingua latina reperiri non potest; non ergo est analogia. Sic ab Amor Legor et eiusmodi verbis vocabulum
(p. 435 Sp.[1]) eius generis praeteriti temporis fit, ut Amatus eram, sum,
§ 59 ero, neque praesentis et futuri ab his fit. non est ergo analogia, praesertim cum tantus numerus vocabulorum in eo genere interierit quod dicimus. In his verbis quae contraria non habent, Loquor et Venor, tamen dicimus Loquens et Venans, Locuturus [*et Venaturus*], quod secundum analogias non est, quoniam dicimus Loquor et Venor, [*non Loquo et Veno,*] unde illa erant superiora; eo minus servantur, quod [cum] ex his quae contraria verba non habent alia efficiunt terna, ut ea quae dixi, alia bina, ut ea quae dicam, Currens Ambulans, Cursurus Ambulaturus; tertia enim praeteriti non
§ 60 sunt, ut Cursus sum, Ambulatus sum. Ne in his quidem,
(p. 436 Sp.[1]) quae saepius quid fieri ostendunt, servatur analogia; nam ut est a cantando Cantitans, ab amando Amitans non est et sic multa. Ut in his singularibus, sic in multitudinis; sicut enim Cantitantes Seditantes non dicuntur.

§ 61 33. Quoniam est vocabulorum genus quod appellant compositicium et negant conferri id oportere cum simplicibus de

1 ab eis] et ab eis Ma Laetus. '*fort.* set ab eis' LSp. — '*fort.* debebat' LSp. — 3 ab amor] amabor F, *corr.* Augustinus. — eiusmodi omnibus F *sed deleto* omnibus. — verbis] uerbi ē F, *corr.* Augustinus. verbis non est Vertranius. — 4 teporis F. — fit ut] sicut Augustinus. — amaturus F, *corr.* Laetus. — '*fort. del.* eram sum ero' LSp. — 7 int̄ orierit (*h. e.* inter orierit) F, interorierit G a, introierit H, intus orierit M V p, *corr.* Laetus. — 8 '*fort.* ut loquor' LSp. — 9 et venaturus *addidit* Laetus. — 10 venor non loquo et veno unde] *supplevit* LSp Comment. p. 11 *pro quibus* uenerunt de F. venor unde Laetus. *licet etiam* quoniam [non] dicimus loquo et veno unde illa erant superiora. — 11 illa quae erant Laetus. — illa superiora minus Müller. — eo minus] LSp, eminus F, minus Rholand. — servantur] '*malim* servatur *et supra* secundum analogiam' LSp. *nisi praestat* servant *coll.* § 75, IX § 26, 55, 100 *al.* — 12 cum *delevit* Müller — habentur F, *corr.* vulg. *cum* B. — 15 '*fort.* cursus ambulatus' LSp. — 16 sepius F. — 18 Si^{u} enī F (Sicut enim *corr. ex* Si enim). — 19 seditantes] sed ettitantes F, sed^{+} etticantes V, et editantes p, sed equitantes H, *corr.* M, Laetus. — '*fort.* dicitur' LSp. — 20 compositicium] F, compositiuum M V p, compositum B, Laetus.

quibus adhuc dixi, de compositis separatim dicam. Cum ab tibiis et canendo Tibicines dicantur, quaerunt, si analogias sequi oporteat, cur non a cithara et psalterio et pandura dicamus Citharicen et sic alia; si ab aede et tuendo [*Aedi-* (p. 437 Sp.[1]) *tumus sit, cur non ab atrio et tuendo*] potius Atritumus sit quam Atriensis; si ab avibus capiendis Auceps dicatur, debuisse aiunt a piscibus capiendis ut Aucupem sic Piscicupem dici. ubi lavetur aes Aerarias, non Aerelavinas nominari; § 62 et ubi fodiatur argentum Argentifodinas dici, neque [*ubi*] fodiatur ferrum Ferrifodinas; qui lapides caedunt Lapicidas, qui ligna Lignicidas non dici; neque ut Aurificem sic Argentificem; non doctum dici Indoctum, non salsum Insulsum. (p. 438 Sp.[1]) Sic ab hoc quoque fonte quae profluant, animadvertere est facile.

34. Relinquitur de casibus, in quo Aristarchei suos contendunt nervos. § 63

35. Primum si in his esset analogia, dicunt debuisse omnis nominatus et articulos habere totidem casus, nunc alios habere unum solum ut litteras singulas omnis, alios tris ut Praedium Praedii Praedio, alios quattuor ut Mel Mellis Melli Melle, alios quinque ut Quintus Quinti Quinto Quintum Quinte, alios sex ut Unus Unius Uni Unum Une Uno; non esse ergo in casibus analogias.

36. Secundo quod Crates, cur quae singulos habent § 64 (p. 439 Sp.[1])

F. fol. 21 b salsum

---

2 querunt F. — 3 cythara F. — 4 cytharicen F. — aeditumus .. tuendo *om.* F. edituus est cur ab atrio et tuendo *addidit* Laetus, non *post* tuendo Aldus *inseruit*, *post* cur Müller. *pro* sit *dubito nonne rectius scribas* dicatur. — 5 adrutumus F, *corr.* Laetus. — 7 a *corr. ex* ex *ut vid.* F (Groth), a F (Keil). — piscipem·F, *corr.* Aldus *cum* B. — 8 erarias F. — 9 neque ubi fodiatur Laetus, neque fodiatur F. — 10 cedunt F '*fort.* caedant' LSp. — 13 '*fort.* profluunt' LSp: *conf.* Christ Philol. XVI, 457. — 15 relinquitur] '*fort.* sequitur' LSp. — 17 essent F. — dicunt] Rholandellus, dicant F, discant Müller, '*fort.* dicam' LSp. — debuisse] de risse F, dixisse B, Laetus, *corr.* Aldus. — 18 om̄s F. — nominatus] LSp, nominatiuos F. — 19 om̄s F. — 22 '''uno ''une F (*corr.* une uno). — 23 '*fort.* analogiam' LSp. — 24 grates F, Crates dicebat Laetus.

casus, ut litterae graecae, non dicantur Alpha Alphati Al-
phatos, si idem mihi respondebitur quod Crateti, non esse
vocabula nostra sed penitus barbara, quaeram, cur idem
nostra nomina et Persarum et ceterorum quos vocant bar-
§ 65 **baros cum casibus dicant. Quare si essent in analogia, aut**
ut Poenicum et Aegyptiorum vocabula singulis casibus dice-
rent aut pluribus ut Gallorum ac ceterorum; nam dicunt
(p.440 Sp. 1) **alacco alaucus et sic alia. Sin, quod scribunt, quod Poeni-**
cum sint singulis casibus, dicent ideo eas litteras graecas no-
minari? Sic Graeci nostra senis casibus [quinis non] dicere
debebant, quod cum non faciunt, non est analogia.
§ 66 **37. Quae si esset, negant ullum casum duobus modis**
debuisse dici, quod fit contra. Nam sine reprehensione vulgo
alii dicunt in singulari hac Ovi et Avi, alii hac Ove et Ave;
in multitudinis hae Puppis Restis et hae Puppes Restes; item
quod in patrico casu hoc genus dispariliter dicuntur Civi-
(p.441 Sp. 1) **tatum Parentum et Civitatium Parentium, in accusandi hos**
Montes Fontes et hos Montis Fontis.
§ 67 **38. Item cum, si sit analogia, debeant ab similibus ver-**
bis similiter declinatis similia fieri et id non fieri ostendi

---

1 dicantur] '*fort.* declinentur' LSp. — 2 grateti F, *corr.* Laetus, B. — esse vocabula] ẽẽ [nt]uocabula (*sic*) F (Keil), *unde* essent ceteri, esset p, *corr.* vulg. *ex* B, '*sed fort.* quod non essent' LSp. — 3 queram F. — 5 dicat F, *corr.* Laetus. — essent in analogia] F, *probat* Groth, esset analogia Aldus, *prob.* LSp, *qui adscripsit* '*nisi forte* esset in his analogia.' — 6 egiptiorum. — 8 alacco ala[u]cus (*sic*) F *cum ceteris qui* alaucus *habent*, a laco lacus G, alaco alacus vulg. *ex* B, ab alauda alaudas Scaliger, '*novi qui de* alec alecis *restituendo cogitaret*' Groth. — alia. sin] alia[s]. In F, alias in ceteri, *corr.* Popma. — sin] *scil.* respondebitur, *conf.* p. 186, 2, p. 187, 10. — scribunt] M, Popma, scribent F. — 9 sint Rholand. — quod Poenicum sint sing. cas. dicent] *scripsi cum interrogationis signo*, dicent quod poenicum sit sing. cas. libri. — ideo] uti dico *vel* dici dico LSp. — 10 non quinis *transposuit* Laetus. *mihi* quinis non *delenda videbantur*. — 11 faciant Müller. — 12 essent F, *corr.* Laetus. — 13 uolgo H. — 16 'quod *fort. del.*' LSp. — patrico[s] F, patricos ceteri, *corr.* Laetus. *eadem forma infra* p. 187, 3, IX § 54, 76. — dicatur vulg. *ex* B. — 20 et] apparet si LSp, *ego tentaveram:* fieri, si id non f. ostendi potest, sequitur desp. *sed supplendum vid.* dicunt *ex* negant p. 186, 12.

possit, despiciendam eam esse rationem. Atqui ostenditur; nam qui potest similius esse quam Gens, Mens, Dens? cum horum casus patricus et accusativus in multitudine sint disparilis; nam a primo fit Gentium et Gentis, utrubique ut sit (p. 442 Sp.[1]) I, ab secundo Mentium et Mentes, ut in priore solo sit I, ab tertio Dentum et Dentes, ut in neutro sit. Sic item quoniam § 68 simile est recto casu Sciurus Lupus Lepus, rogant, quor non dicatur proportione item Sciuro Lupo Lepo. Sin respondeatur similia non esse, quod ea vocemus dissimiliter Sciure Lupe Lepus — sic enim respondere voluit Aristarchus Crateti; nam cum scripsisset similia esse Philomedes Heraclides Melicertes, (p. 443 Sp.[1]) dixit non esse similia; in vocando enim cum [*E*] brevi dici Philomedes, cum E longo Heraclide, cum [*A*] brevi Melicerta, in hoc dicunt Aristarchum non intellexisse quod quaereretur se non solvere. Sic enim, ut quicque in obliquis casibus § 69 discrepavit, dicere potuit propter eam rem rectos casus non esse similis; quom quaeratur duo inter se similia sint necne, non debere extrinsecus adsumi cur similia sunt. Item si § 70 (p. 444 Sp.[1])

1 despiciendum p. — atqui] aequi a, atque G, *lacun.* M. — 2 qui] *sic* F. — gens mens dens] LSp, mens gens dens F, mens dens gens Laetus. — 3 multitudinem V. '*fort.* multitudinis' LSp. — 4 sit I] vulg. *ex* B, sit F. — 5 secundo *corr. ex* secunda *ut vid.* F (Groth), secundo F (Keil). — mentes] Laetus, mentis F. — I] *om.* M, id est Laetus. — 6 sit] sit I vulg. *ex* B. '*fort.* sit I. Item' LSp. — 7 sciurus] surus F, *corr.* Augustinus. — quor [cur] F, quor Vap, quur G, cur H, *om.* M, Laetus. — 8 proportionem F, *corr.* Aldus. — suro F, *et infra* sure, *corr.* Augustinus. — si respondent vulg. *ex* B, sin respondentur a. — 10 aristarcus F. — cratetinam F, *vocabula distinxit* Laetus. — 11 '*fort.* cum hic scripsisset' LSp. — 12 '*fort.* vocandi' LSp. — cum breui F, *corr.* Laetus. — 13 Philomede F, *corr.* Müller. '*rectius graecis litteris scrib.* Φιλόμηδες . . Ἡρακλείδη . . Μελικέρτα' LSp. — cum A brevi] cum breui F, *corr.* Scioppius. — Melicerte F, *corr.* Scioppius. — 14 aristarcum F. — quereretur F. — 15 se non solvere] Groth, si non solveret F, non solueret B, sic cum solverit Aldus, cum sic solverit vulg. '*fort. del. aut aliquid intercidit velut* quaereretur, [qui redderet quod quaereretur,] non solveret' LSp. *ego conieceram:* quod quaereretur sic non solvei. — quicquid Vp, quinque a, quisque M. — 16 non] GVpB vulg., noti FH, noti moti a, uoci M. *cf.* Reiter p. 75. — 17 quom [con] F, cum ceteri. — queratur F. — 18 adsum F, *corr.* Laetus. — adsum cur p *ut spatium sit ab initio versus.* — similia sunt] '*fort.* similia aut dissimilia sint' LSp. sint *etiam* C. F. W. Müller p. 870.

esset analogia, similiter ut dicunt Aves Oves Sues, dicerent
item ut Avium Ovium Suium. Si analogia est, inquit, cur
populus dicit Dei Penates, Dei Consentes, cum sit ut hic
§ 71 Reus Ferus Deus, sic hei Reei Ferei Deei? Item quaerunt,
si sit analogia, cur appellant omnes aedem Deum Consentium
et non Deorum Consentium? Item quor dicatur mille Denarium, non mille Denariorum; est enim hoc vocabulum figura
ut Vatinius Manilius denarius; debet igitur dici ut Vatiniorum
(p. 445 Sp.[1]) Maniliorum Denariorum; et non equum puplicum mille Assarium esse, sed mille Assariorum; ab uno enim assario multi
§ 72 assarii, ab eo assariorum. Item secundum illorum rationem
debemus secundis syllabis longis Hectórem Nestórem; est
enim ut Quaestor Praetor Nestor Quaestorem Praetorem Nestórem, Quaestóris Praetóris Nestóris; et non debuit dici
(p. 446 Sp.[1]) Quibus das, His das; est enim ut Hi Qui His Quis, aut sicut
§ 73 Quibus Hibus. Cum dicatur Da Patri Familias, si analogias
sequi vellent, non debuerunt dicere hic pater Familias, quod
est ut Atiniae Scatiniae Familiae, sic una Atinia Scatinia
Familia. Item plures patres Familias dicere non debuerunt,

2 avium ovium] ovium avium Laetus. — inquit] inquam p. 179, 4. — 3 dii penates dii vulg. *ex* B. — 4 hei] ei G M V p. — reei ferei deei] LSp, rei ferei dei F. — querunt F. — 5 '*fort.* appellent' LSp. *idem* C. F. W. Müller p. 870. — oms F. — aedes M, Laetus. — deum consentum M, Laetus. — 6 quor (cur *add. m. sec.*) F, cur M V p, quur G. — 8 uarinius F, *corr.* Laetus. — denarius *secludi iubet* LSp. — uariniorum F, *corr.* Laetus. — 9 publicum *corr. ex* puplicum F. — 12 dicere *post* longis *add.* vulg. *ex* B. '*licet etiam* dicemus *pro* debemus' LSp. *si quid mutandum, praeferam* diceremus *pro* debemus *coll.* v. 1. — hectórem nestórem] *sic* F; *etiam infra ea signa habet quae expressimus.* — 13 questor F, *etiam in seqq.* — Nestor] '*fort.* Hector Nestor . . Praetorem Hectorem Nestorem . . Hectoris Nestoris' LSp. *interpunctionem quae post* Nestor *ponebatur sustuli.* — 14 et non debuit . . quibus hibus] '*qui locus huic articuli exemplo inter nominatus?*' LSp. — et non] '*fort.* item non' LSp. — 15 quibus das his das] Müller, quibus das quis das F, '*fort.* quibus sed quis das' LSp. *conf.* Christ Philol. XVII, 60, LSp XVII, 303 sq. — ut ei qui his quis F. '*scrib.* ut hei quei heis queis' LSp. — aut] LSp, at F, ac Müller. — 16 familias] B, Veneta, familiai FH, Laetus, familiam a, familiam p, familiari G M. — 17 hic] da hic F M, *sed deleto* da F. — 18 scatiniae] vulg. *ex* B, catiniae F, *item infra* catinia.

sed, ut Sisenna scribit, patres Familiarum. Neque oportebat § 74
consuetudinem notare alios dicere Boum greges, alios Boverum, et signa alios Ioum, alios Ioverum, cum esset ut Iovis
Bovis Struis et Iovem Bovem Struem Iovi Bovi Strui; nec (p. 447 Sp.[1])
cum haec convenirent in obliquis casibus, dubitare debuerunt in rectis, in quibus nunc in consuetudine aliter dicere, pro Iovis Iupiter, pro Bus Bos, pro Strus Strues.

39. Deinceps dicam de altero genere vocabulorum, in § 75
quo contentiones fiunt, ut Album Albius Albissumum, in quo id analogias non servare apparet; nam cum sit simile Sal-
sum Caldum et dicatur ab his Salsius Caldius, Salsissimum (p. 448 Sp.[1])
Caldissimum, debuit dici, quoniam simile est Bonum Malum, ab his Bonius et Malius, Bonissimum et Malissimum. nonne dicitur Bonum Melius Optimum, [*Malum Peius Pessimum*]?
In aliis verbis nihil deest ut Dulcis Dulcior Dulcissimus, in § 76
aliis primum ut Peium Peius Pessimum, in aliis medium ut Caesior Caesius Caesissumum, in aliis bina sunt quae desint ab eadem voce declinata, et ea ita ut alias desint secundum et tertium, ut in hoc Mane Manius Manissime, alias ut duo

F. fol. 22 in obliquis . . nominum

2 notare] '*fort.* natare' LSp. — boum . . Ioum] '*an* bovom . . Iovom? *cf.* IX § 33' LSp. — 5 debuerint M, Laetus. — 6 in quibus] propinquibus F, propinquius Rhol., propinquis a, propinquioribus vulg. *ex* B. '*varietas lectionis videtur subesse* pro quibus *et* in quibus, *quorum posterius praestat*' LSp. *ego librarium in sequentem versum aberrasse et* pro Iovis *scripturum fuisse existimo.* — 7 bus] bus bovis B, bovis et bus vulg. '*fort. Varro non* bovis *scrips. sed* Iovs . . bovs' LSp. — strus strues] LSp *corr. ex* IX, 47, struus struis F, struis strues vulg. *ex* B, strues struis Laetus. — 8 altero] '*fort.* alio' LSp. — 9 album] albus F, *corr.* Rhol. — albissumum *corr. ex* albussumum F. — 10 id] item Müller, ideo B, iam Aldus, eam vulg. '*fort.* inde' LSp. — analogia GHMaB, analogiam vulg. — non *supra versum* F. — servare] *scripsi,* seruari F (Keil), seruari *corr. ex* seruuri F (Groth). — 14 optimum F. — malum peius pessimum *add.* vulg. *ex* B. — 15 nichil F. — deest] est F, *corr.* Aldus. — 16 peius] *et hoc loco et infra ante* Caesius *aut* a *aut* in *inserendum puto.* — 17 LSp *ad* Caesior Caesius *adscripsit* '*facile transponas* Caesius Caesior, *sed et* Peius Pessimum *et* Caesius Caesissimum *abundant*'. — caesissumum] cesifumus F (Keil), cesisumus *corr. ex* cesitumus *ut vid.* F (Groth). — quae desint] Müller, quae sint F. bina desunt quae sint *antea conie-cerat* LSp. — 18 alias desit Aldus. — 19 '*fort.* mane *del.*' LSp.

(p. 449 Sp.[1]) prima absint, ut ab Optimum Optius Optum, alias ut primum
§ 77 et tertium desit, ut a Melius Melum Melissumum. Praeterea si dicerentur similiter, cum similia essent Macer Sacer Tener et Macerrimus Sacerrimus Tenerrimus, non discreparet in his Macrior Tenerior, neque alia trisyllaba fierent; et si in his dominaretur similitudo, diceremus ut Candidissimus Candidissima, Pauperrumus Pauperrima, sic Candidus Candida, Pauper Paupera; et ut dicimus Doctus Docta, Doctissimus Doctissima, sic diceremus Frugalissumus Frugalissima, Frugus et Fruga.
§ 78 Et si proportione essent verba, ut uno vocabulo dicimus
(p. 450 Sp.[1]) virum et mulierem Sapientem et Diligentem et Sapientiorem et Diligentiorem, sic diceremus item, cum pervenissemus ad summum, quod nunc facimus aliter; nam virum dicimus Sapientissimum et Diligentissimum, feminam Sapientissimam et Diligentissimam. Quod ad vocabulorum huius generis exempla pertinet, multa sunt reliqua; sed ea quae dicta ad indicandum satis sunt, quor analogias in collatione verborum sequi non debeamus.

---

1 absint] '*quidni hic quoque* desint? *vix propter seqq.* ab optimum, *quae fort. del.*' LSp. — '*fort.* optum optius' LSp. — 2 a melius melum] LSp, a melum melius F, '*nisi forte scrib.* ut melum melissumum' LSp, ut melum melius melissumum (*om.* a) Groth. — melissumum] *sic* F. — preterea F. — 3 diceretur Laetus. — macer] acer F, *corr.* Laetus. — 4 macerrimus] acerrimus Ha. — discreparet *in marg. corr. ex* disceptaret F, disceparent GHM, discreparet ceteri. — 5 tenerior] tenerrimus F, et magis sacer et tenerior Laetus. '*fort. del.* sacer *et* sacerrimus' LSp. — trisyllaba] trisyllaba alia quadrisyllaba Scioppius, '*sed potius sic ponenda sunt verba* alia quadrisyllaba alia trisyllaba' LSp. *vocabulorum exitum* erior *trium syllabarum esse dicit opinor.* — 7 pauperrumus] *sic* F. — 8 paupera *corr. vel ex* pauperia *vel ex* pauperi F. — doctissimus doctissimus doctissima *sed medio vocab. deleto* F. — 9 "frugalissima "frugalissumus F. '*an voluit* dicimus doctissimus doctissima, doctus docta, sic dic. frugalissimus frugalissima, frugalus frugala?' LSp. — 10 et si] ea si Laetus. — proportionem F, *corr.* Laetus. — esse F. — ut] et F, *corr.* Aldus. — 13 facimus *corr.* ex Dacimus F (Keil). — sapentissimum F (Groth). — 17 quor] LSp, quod *corr. ex* quorum F, quod ceteri. *cf.* Lachm. ad Lucret. p. 156, LSp Kritik d. V. p. 44 sq, Madvig Advers. II, 174. *vid. infra* IX § 36. — collatione] contentiones *supra* p. 189, 9. — quod analogias .. debeamus *del.* Madvig Opusc. II, 237. — 18 debemus GHMa.

40. Magnitudinis vocabula cum possint esse terna, ut Cista Cistula Cistella, [in] media non sunt, ut in his Macer Macricolus Macellus, Niger Nigricolus Nigellus; item minima in quibusdam non sunt, ut Avis Avicula Aucella, Caput Capitulum Capitellum. In hoc genere vocabulorum quoniam multa desunt, dicendum est non esse in eo potius sequendam quam consuetudinem rationem. Quod ad vocabulorum genera quattuor pertinet, ut in hoc potius consuetudinem quam analogias dominari facile animadverti possit, dictum est. § 79 (p. 451 Sp.)

41. Sequitur de nominibus, quae differunt a vocabulis ideo quod sunt finita ac significant res proprias, ut Paris Elena, cum vocabula sint infinita ac res communis designent, ut Vir Mulier; e quibus sunt alia nomina ab nominibus, ut Ilium ab Ilo et Ilia ab Ilio, alia a vocabulo ut ab albo Albius, ab atro Atrius. In neutris servata est analogia; nam et cum sit a Romulo Roma, proportione non est quod debuit esse... Perpenni filia, non Perpennae. § 80 Perpenna mulieris nomen esse debuit et nata esse a Perpenno, quod est ut Arbernus Percelnus Perpennus Arberna Percelna Perpenna. Quod si Marcus Perpenna virile est nomen et analogia sequenda, § 81 (p. 452 Sp.)

---

2 in mediis F, in aliis media *quidam apud Augustinum.* '*fort.* in quibusdam media' LSp, *ego nihil nisi* media *latere putavi.* — 3 macriculus . . nigriculus H. *conf.* Aug. Müller p. 10. — 4 aucella] FMVp, auicella alii. — quam cons.] *conf.* Reiter p. 68 adn. — 8 in hoc] '*fort.* in his' LSp. — 12 elena *sic* F. — communis F. — designentur F, *corr.* vulg. *ex* B. — 13 'nomina *fort. del.*' LSp. — 14 illum ab illo et illa ab illo F, *corr.* vulg. *ex* B. '*fort. del.* et illa ab illo' LSp. — '*fort.* vocabulis' LSp. — 17 *lacunam indicavit* Müller. Romula, non Roma, item *supplet* Stephanus *ex* IX § 50. '*fort. supplendum* Romula et *deletis verbis* Perpenni filia, non Perpennae, *idque huic supplemento* quod debuit esse [Romula, item debuit esse] Perpenni filia *praeferendum esse puto.*' LSp. *etiam alia, ni fallor, emendandi via patet, si deleto posteriore* non *scripseris* proportione non est, quod debuit esse Perpenni filia, Perpenna, *ut dicat: Roma, forma feminina, a masculino Romulo ducta est, sed non item Perpenna, quae et ipsa feminina debebat esse forma, a masculina Perpenno ut sit Perpenni filia.* — Perperni Laetus *et sic in seqq.* — mulieris] enim mulieris H. Stephanus. — 18 Arvernus . . Arverna Müller.

(p. 453 Sp.[1]) Lucius Aelia et Quintus Mucia virilia nomina esse debebunt; item quae dicunt ab Rhodo Andro Cyzico Rhodius [*Andrius*]
§ 82 Cyzicenus similiter Cyzicius dici et civis unusquisque; nam ut Athenaeus dicitur rhetor nomine, etsi non sit Atheniensis, in hoc ipso analogia non est, quod alii nomina habent ab
§ 83 oppidis, alii aut non habent aut non ut debent habent. Habent plerique libertini a municipio manumissi, in quo, ut
(p. 454 Sp.[1]) societatum et fanorum servi, non servarunt proportione rationem, et Romanorum liberti debuerunt dici ut a Faventia Faventinus, ab Reate Reatinus sic a Roma Romanus, ut nominantur a libertinis orti publici servi Romani, qui manumissi
§ 84 ante quam sub magistratus nomina, qui eos liberarunt, succedere coeperunt. Hinc quoque illa nomina Lesas, Ufenas, Car-

---

1 elia F. — 2 '*fort.* dicuntur' LSp. — Andrius] *addidit* Aldus. — 3 Cyzicius] cizius B, Laetus. — et] debebat et sic Müller. — civis diceretur vulg. *ex* B, diceret eius M. — nam] non Christ. — 4 ut] ut ab Athenis B, Laetus, quod ab Athenis Scioppius. — *inter* ut *et* Athenaeus *lacunae signum posuit* Müller. 'fort. debuit dici et civis unusquisque nomine, ut Athenaeus . . Atheniensis. In' LSp. *si vera est librorum scriptura, sic erit explicanda: non est servata ea analogia ut civis unus quisque ab oppido suo nomine in* us (*vel* ius) *exeunte dicatur. nam quod alia nomina attinet ut Athenaeus, recte illud quidem ab Athenarum oppido declinatum videtur, sed non habet nomen ab oppido, quod non est Atheniensis. nisi forte sic traicienda sunt:* et civis unus quisque. in hoc ipso analogia non est quod . . aut non ut debent habent, ut Athenaeus dicitur rhetor nomine etsi non sit Atheniensis. — atheneus F. — sit] *conf.* Reiter p. 65. — 8 proportione] LSp, proportionem F, proportionem et Laetus. proportionem. Etenim Romanorum Scioppius. — 10 ut nominentur libertini olim publici servi Romani Vertranius. '*fort.* Romanus, non ut nominabantur libertini, orti publici servi, Romanii' LSp. — 11 orti publicis orti seruis *sed deleto posteriore* orti F. at nominantur libertini, orti a publicis servis Romanenses qui Müller. *cf.* Lipsius Exc. ad Tac. Ann. II, 30. Becker Antiq. II, 1, 80. Hübner Ephemeris Epigr. II, 91. — 12 magistratuum Lipsius, Scioppius. *cf.* Lachm. ad Lucr. p. 404. *fort.* magistratum. — nomine Pithoeus. — 13 ceperunt F. — Lenas Augustinus. — carrinas F, corrinas a, carinas Laetus. '*an* Larinas?' LSp. Lesas Suffenas Carinas C. L. Roth Philol. XVII, 176, *conf.* A. Riese XXVII, 305. — mecenas F, micenas a. — et *om.* GH. — tam̃ ũbin; F (*h. e.* tamen uerbinus). — nominum] nominum similitudinem Laetus. *in* F *post* nominum *vacua*

rinas, Maecenas, quae cum essent ab loco ut Urbinas, et tamen Urbinus, ab his debuerunt dici ad nostrorum nominum . . .

---

relicta sunt folium 22 b et folii 23 versus 16. 'Hic spatium IIII chartarum relictum erat in exemplari' a, hic desunt lineae octo quemadmodum relictum erat in exemplari H, multum deest de fine VII et principio VIII sed longe plus de fine superioris quam de principio sequentis B, Deest pagina *et ab initio libri proximi* Desunt quaedam vulg.

[M. TERENTI VARRONIS

DE LINGUA LATINA

LIBER VIII EXPLICIT. INCIPIT

LIBER VIIII.]

§ 1 1. . . . nesciunt docere quam discere quae ignorant, in quo fuit Crates, nobilis grammaticus, qui fretus Chrysippo, (p. 457 Sp.[1]) homine acutissimo, qui reliquit περὶ ἀνωμαλίας III libros, contra analogian atque Aristarchum est nixus, sed ita, ut scripta indicant eius, ut neutrius videatur pervidisse voluntatem, quod et Chrysippus, de inaequabilitate cum scribit sermonis, propositum habet ostendere similes res dissimilibus verbis et dissimiles similibus esse vocabulis notatas, id quod

---

F. fol. 23 nesciunt . . fieri et meli

M. Terenti . . VIIII *om.* libri. '*id quod Victorius supercilio pagellae in* F *ascriptum fuisse tradit* Liber VIIII *nunc deletum est incertis tantum umbris relictis*' Groth. — 2 chrisippo F. — 3 reliquit] reliquit sex libros Aldus. — perianomalias F, περὶ ἀναμαλίας a, *lacunam* G, περὶ τῆς ἀνομαλίας vulg. *ex* B. — III libros] lei (*vel* iei) libri F (Keil), iei (*vel* lei, *corr. ex* lii) libri *ut vid.* F (Groth), lei libri ceteri *nisi quod* lei librei H. hi libri Laetus, his libris Aldus. '*in* lei *vel* iei *numerus librorum latere videtur sive* III, *ut Anonymus, sive* IIII libros, *ut Diogenes tradit*' LSp Comment. p. 9. — 4 ἀναλογίαν a. — aristarcum F. — 6 chrisippus F. — sermonis] B, Henr. Stephanus, sermones F. — 8 dissimiles similibus] dissimilibus similes F. similibus dissimiles Steinthal Gesch. d. Sprachw. p. 356, Madvig Adv. II, 175. '*fort.* ostendere [similes] res dissimiles similibus [verbis] et dissimilibus similes esse vocabulis notatas' LSp, ostendere similis res dissimilibus verbis et dissimilis similibus esse notatas Wilmanns p. 14.

est verum, et [cum] Aristarchus, de aequabilitate cum scribit [et de] verborum, similitudinem quandam [*in*] inclinatione sequi iubet, quoad patiatur consuetudo. Sed ii qui in loquendo § 2
partim sequi iubent nos consuetudinem partim rationem, non (p. 458 Sp.)
tam discrepant, quod consuetudo et analogia coniunctiores sunt inter se quam iei credunt, quod est nata ex quadam § 3
consuetudine analogia et ex hac . . . consuetudo ex dissimilibus et similibus verbis eorumque declinationibus constat, neque anomalia neque analogia est repudianda, nisi si non est homo ex anima, quod est [homo ex anima quod est] ex corpore et anima. Sed ea quae dicam quo facilius perviderі § 4
possint, prius de trinis copulis discernendum; nam [cum] confusim ex utraque parte pleraque dicuntur, quorum alia ad aliam referri debent summam; primum de copulis naturae et usuis; haec enim duo sunt, quod *necleg*unt, diversa, quod (p. 459 Sp.)
aliud est dicere [*esse*] verborum analogias, aliud dicere uti oportere analogiis. secundum de copulis multitudinis ac finis, utrum omnium verborum dicatur esse analogia [an usus] an

1 verum] uerbum *per compend.* F, *corr.* Aldus. — cum] quod Müller, *seclusit* LSp. — aristarchus *sic hoc loco* F. — cum scribit] conscribit F. *corr.* Müller. — 2 et de] et de F (Keil), et de *deleto* de F (Groth), et G H a, *seclusit* LSp. — similitudinem] F G H a, similitudine ceteri. — quandam] LSp, Groth *in notis*, quarumdam F, quorumdam H, Aldus. *infra* p. 196, 20 quodammodo, *idque hoc loco antea scripserat* LSp. *conf.* Reiter p. 52. — in inclinatione] *scripsi*, inclinationes F, in declinatione LSp. — sequi] nos sequi *proposuit* C. F. W. Müller p. 868. *prob.* Groth., *idem adscripsit* LSp. — 3 ii] iei Scioppius. — 4 iubet F, *corr.* Victorius, vulg. — 6 iei] F, Scioppius, lei G H V a p, hii M, hi Laetus, hi qui B. — 7 hac . . . consuetudo] *lacunam indicavit* LSp, *haec supplet* Müller: hac consuetudine item anomalia, itaque consuetudo. '*fort.* hac consuetudine item anomalia; quare quoniam consuetudo' LSp. *conf.* Christ Philol. XVI, 458, LSp XVII, 296 sq. — 8 eorumque] LSp, eorum quod F. — 10 *seclusa om.* V p, ex anima quod est *delet* vulg. *ex* B. — 12 cum] *del.* Müller. — 13 quorum] Aldus, quarum F. — 14 copulis *corr. ex* copulae *ut vid.* F (Groth), copulis *litteris* is *prima man. in ras.* F (Keil). — 15 usuis] LSp Emend. spec. p. 9, suis F. — quod] quae Laetus. — neclegunt] *scripsi*, erigunt F, exigunt M, Laetus. '*verba* quod erigunt *abundare videntur*' LSp. — 16 dicere esse] LSp, Christ, dicere libri. — 18 analogiarum usus Müller. '*fort.* an usus *del. ut adscripta ad corruptum* illud suis *emendandum*' LSp Emend. spec. p. 9 *quem secutus sum.*

maioris partis. tertium de copulis personarum, qui eis debent
§ 5 uti, quae sunt plures. Alia enim populi universi, alia singulorum, et de ieis non eadem oratoris et poetae, quod eorum non idem ius. itaque populus universus debet in omnibus verbis uti analogia et, si perperam est consuetus, corrigere se ipsum, cum orator non debeat in omnibus uti, quod sine offensione non potest facere, cum poeta transilire
§ 6 lineas impune possit. Populus enim in sua potestate, singuli
(p. 460 Sp.[1]) in illius; itaque ut suam quisque consuetudinem, si mala est, corrigere debet, sic populus suam. ego populi consuetudinis non sum ut dominus, at ille meae est. ut rationi optemperare debet gubernator, gubernatori unusquisque in navi, sic populus rationi, nos singuli populo. Quare ad quamcumque summam in dicendo referam si animadvertes, intelleges, utrum dicatur analogia esse an uti oporteret redigeretur dici id in populum aliter ac inde omnibus dici in eum qui sit in populo.

§ 7 2. Nunc iam primum dicam pro universa analogia, cur non modo videatur esse reprehendenda, sed etiam cur in
(p. 461 Sp.[1]) usu quodammodo sequenda; secundo de singulis criminibus, quibus rebus possint quae dicta sunt contra solvi, dicam ita

---

F. fol. 23 b utrum dicatur

---

1 qui eis] '*fort.* quae ieis' LSp. — 3 ieis] leis G M V a p, lis H, his Laetus. — 6 se ipse vulg. — debet H. — 7 cum *del.* LSp. — poeta] LSp, poetae F. — 8 possint G H M a Laetus. — 11 ut *del.* Victorius, H. Stephanus. — 13 nos] non F, *corr.* Laetus *cum* B. '*fort. del. nisi intercidit aliquid ut* non singulis, singuli' LSp. — 14 '*scrib.* animum advertes' LSp. — 15 uti oporteret] uti oportere ea et quom poscitur ut usus ad id quod oporteret Müller, uti oporteret, redigere vulg. *ex* B. '*fort.* uti oportere et redigere' LSp. *idem* Reiter *qui* p. 41—43 *reliqua sic conformat:* oportere et redigere ad eam verba, tum dici id in populum aliter ac in eum qui sit in populo. *intacta reliqui verba corrupta.* — 16 ac] atque *homo doctus* (Faernus?) *apud Augustinum.* inde omnibus dici *om.* Müller. '*fort.* aliter inde in omnibus' LSp. — '*fort.* qui est' LSp. — 19 non modo non Stephanus, Perizonius, Rosenhein (Seebode neues Archiv II, 2 p. 94). — non reprehendenda Vertranius.

ut generatim comprehendam et ea quae in priore libro sunt dicta et ea quae possunt dici atque illic praeterii.

3. Primum quod aiunt qui bene loqui velit consuetu- § 8 dinem sequi oportere, non rationem similitudinum, quod alterum si neglegat sine offensione facere non possit, alterum si sequatur quod sine reprehensione non sit futurum, errant, quod qui in loquendo consuetudinem sequitur, non sine ea ratione qua oportet uti [*sequitur*].

4. Nam vocabula ac verba quae declinamus similiter, § 9 ea in consuetudine esse videmus et ad eam conferimus et, si (p. 462 Sp.[1]) quid est erratum, non sine ea corrigimus. Nam ut, qui triclinium constrarunt si quem lectum de tribus unum imparem posuerunt aut de paribus nimium aut parum produxerunt, una corrigimus et ad consuetudinem communem et ad aliorum tricliniorum analogias, sic si quis in oratione in pronuntiando ita declinat verba ut dicat disparia, quod peccat redigere debemus ad ceterorum similium verborum rationem.

5. Cum duo peccati genera sint in declinatione, unum § 10 quod in consuetudinem perperam receptum est, alterum quod nondum est et perperam dicatur, unum dant non oportere dici, quod [*nondum*] sit in consuetudine, alterum non conce- (p. 463 Sp.[1])

---

1 comprehendant F, *corr.* Aldus. — priori Laetus. — 2 atquę F. — 4 similitudinem M. '*fort. del. nisi reposueris* et similitudinem' LSp. *an* similium verborum *ut* v. 17? — 5 alterum . . alterum] '*fort.* alteram . . alteram' LSp. — 6 si non sequatur . . reprehensione sit futurum Stephanus. — sine] non sine G H. — errant] erat F, *corr.* vulg. — 7 sequitur non sine ea ratione qua oportet uti sequitur] *scripsi,* qua oportet uti sequitur non sine ea ratione F. sequitur, eam sequitur non sine ratione Müller. '*fort.* consuetudine qua oportet utitur, eam sequitur non sine ratione, *nisi potius fuit simpliciter* sequitur rationem *verbis* non sine ea *ex inferioribus male translatis*' LSp. *conf.* Christ Philol. XVI, 458, LSp XVII, 295. — 10 ea] '*fort.* et, *aut del.*' LSp. — ad eam] ad ea F, *corr.* vulg. *ex* B. — 13 aut de] ac de H. — 14 comunem F. — 15 in oratione in pronuntiando] '*alterutrum abundat, nisi malis* in oratione pronuntianda' LSp. — 17 debemus] ad consuetudinem communem et *addit* Christ p. 459, *probat* LSp XVII, 296. — 18 '*fort.* peccandi' LSp. — in declinatione] LSp, Groth, indeclinationum F, declinationum Laetus. *fort.* in d. verborum. — 20 et] ut C. F. W. Müller p. 868. — dicatur] dicitur Scioppius. '*fort.* declinatur ut § 35, *sed illud* § 14, 17' LSp. — 21 nondum] LSp, *om.* libri, non *add.* Augustinus, '*nisi potius verba*

ditur quin ita dicatur, ut sit similiter cum id faciant ac, si quis puerorum per delicias pedes male ponere atque imitari vatias coeperit, hos corrigi oportere si concedant, contra si quis in consuetudine ambulandi iam factus sit vatia aut con-
§ 11 pernis, si eum corrigi non concedant. non sequitur ut stulte faciant qui pueris in geniculis alligent serperastra, ut eorum depravata corrigant crura? Cum vituperandus non sit medicus qui e longinqua mala consuetudine aegrum in meliorem
(p. 464 Sp.[1]) traducit, quare reprehendendus sit qui orationem minus valentem propter malam consuetudinem traducat in meliorem?

§ 12 6. Pictores Apelles Protogenes, sic alii artufices egregii non reprehendundi, quod consuetudinem Miconos, Dioros, Arimmae, etiam superiorum non sunt secuti, Aristophanes improbandus qui potius in quibusdam veritatem quam consuetudinem secutus?

§ 13 7. Quod si viri sapientissimi et in re militari et in aliis rebus multa contra veterem consuetudinem cum essent usi laudati, despiciendi sunt qui potiorem dicunt oportere esse consuetudinem ratione.

§ 14 8. An cum quis perperam consuerit quid facere in civi-
(p. 465 Sp[1].) tate, non modo patiemur, sed etiam poena afficiemus, idem

---

quod sit in consuetudine *del. sunt*' LSp. — concedunt G H a. — 1 sit similiter] si similiter F, si *om.* G M, sit simile Laetus. — id] idem Stephanus, Scioppius. — si qui . . coeperint Scioppius. — 3 ceperit F. — concedat F, *corr.* Aldus. *vel* concedatur. — 4 sit *corr. ex* eit F (Keil), *corr. ex* est it F (Groth). — conpernis *sic* F. — 5 concedat F, *corr.* vulg. oportere non concedant Scioppius. — sequatur LSp *sic interpungens* concedant, non sequatur ut. *ego interrogationis signum posui post* crura. — 7 uituperandus] G H, Victorius, detuperandus F V M a p, deculpandus Laetus, culpandus vulg. — 10 traducit M, Laetus, traducta V p. — 11 si pictores Bergk. — appelles F. — artufices] *sic* F G M V. — 12 myconos F. — dioros arim. me F, dyorosari me H, dioros arim me G M a p, diorosam me V^1, Dioris Arimnae vulg. *ex* B, Dionysii, Arimnesti superiorum Bergk Philol. XXX, 682. — 13 etiam] et aliorum vulg. *ex* B. *conf.* Keil Observ. crit. in Cat. et Varr. p. 29, Reiter p. 9 sq. — 14 ueteritatem F, *corr.* p, Laetus. — 17 multa] multis Veneta. '*fort.* multa mutatione *vel* novitate, *cf.* § 20' LSp. — 18 sunt *om.* B, Laetus. '*fort.* laudati sunt, despiciendi qui' LSp. — 20 consueuerit V, Laetus. — 21 modo] modo non vulg. *ex* B. '*fort. del.*' LSp. — penam F, *corr.* G a, Laetus.

si quis perperam consuerit dicere verbum, non corrigemus, cum id fiat sine poena?

9. Et hi qui pueros in ludum mittunt, ut discant quae § 15 nesciunt verba quemadmodum scribant, idem barbatos qui ignorabunt verba quemadmodum oporteat dici non docebimus, ut sciant qua ratione conveniat dici?

10. Sed ut nutrix pueros [a lacte] non subito avellit a § 16 consuetudine, cum a cibo pristino in meliorem traducit, sic (p. 466 Sp.[1]) maiores in loquendo a minus commodis verbis ad ea quae sunt cum ratione modice traducere oportet. Cum sint [*in*] consuetudine contra rationem alia verba ita ut ea facile tolli possint, alia ut videantur esse fixa, quae leviter haerent ac sine offensione commutari possunt statim ad rationem corrigi oportet, quae autem sunt ita ut in praesentia corrigere nequeas quin ita dicas, his oportet, si possis, non uti; sic enim obsolescent ac postea iam obliterata facilius corrigi poterunt.

11. Quas novas verbi declinationes ratione introductas § 17 respuet forum, his boni poetae, maxime scenici, consuetudine (p. 467 Sp.[1]) subigere aures populi debent, quod poetae multum possunt in hoc; propter eos quaedam verba in declinatione melius, quaedam deterius dicuntur. Consuetudo loquendi est in motu; itaque solet fieri ex meliore deterior, [*ex deteriore*] melior; verba perperam dicta apud antiquos aliquos propter poetas

F. fol. 24 ore deteriora . . declinari

2 pena F. — 3 '*fort.* et qui . . mittimus' LSp. — 4 '*fort.* quae ignorabunt' LSp. — 6 sciant] '*fort.* discant' LSp. — 7 'a lacte *abundare videtur*' LSp. — 9 maiores in] in maioris F, *corr.* Müller. — a minus] animus F, *corr.* vulg. — 10 in] *addidit* Veneta. — 11 ratione F. — 12 herent F. — 13 possint F, *corr.* Aldus. *aut* possunt *aut* ut possint C. F. W. Müller p. 869. — statim] Si enim F, *quae in rasura scripta esse testatur Groth, corr.* Müller. — 14 autem] aū F, tamen p, tum M, Laetus. *conf.* Reiter p. 31. — *ante* sunt *in* F ad rationem *scripta sed deleta sunt.* — impraesentia F (Groth). — 18 rationes F, *corr.* Laetus. — 20 possint F, *corr.* Rholandellus. — 23 ex meliore deterior, ex deteriore melior] LSp, et meliore deteriora meliora F *cum ceteris* (*nisi quod* a meliore *ab initio* V), ex meliore deterior. meliora vulg. *ex* B, et melior e deteriore et deterior e meliore et Ant. Miller. — 24 dictam FMVp, dictum Laetus.

non modo nunc dicuntur recte, sed etiam quae ratione dicta sunt tum, nunc perperam dicuntur.

§ 18 12. Quare qui ad consuetudinem nos vocant, si ad
(p. 468 Sp.[1]) rectam, sequemur; in eo quoque enim est analogia; si ad eam invitant quae est depravata, nihilo magis sequemur, nisi cum erit necesse, quam in ceteris rebus mala exempla; nam ea quoque, cum aliqua vis urget, inviti sequemur.

13. Neque enim Lysippus artificum priorum potius est vitia *secutus* quam artem; sic populus facere debet, etiam
§ 19 singuli, sine offensione quod fiat populi. Quom amissa [*non*] modo quaerant, sed etiam quid indici dent, idem, ex sermone si quid deperiit, non modo nihil impendunt ut requirant,
§ 20 sed etiam contra indices repugnant ne restituatur? Verbum
(p. 469 Sp.[1]) quod novum et ratione introductum quo minus [ut] recipiamus, vitare non debemus.

14. Nam ad usum in vestimentis aedificiis supellectile novitati non impedit vetus consuetudo; quem enim amor assuetudinis potius in pannis possessorem retinet quam ad nova vestimenta traducit?

15. An non saepe veteres leges abrogatae novis cedunt?

---

1 dicantur M, Laetus. — 2 nunc] num F, *corr.* vulg. — 4 in ea Stephanus. — enim quoque vulg. — 5 nichilo F. — sequemur in eo quoque nisi F *deletis* in eo quoque. — nisi] quam nisi Müller, *prob.* LSp. — 6 necesse quam] *scripsi*, necesse sequar libri. '*sequar fort. del.*' LSp. — 7 sequemur] sequimur vulg., sequamur B, Laetus. — 8 lisippus F. — artuficum G. — 9 vitia secutus quam] *scripsi*, uitiosa quam libri, vitiosa secutus quam Laetus. '*fort.* vitiosa quam artem secutus' LSp. — sic] si sic Müller. — etiam] et Scioppius, '*fort. del.*' LSp. *conf.* Reiter p. 9 sq. — 10 quom] *scripsi*, qui F. — non] *addidit* vulg., '*malim* non amissa modo' LSp. — 11 querant F, quaerunt LSp. — 11 quid] *scripsi*, quod F. '*fort.* qui *vel* quae' LSp. — indici] *scripsi*, indicium F. — det Laetus. — 12 nichil F. — 13 restituantur F, *corr.* Veneta. — 14 nouom *ut vid. corr. ex* nouum F (Keil), nouum *corr. ex* nouam *ut vid.* F (Groth). — ut] *del.* Vertranius. *an fuit* id? — 16 suppellectilis F, supellectili vulg. *ex* B, *quod* supellectile *scripsi.* — 17 '*fort.* novitatem' LSp. *conf.* Schol. Iuven. 14, 49. — 18 quam] quem F, *corr.* Victorius, vulg. — 20 sepe F.

16. Nonne inusitatis formis vasorum recentibus e Graecia adlatis obliteratae antiquae consuetudinis sinorum et capularum species? his formis vocabulorum incontaminatis uti nolent quae docuerit ratio propter consuetudinem veterem? et tantum inter duos sensus interesse volunt, ut oculis semper aliquas figuras supellectilis novas conquirant, contra auris expertis velint esse? § 21 (p. 470 Sp.[1])

17. Quotus quisque iam servos habet priscis nominibus? quae mulier suum instrumentum vestis atque auri veteribus vocabulis appellat? sed indoctis non tam irascendum quam huiusce pravitatis patronis. Si enim usquequaque non esset analogia, tum sequebatur, ut in verbis quoque non esset, non, cum esset usquequaque, ut est, non esse in verbis. § 22 (p. 471 Sp.[1]) § 23

18. Quae enim est pars mundi quae non innumerabiles habeat analogias? caelum an mare an terra, quae in his? Nonne in caelo ut ab aequinoctiali circulo ad solstitialem et hinc ad septemtrionalem divisum, sic contra paribus partibus idem a bruma versum contraria parte? non quantum polus superior abest [et abest et] a septemtrionali circulo *et* is ad solstitium, tantundem abest inferior ab eo quem ἀνταρκτικὸν vocant astrologi et is ad brumalem? non, quemadmodum quodque signum exortum hoc anno, [quod] quotquot annis § 24 (p. 472 Sp.[1])

1 grecia F. — 2 ablatis F, allatis Laetus, *quod* adlatis *scripsi.* — synorum et capullarum F. — 3 '*fort.* iis' LSp. — incontaminatis] LSp, incontaminati F, ut contaminatis Müller. — 4 nollent quae F, *corr.* H. Stephanus. — docurit F (Keil), docuit p. — oratio F, *corr.* Rholandellus. — praeter Victorius, Vertr. — 5 volent Scioppius. — 8 seruor F, seruorum p, *corr.* Aldus (H?). — 10 sed *om.* vulg. *ex* B. — indoctis] Augustinus, inductis F. — 11 non] nomen F, *corr.* vulg. *ex* B. *cf.* C. F. W. Müller p. 423, Reiter p. 70 sq. 73. — 15 quae] an aer et cetera quae sunt vulg. *ex* B, an quae sunt Müller, quaeque LSp *olim,* Christ. — 17 contra] contra a F (Groth). — 18 idem] Id ē (*h. e.* id est) F. '*fort.* inde ad brumam' LSp. *nisi interpretis est* id est a bruma. — polo F, *corr.* Scaliger. — 19 et abest et] *del.* Müller, LSp. et abest . . tantundem abest *om.* vulg. — circulo et is] Müller, circumit cum his F, '*conieceram* circuitu et is . . tantum' LSp. — 20 solistitium F (Groth), solstitium F (Keil), '*fort.* solstitialem' LSp. — artiarcti uocant F (con *supra* u), arti articon M, articon Vp, artiaticon a, arciacum G, antarcticum H, ἀνταρκτικὸν antarcticum B *et omisso vocab. latino* vulg. — 22 quod] *om.* Aldus.

§ 25 eodem modo exoritur? num aliter sol a bruma venit ad aequinoctium, ac contra, cum ad solstitium venit, ad aequinoctialem circulum et inde ad brumam? nonne luna, ut ab sole discedit ad aquilonem et inde redit in eandem viam, sic inde fertur ad austrum et regreditur inde? Sed quid plura de astris, ubi difficilius reperitur, quid sit aut fiat in motibus dissimiliter?

§ 26 19. At in mari, credo, motus non habent similitudines (p. 473 Sp.[1]) geminas, qui in XXIIII horis lunaribus cotidie quater se mutant, ac cum sex horis aestus creverunt, totidem decreverunt, rursus idem, itemque ab his! an hanc analogian ad diem servant, ad mensem non item ali*am*, motus sic item cum habeant alios inter se convenientes? de quibus in libro quem de aestuariis feci scripsi.

§ 27 20. Non in terra in sationibus servata analogia? nec (p. 474 Sp.[1]) cuiusmodi in praeterito tempore fructuum genera reddidit similia in praesenti reddit? et cuiusmodi tritico iacto reddidit segetes, sic ordeo sato proportione reddidit parilis? non ut Europa habet flumina lacus montis campos, sic habet Asia?

§ 28 21. Non in volucribus generatim servatur analogia? non ex aquilis aquilae atque ut ex turdis qui procreantur turdi, sic ex reliquis sui cuiusque generis?

22. An aliter hoc fit quam in aere in aqua? non hic (p. 475 Sp.[1]) conchae inter se generatim innumerabili numero similes? non pisces? an e murena fit lupus aut merula? non bos ad

F. fol. 24 b quam in aere

2 aequinoctium] et inde ad solstitium *addit* Christ p. 459. *conf.* LSp Philol. XVII, 296 sq. — ac] an Laetus. — 'contra *fort. del.*' LSp. — 4 in eandem *corr. ex* ad eandem F. — 8 dissimilitudines F, *corr.* Müller. — 9 XXIII F, *corr.* Aldus. — lunaribus] cursibus *vel simile aliquid intercidisse statuit* Christ. — 10 estus F. — 11 '*fort.* item quae' LSp. *conf.* Madvig p. 175, Reiter p. 79 sq. — 12 '*fort.* servat' LSp. — aliam motus] *scripsi,* alios motus F. *conf.* Reiter p. 25. — sic item cum habeant] cum habeant, sic item Müller. '*fort.* habeat' LSp. — 14 estuariis F. — scripsi . . . . Non Scioppius, *vid. praefat.* — 15 servatur Scioppius. — 17 reddat et Laetus. — 18 reddit parilis vulg. — 22 qui *om.* Vp. — 23 suis F, *corr.* vulg. *ex* B. *cf.* Lachm. ad Lucret. p. 95. — 26 an e] sane F, *corr.* Augustinus.

bovem collatus similis et qui ex his progenerantur inter se
vituli? etiam ubi dissimilis foetus, ut ex [*asino et*] equa mu-
lus, tamen ibi analogia; quod ex quocumque asino et equa
nascitur id est mulus aut mula, ut ex equo et asina
hinnulei.

23. Non sic ex viro et muliere omnis similis partus, § 29
quod pueri et puellae? non horum ita inter se [non] omnia
similia membra, ut separatim in suo utroque genere simili-
tudine sint ea paria? non omnes cum sint ex anima et cor- (p. 476 Sp.[1])
pore, partes quoque horum proportione similes? Quid ergo § 30
cum omnes animae hominum sint divisae in octonas partes,
eae inter se non proportione similes? quinque quibus senti-
mus, sexta qua cogitamus, septuma qua progeneramus, octava
qua voces mittimus? Igitur quoniam quae loquimur voce
oratio est, hanc quoque necesse est natura habere analogias;
itaque habet.

24. An non vides, ut Graeci habeant eam quadriper- § 31
titam, unam in qua sunt casus, alteram in qua tempora,
tertiam in qua neutrum, quartam in qua utrumque, sic nos
habere? ecquid verba nescis ut apud illos sint alia finita, alia (p. 477 Sp.[1])
non, sic utra*que* esse apud nos? equidem non dubito, quin ani- § 32

---

2 vituli *fort. ab interprete additum.* — fętus F. — ex asino et equa] LSp, ex equa F, ex equa et asino vulg. *ex* B. — 3 equa] '*fort.* equa quod' LSp. — 4 id est] idem Vp. mulus tamen . . id est *om.* G H. — 5 hinnuli Laetus. — 7 '*fort.* pueri aut puellae' LSp. *cf.* Lachm. ad Lucret. p. 156, LSp Ueber d. Kritik p. 44 sq. — non *om.* Scioppius. — 8 similitudine sint ea paria] similitudines intra paria F, *duo priora vocab. corr.* Müller, posteriora Lachm. ad Lucr. p. 95. — 9 oms F. — 10 quoque] Mp Laetus, quaque F G H V a. — 11 oms F. — sunt F, *corr.* Laetus. — 12 eae] eę F, hae G. — non] n F (Keil). — similes *corr. ex* similis F (Keil). — 14 '*fort.* vocem' LSp. — quae] Christ, qua F. — 15 oratio est] LSp, orationem F. *nisi fuit* qua loquimur vocamus orationem. — 17 habent H V p. — quadripertitam] quadriplicatam M B, Laetus. — 18 sunt] LSp, sit F, sint M. — 20 ecquid] Scioppius, et quid F, et qui a. — sunt Scioppius. — 21 non] ne F, *corr.* vulg. *ex* B. — sic *om.* p. — utraque] vulg., utra F. '*an* verba?' LSp. *cf.* Lachm. ad Lucret. p. 314. — quin animadverteris] Scioppius, qui animaduertunt F, qui animadverterunt vulg. *ex* B. quin qui animadverterint inveniant innumerabilem Madvig p. 175.

madverteris item in ea innumerabilem similitudinum numerum, ut trium temporum verba, ut trium personarum.

25. Quis enim potest non una animadvertisse in omni oratione esse ut Legebam Lego Legam sic Lego Legis Legit, cum haec eadem dicantur alias ut singula, alias ut plura significentur? Quis est tam tardus qui illas quoque non ani- (p. 478 Sp.[1]) madverterit similitudines, quibus utimur [*in*] imperando, quibus in optando, quibus in interrogando, quibus in infectis rebus, quibus in perfectis, sic in aliis discriminibus?

§ 33 26. Quare qui negant esse rationem analogiae, non vident naturam non solum orationis, sed etiam mundi; qui autem vident et sequi negant oportere, pugnant contra naturam, non contra analogian, et pugnant volsillis, non gladio, cum pauca excepta verba ex pelago sermonis *po*puli minus trita afferant, cum dicant propterea analogias non esse, similiter ut, si quis viderit mutilum bovem aut luscum hominem (p. 479 Sp.[1]) claudicantemque equum, neget in [cornibus] bovom hominum et equorum natura similitudines proportione constare.

§ 34 27. Qui autem duo genera esse dicunt analogiae, unum naturale, quod ut ex *lenti* nascatur lentis sic ex [*lupino*] lu-

---

1 in ea] LSp, in eam F, in eeis Scioppius, in eum Müller. — similitudinum] Scioppius, similitudinem F. — numerum *delet* LSp *servato* similitudinem. — 2 verba ut] verbi aut LSp. *rectius fort.* verbi et. — 3 non una] nomina M V p Laetus, non vulg. *ex* B. — 4 lego] lego lego F. — sic] si F, *corr.* Bentinus. — 6 significent vulg. *ex* B. — animadverterit] LSp, animaduertit F, animadvertat Scioppius. — 7 in imperando] Scioppius, imperando F. — 8 '*fort.* infecti verbis quibus in perfecti' LSp. — 9 aliis] *conf.* Reiter p. 112 sq. — 10 °rationem F. '*fort.* in oratione analogian' LSp. — non uidet F. — 12 autem] tum V p, cum M B, Laetus. — 14 populi] LSp, puli F, puri Aldus. — 15 '*fort.* cum afferant *pro* afferant cum' LSp. — 16 '*fort.* ut si, siquis *vel* quis qui' LSp. *licet etiam* ut si, qui. — 17 claudicantem M, Laetus, vel claudicantem Scioppius. '*fort.* claudicantemve' LSp. *conf.* Reiter p. 83. — cornibus *om.* Scioppius. *adscriptum erat haud dubie ad* mutilum *vocem.* — bouom] *sic* F, bovum H p, boum V M a Laetus. — 18 aut equorum G H. — 19 qui] '*fort.* quod' LSp. *vel* quae. — autem] cum M, Laetus, autem cum vulg. *ex* B. — esse *om.* V p, Christ. — 'analogiae *fort. del.*' LSp. — 20 lenti nascatur] *scripsi,* natis nascuntur libri. *de ablativo* lenti *conf.* Charis. 126, 7 *et* 6 *al., de nominativo* lentis Prisc. 7, 64. ex lentibus seminatis nascuntur lentis sic ex lupinis lupinum B *et quae*

pinum, alterum voluntarium, ut in fabrica, cum vident scenam
ut in dexteriore parte sint ostia, sic esse in sinisteriore simili
ratione factam, de his duobus generibus naturalem esse ana- (p. 480
logian, ut sit in motibus caeli, voluntariam non esse, quod
ut quoique fabro lubitum sit possit facere partis scenae; sic
in hominum partibus esse analogias, quod eas natura faciat,
in verbis non esse, quod ea homines ad suam quisque voluntatem fingat, itaque de eisdem rebus alia verba habere
Graecos, alia Syros, alia Latinos — ego declinatus verborum
et voluntarios et naturalis esse puto, voluntarios quibus ho- (p. 481
mines vocabula imposierint rebus quaedam, ut ab Romulo
Roma, ab Tibure Tiburtes, naturales [ut] ab impositis vocabulis quae inclinantur in tempora aut in casus, ut ab [*Romulus*] Romulo Romuli Romulum et ab Dico Dicebam Dixeram. Itaque in voluntariis declinationibus inconstantia est, § 35
in naturalibus constantia, quas utrasque quoniam iei non debeant negare esse in oratione, quom in mundi partibus omnibus

---

natis *retinet* vulg. satis Augustinus. *haec adscripserat* LSp: '*fort.* ex satis nascuntur lentibus lentis . . sic ex lupinis lupini', *sed postea* ex satis *induxit.* — sic ex] sic et libri, ficei Lachm. ad Lucret. p. 56, cicer Ant. Miller. — lupino] *addidi, om.* libri, *vid. supra.* — 2 sinistriore M. — 3 facta vulg. *ex* B. '*fort.* facta et' LSp. — '*fort.* in naturali esse . . in voluntario *vel* naturale . . voluntarium' LSp. — analogicen MB, Laetus. — 5 quoique] B, quoque F, cuique vulg. — 6 analogias] analogias naturales p. — '*fort.* analogian quod eam' LSp. — eas] Laetus, ea F. — facit M, Laetus, fecit vulg. — 7 esse] naturalis itidem sed voluntarios p, esse naturales itidem sed voluntarios V. — ea] et M, Laetus. — 8 fingant Aldus, fingunt MB, Laetus. — 9 siros F. — 10 voluntarios quibus . . aliis verbis (p. 205, 10–208, 15) *om.* V. — 11 imposierint FM, imposuerunt GHp, imposuerint ceteri. *conf. ad* p. 39, 5. — 12 tybere tyburtos F, Tiburno Ursinus *apud Scioppium* '*fort.* Tiburs *ut* VIII § 53' LSp. — ut] '*fort. del. vel* autem *scrib.*' LSp. — 13 quae inclinantur] '*fort.* quei declinantur' LSp. — tempore FGMp. '*fort.* in casus aut in tempora' LSp. — Romulus] *addidit* vulg. '*fort.* Romulus Romulo Romulum' LSp. — 14 dixi dixeram Stephanus. — 15 itaque in] itaque ut in aliis quoque rebus sic in rebus accidit quia in p. — 16 constantia] inconstantia F (Keil), constantia *corr. ex* inconstantia F (Groth), constantia in M. — quoniam] '*fort.* quom, *nisi* debent *scripseris cum* p' LSp. — iei] lei GHap, id M, Laetus. — 17 quom] a, quam FGHp, quae Rholand., quod vulg. *ex* B. *cf.* § 113.

sint, et declinationes verborum innumerabiles, dicendum est
(p. 482 Sp.¹) esse in his analogias. neque ideo statim ea in omnibus verbis
est sequenda; nam si qua perperam declinavit verba consuetudo,
ut ea aliter sine offensione multorum [*efferri non possint*], hinc
rationem verborum praetermittendam ostendit loquendi ratio.
28. Quod ad universam pertinet causam, cur similitudo
§ 36 et sit in oratione et debeat observari et quam ad finem
quoque, satis dictum. Quare quod sequitur de partibus singulis deinceps expediemus ac singula crimina quae dicunt
[*contra*] analogias solvemus. In quo animadvertito natura
§ 37 quadruplicem esse formam ad quam in declinando accommodari debeant verba, quod debeat subesse res quae designetur,
(p. 483 Sp.¹) et ut ea res in usu, et ut vocis natura ea sit quae significavit, ut declinari possit, et [similitudo] figura verbi ut sit ea
quae ex se declinatu genus prodere certum possit. Quo ne-
§ 38 que a terra Terrus ut dicatur postulandum est, quod natura
non subest, ut in hoc alterum maris, alterum feminae debeat
esse, [*sic*] neque propter usum, ut Terentius significat unum,
plures Terentii, postulandum est, ut sic dicamus Faba et
Fabae; non enim in simili usu utrumque; neque ut dicimus
ab Terentius Terentium, sic postulandum ut inclinemus ab

F. fol. 25 possit et . . feminum

1 sit H (?) M Laetus. — '*fort.* verborum naturales esse innumerabilem . . analogian' LSp. verb. naturales dic. est esse [et esse] Christ. — 2 analogiam vulg. — eas . . esse sequendas p. — 4 efferri non possint] *addidit* Aldus *post* aliter *posita, post* multorum *posuit* LSp. *vid.* § 16 *et* 5. — 5 rationem] a, orationem F. — '*fort.* haec in oratione verba praetermittenda esse ostendit *quod melius videtur quam* horum orationem *vel* pronuntiationem' LSp. *fort.* declinationem *pro* hinc orationem. — 7 'quem?' LSp. — 9 deiuceps F (Groth). — 10 contra] *add.* LSp *coll.* p. 196, 21, in *add.* vulg. *ex* B. *sed* analogias *fort. pro genetivo accipiendum.* — 12 debeant a. — resque designentur F, *prius corr.* Rholandellus, *posterius* Laetus. — 13 ut ea res] GHa, ut cares F, sit et res p, sit ea res Laetus. — '*fort.* in usu sit' LSp. sit in usu Christ. — quae id significavit Müller. '*malim abesse* significavit ut' LSp. — 14 similitudo *del.* Ant. Miller. — figurae Müller. '*fort.* si similitudo *vel* in figura' LSp. — 15 declinatu] LSp, declinata F. — possunt F, *corr.* Augustinus. — 18 sic] *seclusit* LSp, *cf.* Madvig, Cic. de fin. p. 808 ed. 2. — 20 simili usu] LSp, similius F, similibus Laetus. — 21 '*fort.* Terentium, postulandum ut sic declinemus A et B' LSp.

A et B, quod non omnis vox natura habet declinatus; neque in forma collata quaerendum solum, quid habeat in figura simile, sed etiam nonnunquam in eo quem habeat effectum. Sic enim lana gallicana et apula videtur imperito (p. 484 Sp.¹) similis propter speciem, cum peritus apulam emat pluris, quod in usu firmior sit. Haec nunc strictim dicta apertiora fient infra. Incipiam hinc.

29. Quod rogant, ex qua parte oporteat simile esse § 40 verbum, a voce an a significatione, respondemus a voce; sed tamen nonnunquam quaerimus genere similiane sint quae significantur ac nomen virile cum virili conferimus, feminae cum muliebri, non quod id quod significant vocem commoveat, sed quod nonnunquam in re*bus* dissimilis figurae formas [*similis*], in similis imponunt dispariles, ut calcei muliebres sint (p. 485 Sp.¹) an viriles dicimus ad similitudinem figurae, cum tamen sciamus nonnunquam et mulierem habere calceos viriles et virum muliebris. Sic dici virum Perpennam ut Alphenam muliebri § 41 forma et contra Parietem ut Abietem esse formam similem, quom alterum vocabulum dicatur virile, alterum muliebre et utrumque natura neutrum sit. itaque ea virilia dicimus non quae virum significant, sed quibus proponimus Hic et Hi, et sic muliebria in quibus dicere possumus Haec aut Hae.

---

2 querendum F. — 6 sit] '*immo* est' LSp. — 9 verbum '*fort.* verbo verbum' LSp. — a voce an a] oboceana F, ab voce an Laetus. *conf.* Groth. — 10 querimus F. — 11 virile] viri Scioppius. — 12 signi[n]ficat F. — voces vulg. *ex* B. — 13 re similis p. — in rebus diss. fig. formas similis in similis] LSp, in re diss. fig. formas indissimiles F (formas dissimiles G), in re dissimili similis figurae formas, in re simili Müller, in rebus similis figurae formas dissimiles Reiter p. 121 sq. — 14 disperiles F, dispares H. — 17 '*fort.* sic dicimus' LSp. — ut Alphenam] aut plenam F, *corr.* Müller *ex* p. 178, 16, aut Percelnam Aldus, *vid.* VIII § 81, et M. Laecam vulg. *ex* B. — 18 formam F, *corr.* Aldus. — forma Aldus. forma simile Ant. Miller. '*fort.* forma similei' LSp, *quod verum vid. deleto* esse. — 19 quom] Müller, quo F, quorum B, cum vulg. — u[di]ocatur F, *unde* uocatur H. — 20 sit itaque] sic itaque F, *corr.* Ant. Miller, Reiter p. 97. — 21 virum] utrum F, *corr.* Aldus. '*tale quid requiro* forma tantum virum' LSp. — praeponimus Bp. *cf.* X § 80. — 22 sic *del.* A. Miller. *forsitan fuerit* Hei, sic. — possumus] M, Laetus, possimus F. — et hae Bp, vulg.

§ 42 30. Quare nihil est, quod dicunt Theona et Diona non esse p. 486 Sp.[1]) similis, si alter est Aethiops, alter albus, si analogia rerum dissimilitudines adsumat ad discernendum vocis verbi figuras.

§ 43 31. Quod dicunt, simile sit necne nomen nomini imprudenter Aristarchum praecipere oportere spectare non solum ex recto, sed etiam ex eorum vocandi casu; esset enim deridiculum, si similes inter se parentes sint, de filiis iudicare; qui errant, quod non ab eo*rum* obliquis casibus fit, ut recti simili facie ostendantur, sed propter eos facilius perspici si- p. 487 Sp.[1]) militudo potest eorum quam vim habeant, ut lucerna in tenebris allata non facit quae ibi sunt posita similia sint, sed ut § 44 videatur, quae sunt quoiusmodi sint. Quid similius videtur quam in his est extrema littera Crux Phryx? quas qui audit voces auribus discernere potest nemo, cum easdem non esse similes ex aliis verbis intellegamus, quod cum sit Cruces et p. 488 Sp.[1]) Phryges et de his extremis syllabis exemptum sit E, ex altero fit, ut ex C et S, Crux, ex altero, G et S, Phryx; quod item apparet, cum est demptum S; nam fit unum Cruci, alterum Phrygi.

---

1 nichil F. — 2 ethiops F. — albus] gallus F, *corr.* Müller *ex* p. 178, 13, C. L. Roth Philol. XVII, 176. — 3 'vocis *fort. del. vel scrib.* voce' LSp. — 4 impudenter F, *corr.* vulg. *ex* B. — 5 aristarcum F. — '*fort.* spectarei' LSp. — 6 '*fort.* esse enim' LSp. *ita etiam* C. F. W. Müller p. 424, Madvig Adv. II, 175. — 7 ridiculum vulg. — similes *sic* F *cum ceteris, sed* F *fort. corr. ex* similis. — '*fort.* e filiis iudicarei, errant' LSp. — 8 eorum] LSp, eo F, *om.* vulg. — 9 simile F, *corr. ni fallor* Laetus, '*scrib.* similei' LSp. — 10 habeat] Laetus, habeant F. — 11 facit ut quae LSp *olim, prob.* Groth. — 12 videatur] *scripsi,* uideantur libri. — sunt quoiusmodi sint] LSp Comment. p. 14, O. Müller in Fest. ed. p. XLIV. *cf.* Reiter p. 44 sq. sunt quoius dissint F, sint quaeve desint vulg. — 13 litera X crux H. — phryx] Aldus, fryx Rhol., frix F, frux vulg. *ex* B, *sed vid.* § 75, 76. '*scrib.* phrux *et sic in seqq.*' LSp. — 14 easdem] '*immo* eas' LSp. *fort. del.* similes. — 15 verbis] verborum casibus p. '*an fuit supra* in his verbis? *hic requiro* ex obliquis casibus' LSp. verborum formis Christ. — 16 phryges] Aldus, fryges Rhol., friges F, fruges vulg. *ex* B. — exeplis[um] F (Keil), exemplum *corr. ex* exemplis F (Groth), exemplius M, exemplis B, exemplum ceteri, *corr.* Aldus. — 17 crucs B, Scioppius. — phryx] Aldus, frix F, frugs B, Scioppius. '*fort.* exemptum sit E, X altero fit ex C et S, altero ex G et S, quod' LSp. *malim:* x alterum fit ex c et s, crux, alterum ex g et s, phryx. — 18 est demptum] '*fort.* exemptum sit' LSp. — phrygi] Aldus, frigi F, frugi vulg. *ex* B. '*fort.* cruce, alterum Phruge' LSp.

32. Quod aiunt, cum in maiore parte orationis non sit similitudo, non esse analogian, dupliciter stulte dicunt, quod et in maiore parte est et si in minore parte [est et si in minore] sit, tamen sit [in maiore], nisi etiam nos calceos negabunt habere, quod in maiore parte corporis calceos non habeamus. § 45

33. Quod dicunt nos dissimilitudinem ... itaque in vestitu, in supellectile delectari varietate, non paribus subuculis uxoris, respondeo, si varietas iucunditas, magis varium esse in quo alia sunt similia, alia non sunt; itaque sicut abacum argento ornari, ut alia [*paria sint, alia*] disparia, sic orationem. § 46 (p. 489 Sp.[1])

Rogant, si similitudo sit sequenda, cur malimus habere lectos alios ex ebore, alios ex testudine, sic item genere aliquo alio. Ad quae dico non dissimilitudines [*nos solum, sed similitudines*] quoque sequi saepe; itaque ex eadem supellectili licet videre; nam nemo facit triclinii lectos nisi paris et materia et altitudine et figura. quis facit mappas triclinaris non similis inter se? quis pulvinos? quis denique cetera, quae unius generis sint plura? § 47 (p. 490 Sp.[1])

Cum, inquit, utilitatis causa introducta sit oratio, sequendum non quae habebit similitudinem, sed quae utilitatem. Ego utilitatis causa orationem factam § 48

---

1 quod aiunt..sequi debemus (p. 210, 5) § 45—48 *ad universam causam, non ad singula crimina pertinent, conf.* VIII §. 37. *vid. praefat.* — 3 et in maiore parte est *om.* H, maiore parte sit tamen a. — est et si in minore] *male repetita seclusit* LSp. — 4 minore sit] maiore parte sit G, minore non sit vulg. *ex* B. — in maiore] *seclusit* LSp, *idem:* '*fort.* tamen est, nisi si'. — 7 nos] non GH. — dissimilitudinem] *lacunam signavit* LSp. sequi *post* nos *addit* vulg. *ex* B. '*fort.* nos dissimilitudinem quaerere non similitudinem' LSp. *licet etiam:* nos dissimilitudinem in vita sequi non similitudinem. — 8 'in supellectile *fort. del.*' LSp. — 'uxoris *fort. del.*' LSp. — 9 iucunda Aldus. — 11 paria sint alia] *add.* vulg. *ex* B. '*fort.* alia disparia sint, alia paria orationem' LSp. *nisi praestat* itaque sic ut . . ut alia disparia alia paria sint orationem. — 14 nos solum sed similitudines] *add.* Müller, *prob.* LSp. dico nos similitudines quoque sequi H. Stephanus. *exspectes* similitudinem. *conf.* Reiter p. 19 sq. adn. 2 *qui* nos non dissimilitudines quoque. — 15 sequi. Sepe F. — itaque] idque Müller *et olim* LSp. *prob.* Reiter. — 17 quis] qui F. *corr.* Aldus. — 19 '*fort.* sunt' LSp. — 21 ego] ego quidem Laetus.

concedo, sed ut vestimenta; quare ut hic similitudinem sequimur, ut virilis tunica sit virili similis, item toga togae, sic mulierum stola ut sit stolae proportione et pallium pallio simile, sic cum sint nomina utilitatis causa, tamen virilia inter se similia, item muliebria inter se sequi debemus.

§ 49 34. Quod aiunt ut Persedit et Perstitit sic . . Percubuit (p. 491 Sp.[1]) quoniam non sit, non esse analogian, ut in hoc errant! quod duo posteriora ex prioribus declinata non sunt, cum analogia polliceatur ex duobus similibus similiter declinatis similia fore.

§ 50 35. Qui dicunt quod sit ab Romulo Roma et non Romula neque ut ab ove Ovilia sic a bove Bovilia, [*non*] esse analogias, errant, quod nemo pollicetur e vocabulo vocabulum declinari recto casu singulari in rectum singularem, sed ex duobus vocabulis similibus casus similiter declinatos similes fieri.

§ 51 36. Dicunt, quod vocabula litterarum latinarum non de- (p. 492 Sp.[1]) clinentur in casus, non esse analogias; hi ea quae natura declinari non possunt, eorum declinatus requirunt, proinde ut

---

F. fol. 25 b. sequi debemus

---

1 similitudinem] LSp, similitudines F. — sequeremur F, sequemur vulg., *corr.* Scioppius. — 3 stola ut] *corr. ex* toga ut F (*man. ut vid.* 2 Groth). — stolae] vulg., stola F. — 4 simile *corr. ex* simili F. — 6 Quod aiunt] *ante haec plura intercidisse statuit* Müller. — percubuit] percubuit et percupivit vulg. (percubivit *ed.* Steph.) *ex* B. *lacunam ante hoc vocab. indicavit* LSp, *quam sic supplet* Groth: sic [periacuit et] percubuit. — 7 analogiam *corr. ex* analogian F, analogiam ceteri. — ut *del.* LSp, et vulg., vel LSp *olim. ego servavi cum exclamatione.* — erant F, *corr.* Rholand. *cum* B. — 10 fore] '*fort.* fieri' LSp. — 12 ouilla F, *corr.* vulg. — bouilla F, *corr.* vulg. '*sed. fort.* ovile . . bovile *ut supra* p. 182, 18' LSp. — non] *add.* Stephanus. — 14 singularem similiter sed ex Christ Philol. XVI, 459. *conf.* LSp XVII, 297. — 17 dicunt quod] quod dicunt B, quod dicunt quod vulg. '*fort.* qui dicunt quod' LSp. — 18 hi ea] hic ea Vp. '*fort.* iei' LSp. — 19 requirunt] GHa, sequirunt V, sequuntur M, Laetus. *in* F *scriptum erat* sequirunt *sed huius et sequentis vocabuli litterae* runt r pro (*medium* r *cum notula*), *item secundo versu litterae* solū in uocab *et tertio* BA huius BAs *fere deletae a posteriore manu repetitae sunt. haec autem de* F *Groth:* 'requirunt, *sic vid. corr. ex* sequi . . . . *sed vix potest legi*'. — perinde M.

non eorum dicatur esse analogia quae ab similibus verbis similiter essent declinata. Quare non solum in vocabulis litterarum haec non requirenda analogia, sed [*ne*] in syllaba quidem ulla, quod dicimus hoc Ba, huius Ba, sic alia. Quod si quis in hoc quoque velit dicere esse analogias § 52 rerum, tenere potest; ut enim dicunt ipsi alia nomina, quod quinque habeant figuras, habere quinque casus, alia quattuor, sic minus alia, dicere poterunt esse litteras ac syllabas in voce quae singulos habeant casus in rebus plurimis; quem- (p. 493 Sp.[1]) admodum inter se conferent ea quae quaternos habebunt vocabulis casus, item ea inter se quae ternos, sic quae singulos habebunt, ut conferant inter se dicentes, ut sit hoc A, huic A, esse hoc E, [huiusce E] huic E.

37. Quod dicunt esse quaedam verba quae habeant de- § 53 clinatus ut Caput, quorum par reperiri quod non possit non esse analogias, respondendum sine dubio si quod est singulare verbum, id non habere analogias; minimum duo esse debent verba, in quibus sit similitudo. quare in hoc tol- (p. 494 Sp.[1]) lunto esse analogias. Sed Nihilum vocabulum recto casu ap- § 54 paret in hoc:

Quae dedit ipsa capit neque dispendi facit hilum,

---

1 eorum] LSp, ea *ex* eo *ut vid. corr. man. sec.* F (Keil), eo Vp, ea ceteri. — 2 essent] LSp, esset Ma, Laetus, esse FGHVp. *conf.* Kettner Krit. Bemerk. p. 5 sq. — similiter declinatis similiter declinant vulg. *ex* B. — 3 ne] *add.* Aldus. *conf.* Reiter p. 18 sq. — 4 ba huius ba] ab huius ab vulg. *ex* B. — 6 rerum] '*an* rem?' LSp. — enim] eni F (Keil), enĩ *ut vid. lineola satis obscura* F (Groth). — 7 habeat Ga, habent MVp Laetus B. — 8 minus alia *del.* LSp '*debebat esse* minores alia, sic' idem. — poterunt] *sic* F. poterit M, Laetus. poterunt dicere a. — sillabas F. — 9 vocibus Müller. — 10 quae quaternos] quae ternos Scioppius. — vocabulis] vocabula Müller, '*fort. del.*' LSp. *cf.* Christ p. 453. — 11 quae ternos] Koeler epist. crit. p. 21, quaternos F. — sicque F. — 13 hoc E] hoc . E . *corr. ex* hoc est F, hoc est M, Laetus. — huiusce E] *seclusit* LSp. — 17 ad minimum B, *de* minimum enim *cogitat* C. F. W. Müller p. 798. '*fort.* quod minimum' LSp. — 18 in] '*fort.* inique in' LSp. — tollunto] *scripsi,* tollunt libri. tollunt iniuste analogias C. F. W. Müller. — 19 nihilum] LSp (*qui addit: vel* nihil), C. F. W. Müller p. 797, initium F, in nihil Scioppius. — 21 ipsa capit] ira caput F, *illud corr.* Scioppius,

quod valet nec dispendii facit quicquam. Idem hoc obliquo apud Plautum:

> Video enim te nihili pendere prae Philolacho omnis homines,

(p. 495 Sp 1) quod est ex Ne et Hili; quare dictus est Nihili qui non hili erat. casus tum cum commutantur, de quo dicitur, de homine; dicimus enim hic homo Nihili [est] et huius hominis Nihili et hunc hominem Nihili. Si in illo commutaremus, diceremus ut hoc Linum et Limum, sic Nihilum, non hic Nihili, et [*ut*] huic Lino et Limo, sic Nihilo, non huic Nihili. Potest dici patricus casus, ut ei praeponuntur praenomina plura, ut hic casus Terentii, hunc casum Terentii, hic miles Legionis, huius militis Legionis, hunc militem Legionis.

§ 55 38. Nec *non*, cum omnis natura sit aut mas aut femina aut neutrum, debuisse ex singulis vocibus ternas figuras vocabulorum fieri ut Albus Alba Album; nunc fieri in multis (p. 496 Sp. 1) rebus binas ut Metellus Metella, Ennius Ennia, nonnulla singula ut Tragoed*us*, Comoed*us;* sic esse Marcum, Numerium, at Marcam, at Numeriam non esse; dici Corvum, Turdum, non dici Corvam, Turdam; contra dici Pantheram, Merulam, non dici Pantherum, Merulum; nullius nostrum filium et

---

hoc Scaliger *ex* V § 60. — 2 Plautum] Most. I, 1, 88. — 3 enim *del.* Vertranius *cum Plauti libris.* — 4 philolache vulg. *cum Plauti libris.* — omis F. — 5 nichili F. — 6 casus tum] casu non mutante Müller. '*fort.* tum cum *del.*' LSp. *fuisse opinor* casus tum cum commutantur [in eo commutantur] de quo dicitur *deletis* de homine *verbis.* — commutatur Laetus. — 7 'est *fort. del.*' LSp. — 9 limum] libum Müller. limum *gen. neut. esse* Gromat. vet. p. 82, 19 *me monuit* Georges. — ut] *add.* Müller. — 10 limo] libo Müller. — '*fort.* nihili. Nihili potest' LSp. — 11 praeponantur Müller. — praenomina] $^{\bar{p}}$nomina F, praenomina ceteri, pronomina Laetus. — 14 nec non] *scripsi,* negant libri. *nisi forte fuit* nec negant. — omnis vox natura Ant. Miller. — 15 debuisse] non debuisse Müller, *quod probasse vid.* LSp. — 17 rebus] '*an* verbis?' LSp. — Metella] metelle F, *corr.* Laetus. — enuus enua F, *corr.* Laetus. — nonnullus G, nonnullis H. — 18 tragoedus comoedus] Christ Philol. XVII, 61, LSp p. 304, tragoedia comedia F. — 19 corbum . . corbam F, *corr.* Aldus. '*supra* VIII § 47 cervus cerva' LSp. — 20 non dici] non non dici F (*alterum* non *extremo versu, alterum ab initio*). — 21 nostrum] neutros F, *corr.* vulg.

filiam non apte discerni marem ac feminam, ut Terentium et Terentiam, contra deorum liberos et servorum non itidem, ut Iovis filium et filiam, *Iovem Iovem et Iovam; item magnum numerum vocabulorum in hoc genere non servare analogias. Ad haec dicimus omnis orationis, quamvis res § 56 naturae subsit, tamen si ea in usum non pervenerit, eo non (p. 497 Sp.[1]) pervenire verba; ideo Equus dicitur et Equa; in usu enim horum discrimina; Corvus et Corva non, quod sine usu id, quod dissimilis naturae. Itaque quaedam aliter olim ac nunc; nam et tum omnes mares et feminae dicebantur Columbae, quod non erant in eo usu domestico quo nunc, [*et nunc*] contra, propter domesticos usus quod internovimus, appellatur mas Columbus, femina Columba. Natura cum tria genera § 57 transit et id est in usu discrimina*tum*, tum denique apparet, (p. 498 Sp.[1]) ut est in Doctus et Docta et Doctum; doctrina enim per tria haec transire potest et usus docuit discriminare doctam rem ab hominibus et in his marem ac feminam. In mare et femina et neutro neque natura maris transit neque feminae neque neutra, et ideo non dicitur Feminus Femina Feminum, sic reliqua; itaque singularibus ac secretis vocabulis appellati

F. fol. 26 sic reliqua . . consuetudo

1 apta F. *corr.* vulg. *ex* B. — ut terentium et terentium et terentiam F. — 2 itidem] Veneta, ididem F. *fort.* item. — 3 iouem iouem et iouam F M, Laetus, non Iovem et Iovam vulg. '*fort.* non Iovium et Ioviam' LSp. *de servo dici magis exspectes velut* Ionis filium et filiam, *cf.* VIII, 21. — 5 hec F. — 6 in usu F, *corr.* vulg. *ex* B. — 7 equus *corr.* *ex* equis F. — 8 discrimine F, discrimen p[1], *corr.* vulg. — 9 natura F, *corr.* Vertranius. — alter F M. — ac] at G a, et vulg. *ex* B. — 10 et] etiam H. 'et *particulam non tam ante* tum *quam paulo infra ante* mares *exspectes*' Groth. *idem suasit* C. F. W. Müller p. 793. nam et *om.* B. — dicebant M, dicerentur Laetus, B. — 11 et nunc] *add.* LSp. *melius fort. et hoc loco et supra post* nam *absit* et. — 14 id est] id ē V, idem est Rholandellus. '*fort.* item, *sed deleto* discrimina *probum est*' LSp. — discriminatum tum] Reiter p. 86, discrimina totum F, discriminare totum Aldus, discriminare tum C. F. W. Müller. — 15 doctus] docto F, *corr.* vulg. *ex* B. — 16 doctas res M, Laetus. — 18 'et neutro *et infra* neque neutra *fort. del.*' LSp. — maris] LSp, mares F, mas vulg. *ex* B. — femine M V a p, femina vulg. *ex* B. — 19 '*fort.* feminus feminum' LSp.

§ 58 **sunt. Quare in quibus rebus non subest similis natura aut**
usus, in his vocabulis huiuscemodi ratio quaeri non debet;
ergo dicitur ut Surdus vir, Surda mulier, sic Surdum thea-
(p. 499 Sp.[1]) **trum, quod omnes tres ad auditum sunt comparatae; contra**
nemo dicit cubiculum Surdum, ad silentium, non ad auditum;
at si fenestram non habet, dicitur Caecum, ut Caecus et
§ 59 **Caeca, quod omnia [habent] lumen habere debent. Mas et**
femina habent inter se natura quandam societatem, [*nullam*
***societatem*] neutra cum his, quod sunt diversa; inter se quo-**
que de his perpauca sunt quae habeant quandam communi-
tatem. Dei et servi, nomina quod non item ut libera nostra
transeunt, eadem, et causa, quod ad usum attinet [*et*] institui
opus fuit de liberis, de reliquis nihil attinuit, quod in servis
gentilicia natura non subest in usu, in nostris nominibus qui
sumus in Latio et liberi, necessaria. Itaque ibi apparet ana-
logia ac dicitur Terentius vir, Terentia femina, Terentium
§ 60 **genus. In praenominibus ideo non fit item, quod haec insti-**
(p. 500 Sp.[1]) **tuta ad usum singularia, quibus discernerentur nomina genti-**
licia, ut ab numero Secunda, Tertia, Quarta, in viris ut

---

2 'vocabulis *fort. del. vel scrib.* harum' LSp. — queri F. — 3 dicitur] igitur G a Laetus, *om.* M. — 4 tres] res Bentinus, hae res Augustinus, tres res Müller. — 5 surdum quod id ad silentium Müller. — *post* auditum *forsitan interciderit* comparatum. — 6 cecum F *et sic porro.* — 7 habent] *del.* Müller. caecum quod non habet lumen quod habere debet Scioppius. — 8 nullam societatem] *addidi duce* Müllero *qui* societatem, contra nullam plerumque habent societatem neutra *scripsit.* '*fort.* societatem, neutra cum his non habent quod' LSp. — 9 cum his] cum dis Madvig Advers. II, 176. *conf.* LSp Philol. Anz. V p. 587. C. F. W. Müller p. 792 sq. — *post* diversa *interpunxit* LSp. non *post* diversa *add.* vulg. *ex* B. non sunt diversa inter se O. Müller. — inter se] G H vulg. *ex* B, interest F. — quoque] quodque vulg. *ex* B. — 10 comunitatem F. — 11 '*facile conicias* servi quor non item ut liberi nostri transeant, eadem est causa, *sed nihil mutandum videtur, ne* nomina *quidem ante* libera *ponendum*' LSp. *fort.* eadem habent *huc traiecto illo* habent *ex* § 58. — 12 et] LSp *olim addidit, sed postea* attinet *delevit.* — 13 attinuit *corr. ex* adtinuit F. — 14 subest] '*fort.* subest, in diis non est' LSp. — nostri F. — 16 femina] mulier G H. — terentium] tertium marg. B, Victorius. — 17 ideo] '*fort.* id ideo' LSp. — 19 numero] numero prima vulg. *ex* B. '*malim* numero in mulieribus' LSp.

Quintus, Sextus, Decimus, sic ab aliis rebus. Cum essent
duo Terentii aut plures, discernendi causa, ut aliquid singu-
lare haberent, notabant, forsitan ab eo, qui mane natus dice-
retur, ut is Manius esset, qui luci, Lucius, qui post patris
mortem, Postumus. E quibus *ae*que cum item accidisset § 61
feminis, proportione ita appellata declinarant praenomina (p. 501 Sp.[1])
mulierum antiqua, Mania, Lucia, Postuma; videmus enim
Maniam matrem larum dici, Luciam Volaminiam Saliorum
carminibus appellari, Postumam a multis post patris mortem
etiam nunc appellari. Quare quocumque progressa est natura § 62
cum usu vocabuli, similiter proportione propagata est ana-
logia, cum in quibus declinatus voluntarii maris et feminae
et neutri, quae voluntaria, non debeant similiter declinari,
sed in quibus naturales, sint declinatus hi qui esse reper-
iuntur. Quocirca in tribus generibus nominum inique tollunt
analogias.

39. Qui autem eas reprehendunt, quod alia vocabula § 63
singularia sint solum ut Cicer, alia multitudinis solum ut (p. 502 Sp.[1])
Scalae, cum debuerint omnia esse duplicia ut Equus Equi,
analogiae fundamentum esse obliviscuntur naturam et usum.
Singulare est quod natura unum significat, ut Equus, aut
quod coniuncta quodammodo ad unum usu, ut Bigae; ita-
que [*ut*] dicimus Una musa, sic dicimus Unae bigae. Multi- § 64
tudinis vocabula sunt unum infinitum ut Musae, alterum fini-
tum ut duae, tres, quattuor; dicimus enim ut hae Musae,

---

3 forsitan] '*immo* fortasse an' LSp. *sed conf.* VI § 14, Reiter p. 105. — '*fort.* eo quod' LSp. natus esset, ut is Manius diceretur Müller. — 4 Lucius] p, Aldus, lucilius F. — 5 aeque] *scripsi*, quae F, *om.* a, Müller. '*tum* idem *requiro. fort.* e quibus *del. et scrib.* accidissent' LSp. *intellige:* si quid ex his rebus item feminis acciderat. — 7 antiqui Müller. — 8 uolaminam V, uoluminam H, volumniam vulg. — '*fort.* in Saliorum' LSp. — 11 vocabuli] vulg. *ex* B, uocabula F. '*fort. infra collocandum* cum vocabula in quibus' LSp. — 12 declinatus voluntarii] LSp *olim*, declinatus voluntarii sunt *postea*, declinationibus uoluntariis F. — 13 '*fort.* quod voluntarii' LSp. — 14 *post* naturales *interpunxit* Christ, *ceteri post* declinatus. — '*fort.* sunt' LSp. — 15 inique] in quae F, inque alii, *corr.* Aldus. — 17 autem] tum M, Laetus. — 20 naturam nam et vulg. *ex* B. — usu] usum p, Müller, usus GH. — 23 ut] *add.* LSp. — 25 duo vulg. *ex* B. — quattuor] '*fort.* quattuor binae trinae quaternae. dicimus enim ut duae tres musae sic binae trinae bigae' LSp.

sic unae Bigae et binae et trinae Bigae, sic deinceps. Quare tam Uni et Unae et Una quodammodo singularia sunt, quam Unus et Una et Unum; hoc modo mutat, quod altera in singularibus, altera in coniunctis rebus, et ut Duo Tria sunt
§ 65 multitudinis, sic Bina Trina. Est tertium quoque genus
(p. 503 Sp.[1]) singulare ut in multitudine, Uter, in quo multitudinis [ut] Utrei; Uter poeta singulari, Utri poetae multitudinis est. Qua explicata natura apparet non debere omnia vocabula multitudinis habere par singulare; omnes enim numeri ab duobus susum versus multitudinis sunt neque eorum quisquam habere potest singulare compar. Iniuria igitur postulant, si qua sint singularia, oportere habere multitudinis.

§ 66 40. Item qui reprehendunt, quod non dicatur ut Unguentum Unguenta, Vinum Vina, sic Acetum Aceta, Garum Gara, faciunt imperite, qui ibi desiderant multitudinis vocabulum, quae sub mensuram ac pondera potius quam sub numerum
(p. 504 Sp.[1]) succedunt; nam in plumbo, [oleo,] argento, cum incrementum accessit, dicimus [enim] multum [oleum,] sic multum plumbum, argentum; non [multa olea] plumba, argenta, cum quae ex hisce fiant, dicamus Plumbea et Argentea; aliud enim cum argenteum; nam id tum cum iam vas; argenteum enim, si pocillum aut quid item; quod pocilla argentea multa, non
§ 67 quod argentum multum. Ea, natura in quibus est mensura, non numerus, si genera in se habent plura et ea in usum

F. fol. 26 b. et argentea

2 uni et unae] G, unae et uni F. — 4 '*fort.* rebus set ut' LSp. — 6 singulare in multitudine ut uter Müller. — 7 utrei] ^{ut}utre .I. F (Keil *et* ASp.), ut utrae id est *corr. ex* utrae id est F (Groth), ut utre .I. MVa, ut utrae .|. G, ut utrae id est H, ut utri utrae Müller. ut *supra script. in* F *del.* LSp. — 8 uocaba^{vl} F (Keil), uocabula *corr. ex* uocalia *ut vid.* F (Groth). — 12 sint singularia] '*fort.* sint multitudinis, oportere habere singularia et si qua sint singularia' LSp. — 15 '*fort.* quod ibi desiderent' LSp. — 17 oleo *et infra* oleum *et* multa olea *seclusit* LSp Comment. p. 8. *e quibus* multa *videtur servari posse.* — argento] aceto F, *corr.* vulg. — 18 enim] *del.* Aldus. '*fort.* enim multum oleum *del.*' LSp. — 21 argentum enim F, *corr.* vulg. *ex* B. — 22 argentea multa] '*fort.* multa, argentea' LSp. — 23 natura] '*fort.* autem' LSp; *nisi praestat* contra. — 24 habet F, *corr.* Laetus.

venerunt, a genere multo, sic vina et unguenta, dicta; alii generis enim vinum quod Chio, aliud quod Lesbo, sic ex (p. 505 Sp.[1]) regionibus aliis. *Ae*que ipsa dicuntur nunc melius unguenta, cui nunc genera aliquot. Si item discrimina magna essent olei et aceti et sic ceterarum rerum eiusmodi in usu communi, dicerentur sic Olea et [*Aceta ut*] vina. Quare in utraque re inique rescindere conantur analogiam, et cum in dissimili usu similia vocabula quaerant et cum item ea quae metimur atque ea quae numeramus dici putent oportere.

41. Item reprehendunt analogias, quod dicantur multi- § 68 tudinis nomine publicae Balneae, non Balnea, contra quod (p. 506 Sp.[1]) privati dicant unum Balneum, quod plura Balnea dicant. Quibus responderi potest non esse reprehendendum, quod Scalae et Aquae Caldae, pleraque [quae] cum causa, multitudinis vocabulis sint appellata neque eorum singularia in usum venerint; idemque item contra. Primum balneum, nomen graecum, *ut* introiit in urbem, publice ibi consedit, ubi

1 a genere] et genere Laetus. '*fort.* a genere multo dicuntur multitudinis numero' LSp. *conf.* Christ Philol. XVI, 464, LSp XVII, 301. ut genera multa C. F. W. Müller Z. f. G. XIX, 793. *fort.* et in usum venerunt ea genera, multa. — alii] alius vulg. *ex* B. — 2 aliut F, alius vulg. *ex* B. *exspectamus* alii. — lesbo] Vp, Aldus, lesbio F. — 3 aeque] *scripsi,* qua libri. '*fort.* itaque' LSp. alia Christ. — unguentia F, '*fort.* unguenta quam unguentum' LSp. — 5 ceterarum] acceptarum GHa. — eiusmodi] eiusdem V, huiusmodi M, huiuscemodi Laetus. — comuni F. — 6 aceta ut] *add.* LSp, '*sed malim* diceretur ut vina sic olea et aceta' idem. sic olea ut vina vulg. *ex* B. — 7 re inique] LSp Comment. p. 9, *item* C. F. W. Müller p. 794, Reiter p. 87; Madvig Advers. II, 176 utroque inique *scribens,* denique F. — analogiam sed F, *corr.* vulg. *scribens* analogias et. — 8 quaerant] LSp, querunt F. — 9 putant vulg. — 11 nomine] '*an* numero?' LSp. — 12 '*fort.* quom plura, *nisi deleveris* quod' LSp. — balnea] balineas vulg. *ex* B. — non dicant Popma, LSp. — 13 respondere F, *corr.* Aldus. '*fuit* responderei LSp. — reр̄hendendum F. *sic verba transponit* Müller: non dicant; idemque item contra, quod scalae . . venerint. Quibus responderi . . quod primum balneum. — 14 pleraque] pluraque LSp Philol. Anz. V p. 586, pleraeque (*deletis* quae cum causa) Müller. peraeque quacunque causa . . appellatae Madvig Advers. II, 177. — quae] *del.* LSp, Reiter p. 77 sq. — 16 venerint] M, Laetus, uenerunt F. — idemque item] idem itemque p, idem item et M, Laetus, '*fort.* itemque' LSp. — nomen graecum ut] *vel* nomen e graeco ut *scrib. putavi,* nomen et

bina essent coniuncta aedificia lavandi causa, unum ubi viri, alterum ubi mulieres lavarentur; ab eadem ratione domi suae (p. 507 Sp. ¹) quisque ubi lavatur, balneum dixerunt, et quod non erant duo, balnea dicere non consuerunt, cum hoc antiqui non Balneum, sed Lavatrinam appellare consuessent. Sic Aquae Caldae ab loco et aqua, quae ibi scateret, cum ut colerentur venissent in usum nostris, cum aliae ad alium morbum idoneae essent, eae cum plures essent, ut Puteolis et in Tuscis, quibus utebantur, multitudinis potius quam singulari vocabulo appellarunt. Sic Scalas, quod ab scandendo dicuntur et singulos gradus scanderent, magis erat quaerendum, si appellassent singulari vocabulo Scalam, cum origo nominatus ostenderet contra.

§ 70 42. Item reprehendunt de casibus, quod quidam nominatus habent rectos, quidam obliquos, quod dicunt utrosque (p. 508 Sp. ¹) in vocibus oportere. Quibus idem responderi potest, in qui-
§ 71 bus usus aut natura non subsit, ibi non esse analogiam; sed ne in his vocabulis quae declinantur, si transeunt e recto casu in rectum casum, quae tamen fere non discedunt ab ratione sine iusta causa, ut hi qui gladiatores Faustinos;

grecum F. *verba* nomen et graecum introiit in urbem *eis quae infra* p. 218, 4 *sequuntur* cum hoc antiqui *praeponit* Christ Philol. XVI, 462; '*si quid in his mutandum, inferiora* cum hoc consuessent *post* in urbem *posita praeferam*' LSp. *conf.* Philol. XVII, 299. — 3 lavatur] '*fort.* lavabatur' LSp. — dixerit M, Laetus. — 4 consueuerunt GH, Laetus. — 5 lauiatrinam F, *corr.* vulg. *ex* B. — consuescent F, consueuerunt Vp, *corr.* Veneta *cum* B. — 6 scateret *corr. ex* scaterent F (Keil), scaterent F (Groth), staret HM, Laetus. caleret A. Linsmayer. '*fort. supra* aquis *scrib.*' LSp. — 7 uenisset a. — cum . . id. essent *post* utebantur *ponit* Christ. — 8 '*fort.* eaeque complures' LSp. — 10 quod] '*fort.* quom . . dicantur' LSp. — dicuntur] F, dicatur M, dicantur Laetus (LSp). *in proximis verbis corruptelam statuit* Groth. — 11 erat] esset a. — querendum F. — 12 scalam *corr. ex* scalem F. — 15 '*fort.* habeant' LSp. — '*fort.* quos dicunt . . habere oportere' LSp. — 16 '*fort.* item' LSp. — 17 aut] et Laetus. — analogiam] *post hoc vocab. lacunam indicavit* Müller. '*conicias* analogias, ne in his quidem vocabulis quae si declinantur transeunt' LSp. *conf.* Madvig ad Cic. de fin. p. 808 ed. 2, *qui* quidem *ante* quae *inserit,* Reiter p. 19 adn. 1; *vide praefat.* — 18 ne in his] nec in Müller. — transeunte recto F. — 20 Faustinos] dicunt Faustinios vulg. *ex* B *et qui* Faustinos *scripsit*

nam quod plerique dicuntur, ut tris extremas syllabas habeant easdem Cascelliani, [*Caeciliani,*] Aquiliani, animadvertunto, unde oriuntur, nomina dissimilia Cascellius, Caecilius, Aquilius . . . Faustius, recte dicerent Faustianos; sic a Scipione quidam male dicunt Scipioninos; nam est Scipionarios. Sed (p. 509 Sp.[1]) ut dixi quod ab huiusce modi cognominibus raro declinantur cognomina neque in usum etiam perducta, natant quaedam.

43. Item dicunt, cum sit simile Stultus Luscus et dicatur § 72 Stultus Stultior Stultissimus, non dici Luscus Luscior Luscissimus, sic in hoc genere multa. Ad quae dico id eo fieri, quod natura nemo lusco magis sit luscus, cum stultior fieri videatur.

44. Quod rogant cur dicamus Mane, [*non*] Manius Manissime, § 73 item de vesperi, in tempore vere magis et minus esse non potest, ante et post potest; itaque prius est hora prima quam secunda, non magis hora. Sed magis mane surgere tamen dicitur qui primo mane surgit quam qui non primo; (p. 510 Sp.[1]) ut enim dies non potest esse magis quam . . mane; itaque ipsum hoc quod dicitur magis sibi non constat, quod magis mane significat primum mane, magis vespere novissimum vesper.

Scioppius. '*fort.* Faustinos dicunt, non Faustianos' LSp. — 1 sillabas F. — 2 aquiliani *corr. ex* aquiliniani F. — Caeciliani] vulg. *ex* B *add. post* Aquiliani, *ante* Aquiliani LSp. — animadvertunto] *scripsi*, animadvertant vulg., animadvertunt F *cum ceteris.* — 3 casellius FHMVp, caselius Ga Laetus, *corr.* vulg. — cecilius F, *om.* p. — 4 *lacunam indicavit* LSp, *quam bene sic explevit* Müller: Faustus, quod si esset. — faust(i)us F. — Faustianos] Faustianos potius quam Faustinios vulg. *ex* B. — sic] si F, *corr.* M, Laetus. — as̄cipione"quidam *ut vid.* F (Keil) *qui voluit opinor* quidam a Scipione, *quod in nullo alio libro exstat.* — 5 scipionios vulg. *ex* B. — 7 '*fort.* cognominata' LSp. — quaedam] *post hoc lacunam posuit* Müller. — 10 id eo] LSp, ideo F. '*sed fort.* id ideo' LSp. — 11 sit] '*fort.* fit' LSp. — 13 non] *add.* vulg. *post* cur, *ego post* F, mane. '*fort.* mane nec manius' LSp. — 14 vesperi in] uespertino *corr.* Popma. — 16 magis hora] 'hora *abundat*' LSp. — 17 non primo] Stephanus, Müller. non prior F. '*fort.* surgit prior quam qui non, *nisi potius del.* quam qui non prior' LSp. — 18 at enim Müller, etenim Christ. — magis quam mane] F. *lacunam indicavit* LSp *sic explens:* magis quam (dies, sic mane non magis quam) mane. *conf.* Christ Philol. XVI, 455, LSp XVII, 290. — 20 '*fort.* novissimum vespere' LSp.

§ 74 45. Item ab huiuscemodi *dis*similitudinibus reprehenditur analogia, quod cum sit Anus Cadus simile et sit ab anu Anicula, Anicilla, a cado duo reliqua quod non sint propagata, sic non dicatur a Piscina Piscinula, Piscinilla. Ad huiuscemodi vocabula analogias esse ut dixi, ubi magnitudo (p. 511 Sp.[1]) animadvertenda sit in unoquoque gradu eaque sit in usu communi, ut est Cista Cistula Cistella et Canis Catulus Catellus, quod in pecoris usu non est. Itaque consuetudo frequentius res in binas dividi partis ut maius et minus, ut Lectus et Lectulus, Arca et Arcula, sic alia.

§ 75 46. Quod dicunt casus alia non habere rectos, alia obliquos et ideo non esse analogias, falsum est. negant habere rectos ut in hoc Frugis Frugi Frugem, item Colem Colis Cole, obliquos non habere ut in hoc Diespiter Diespitri Die-
§ 76 spitrem, Maspiter Maspitri Maspitrem. Ad haec respondeo (p. 512 Sp.[1]) et priora habere nominandi et posteriora obliquos. nam et Frugi rectus est natura Frux, at secundum consuetudinem dicimus ut haec Avis, haec Ovis, sic haec Frugis; sic secundum naturam nominandi est casus Cols, secundum consuetudinem Colis, cum utrumque conveniat ad analogian, quod et id quod in consuetudine non est cuiusmodi debeat esse apparet, et quod est in consuetudine nunc in recto casu, eadem est analogia, ac pleraque, quae ex multitudine cum transeunt in singulare, difficulter efferuntur ore. sic cum transiretur ex eo quod dicebatur haec Oves, una non est dicta

F. fol. 27 frequentius . . a figura sed

1 dissimilitudinibus] LSp, similitudinibus F. — 3 quod *del.* Müller. '*melius sane vel ante* sic *ponitur vel post* sic' LSp. — 4 '*fort.* ad haec respondeo huiuscemodi vocabulis' LSp. *aut sic aut* At h. vocabulis analogias esse dixi. — 5 analogiam Vp. — esse *om.* H. analogia est Aldus. — 6 eaque] Müller, Reiter p. 76, ea que F, et quae Vp, Rholandellus. — 7 comuni F (Keil) *supra lineam.* — est cista] *his verbis finitur* B *apud Victorium.* — 8 pecoris] penoris Christ Philol. XVII, 61. *cf.* LSp 304 sq. — 9 dividit vulg. — 13 '*fort.* frugi, frugis' LSp. — colis coli colem Müller, rolem rolis role F, rōlē rōlis rōle V. '*malim dativum praeponi*' LSp. — 15 Marspiter vulg. '*fort.* Diespitrem item Maspiter' LSp. — ad hoc Laetus. — 16 nam ut frugi C. F. W. Müller p. 424. — 19 cols] Müller, rois F. — 20 colis] Müller, rolis F. — 23 ac] ad M, Laetus. — '*fort.* multitudinis . . singularem' LSp. — 25 haec] hae vulg. *vid.* C. F. W. Müller l. c. *et* Groth.

Ovs sine I sed additum I, ac factum ambiguum, verbum nominandi an patrici esset casus, ut Ovis et Avis. Sic in § 77 obliquis casibus cur negent esse Diespitri Diespitrem, non (p. 513 Sp.[1]) video, nisi quod minus est tritum in consuetudine quam Diespiter, quod [in] nihil*i* argumentum est; nam tam casus qui non tritus est quam qui est. Sed esto in casuum serie alia vocabula non habere nominandi, alia de obliquis aliquem; nihil enim ideo quo minus sit ratio, percellere poterit hoc crimen. Nam ut signa quae non habent caput [et] aut § 78 aliquam aliam partem, nihilo minus in reliquis membris (p. 514 Sp.[1]) eorum esse possunt analogiae, sic in vocabulis casuum possunt item fieri ac reponi quod aberit, ubi patietur natura et consuetudo, quod nonnunquam apud poetas invenimus factum ut in hoc apud Naevium in Clastidio:

Vita insepulta laetus in patriam redux.

47. Item reprehendunt, quod dicatur haec Strues, hic § 79 Hercules, hic Homo; debuisset enim dici, si esset analogia, hic Hercul, haec Strus, hic Homon. Haec ostendunt no*n* non analogian esse, sed obliquos casus non habere caput ex sua analogia. Non, ut si in Alexandri statua imposueris caput Philippi, membra conveniant ad rationem, sic et Ale- (p. 515 Sp.[1])

---

1 sine I] LSp, sine una F. — 2 esset] LSp, esse F, sit vulg. — casus ovis ut avis Müller. — 5 nihili] Augustinus, in nihil F, '*fort.* in nihilum' LSp. — 6 esto] LSp, est F. — 8 ideo] video vulg. — sit] M, *fort.* seit *scribendum,* si et FGHVap, siet Müller. '*conicias* stet, *sed verum videtur* nihil video, quor, minus si et . . poterat' LSp. *fort.* video quo minus, si est, ratio p. pote sit. — poterit] poterat Laetus. — 9 et] *om.* M, Laetus. — 10 nihil hominus F. — 11 '*fort.* sic in vocabulis, et ut ibi quae desunt partes, sic in vocabulis casuum potest item' LSp. — 14 neuium F. — 15 laeuis a, lectus Laetus. — redire M, redux it vulg. — 17 herculis F, *corr.* p, Laetus. — debuisset F *prob.* Müller, Groth. *conf.* C. F. W. Müller p. 423 adn. 2, debuisse Stephanus (LSp), debuissent Laetus. — 18 strux V, Laetus. — hic homon *corr. ex* hoc homon F. — non non] LSp, noua non F. non analogian non vulg. '*exspectes* non ostendunt analogian non esse' Groth. nobis non analogiam non esse Reiter p. 75. — 20 non ut] nam ut vulg. — 21 sic] GH vulg., sit F, si Müller. — et] F, et ad Laetus, *id quod in* F *exstare per errorem testatur Groth.* sic et si ad *et supra* nam ut Reiter p. 24. *cf.* C. F. W. Müller p. 424.

xandri membrorum simulacro caput quod respondeat item sit? non si quis tunicam in usu ita consuit, ut altera plagula sit angustis clavis, altera latis, utraque pars in suo genere caret analogia.

§ 80 48. Item negant esse analogias, quod alii dicunt Cupressus, alii Cupressi, item de ficis platanis et plerisque arboribus, de quibus alii extremum US, alii EI faciunt. Id est falsum; nam debent dici EI, Fici ut Nummi, quod est ut (p. 516 Sp.[1]) Nummis Ficis, ut Nummorum, Ficorum. si essent plures Ficus, essent ut Manus; diceremus ut Manibus, sic Ficibus, et ut Manuum, sic Ficuum, neque has Ficos diceremus, sed Ficus, ut non Manos appellamus; nec consuetudo diceret singularis obliquos casus huius Fici neque hac Fico, ut non dicit huius Mani, sed huius Manus, nec hac Mano, sed hac Manu.

§ 81 49. Etiam illud putant esse causae, cur non sit [in] analogia, quod Lucilius scribit:

decussis
Sive decussibus est.

---

1 simulacro] *scripsi,* simulacrum F. — non item sit Müller. '*fort.* ex sua analogia, ut si, si in . . membra conveniant et ad rationem sit Alexandri membrorum simulacrum, caput quod respondeat item non sit' LSp. *hoc vult opinor Varro:* non solum Alexandri membra inter se conveniant sed etiam Philippi capiti cum Alexandri membris quaedam sit analogia. *conf. proximum exemplum.* — 2 non si] Nam si *corr. ex* Non si F, nam si ceteri. — usu] '*fort.* usum' LSp, inusitate E. Schulze Mus. Rhen. XXX, 120. — placula F, *corr.* Aldus. — 3 angustis] F, angustus M, angustu H. angusti clavi . . lati Scioppius. '*fort.* alterae plagulae sit angustus clavus, alterae latus' LSp. *librorum scripturam recte defendit* Marquardt Antiquit. V, 2 p. 156 sq. — 5 dicant p. — 7 U. S. ali ei F (Keil). — 8 debet G V p. — EI] *scripsi,* E et I F, hei et hae vulg. — 9 nummis ficis ut] nummeis ficeis ut LSp, nummi fici ut F, *del.* Müller. — 10 ficus essent ut] '*fort.* essent *del. nisi* et diceremus *scripseris*' LSp. — 12 nec] *scripsi,* sed F, sed neque vulg. — 14 dici F, *corr.* vulg. — mani] manui F, manu G a, *corr.* M, Laetus. — nec hac] LSp, et hac F. — 16 in] *om.* Aldus. '*intercidit tale quid* oratione *vel* lingua *vel* vocabulis' LSp. — 18 decussis] LSp, decuis F, decius GH, decinis V, decus M, de cuius Laetus, decussi Müller, Luc. Müller Lucil. p. 50, Reiter p. 91 adn. 4. *vid. praefat.* — 19 decussibus] G, decusibus F, decursibus V p, decussis vulg.

qui errant, quod Lucilius non debuit dubitare, quod utrumque; nam in aere usque ab asse ad centussis numerus aes (p. 517 Sp.[1]) adsignificat, et eius numero finiti casus omnis, ab dupondio sunt, quod dicitur a multis duobus modis hic Dupondius et hoc Dupondium, ut hoc Gladium et hic Gladius; ab tressibus virilia multitudinis hi Tresses et his Tressibus confido, singulare hoc Tressis habeo et hoc Tressis confido, sic deinceps ad centussis. Deinde numerus aes non significans. numeri § 82 qui aes non significant, usque a quattuor ad centum, triplicis habent formas, quod dicuntur hi Quattuor, hae Quattuor, haec Quattuor; cum perventum est ad mille [quartum], assumit singulare neutrum, quod dicitur hoc Mille [denarium], a quo multitudinis fit Milia [denaria]. Quare quoniam ad § 83 analogias quod pertinet non est ut omnia similia dicantur, (p. 518 Sp.[1]) sed ut in suo quaeque genere similiter declinentur, stulte quaerunt, cur as et dupondius et tressis non dicantur proportione, cum As sit simplex, Dupondius fictus, quod duo asses pendebat, Tressis ex tribus aeris quod sit. pro assibus

---

1 utrumque] '*fort.* verum' LSp. *an fuit* quod non utrumque? *cf.* p. 224, 10. — 3 assignificat M a Laetus, significat H p. — 4 'sunt *aut del. aut post* omnis *ponendum*' LSp. — 5 tre^{s}sibus F, tressis Gronovius pec. vet. p. 82. — 6 tre^{s}es F. — tre^{s}sibus F. '*fort.* hos tresses singulare' LSp. — confido] cum sit vulg., cum siet Müller. — 7 tressis habeo et hoc tresis confido F. singulare hoc tressis ab eo sic deinceps vulg., singulare hic tressis et ab eo hoc tressi, et cum siet sic deinceps Müller. '*fort.* casus omnis, ab dupondio quod . . ab tressibus, virilia multitudinis hi tresses et hos tresses confido (?), singulare hoc tressis [habeo] et hoc tressis confido (?), sic deinceps' LSp. huic *pro* hoc Christ. — 8 ad] ac F (Keil), a F (Groth), a ceteri, *corr.* vulg. — significans] significat vulg. — 9 qui es F. — 11 quom H. — mille quartum F, millenarium Scioppius, miliarium Müller. quartum *del.* LSp, *conf.* Gronov. pec. vet. p. 89. — '*fort.* assumitur' LSp. — 12 denarium] *del.* Scioppius. — 13 '*fort.* haec milia' LSp. — denaria *del.* Scioppius, denarium Augustinus. — quoniam] Müller, cum F, quom G H a, quo Rholand. — 14 pertinet] LSp, pertineat F. — 15 quaeque] quoque M, Laetus. — '*fort.* similia similiter' LSp. — 16 querunt F. — 17 as sit] adsit F, *corr.* Aldus. — simples *corr. ex* simplex F (Keil). — dipondius F. — dictus Augustinus. — duo asses] duo pondo i. e. duos asses Scioppius. — 18 pendebant F, *corr.* vulg. — sit] sic vulg., fit C. F. W. Müller p. 869. '*fort. del.*' LSp.

nonnunquam Aes dicebant antiqui, a quo dicimus assem te-
nentes HOC [AB] AERE AENEAQUE LIBRA et MILLE AERIS
§ 84 LEGASSE. Quare quod ab tressis usque ad centussis numeri
(p. 519 Sp.[1]) [ex] eiusdemmodi sunt compositi, eiusdemmodi habent simili-
tudinem; dupondius quod dissimilis est, ut debuit dissimilem
habet rationem. Sic as, quoniam simplex est ac principium,
et unum significat et multitudinis habet suum infinitum; dici-
mus enim asses, quos cum finimus, dicimus dupondius et
§ 85 tressis et sic porro. Sic videtur mihi, quoniam finitum et
infinitum habeat dissimilitudinem, non debere utrumque item
dici, eo magis quod in ipsis vocabulis ubi additur certus
numerus in miliariis aliter atque in reliquis dicitur; nam sic
loquontur, hoc mille denarium non hoc mille denari*orum* et
haec duo milia denari*um*, non duo milia denari*orum*. Si
(p. 520 Sp.[1]) esset denarii in recto casu atque infinitam multitudinem sig-
nificaret, tunc in patrico denariorum dici oportebat; et non
solum in denariis, victoriatis, drachmis, nummis, sed etiam
in viris idem servari oportere, cum dicimus iudicium fuisse
triumvirum, decemvirum, non *triumvirorum*, *decem*virorum.
§ 86 Numeri antiqui habent analogias, quod omnibus est una

F. fol. 276 b. tenentes

---

2 ab] *om.* Brissonius, Scioppius. — aerea eneaque F, *corr.* vulg. — eris F. — 3 ad ducentussis F, *corr.* vulg. — 4 ex] *om.* vulg. — eiusmodi habent M, Laetus. — 6 habet] habere M V a Laetus. — 7 suum] sensum Müller. '*fort.* usum' *adscripserat* LSp *sed postea scriptum delevit.* — 10 habeant M, hanc p, habet a, '*sed fort. praestat* quom *pro* quoniam' LSp. — 11 vocabulis] M, Laetus, uocalibus F. — 12 miliariis] LSp, militaris F. — 13 denariorum] LSp, denarii F. — 14 denarium non] denaria non F, *corr.* vulg. — denariorum] Christ Philol. XVII, 62, LSp 305, denarii F. — 15 essent Vp. — 17 drachmis] et rachmis F, *corr.* Rholandellus. — 18 viris] uiris *corr. ex* utris F, utris G a, uitris M p. — oporteret Scioppius, oportet Scaliger. '*fort. del. et* servatur *scrib.*' LSp. *malim* servari apparet. — 19 non triumvirorum decemvirorum] vulg., non centum uirorum F. '*fort.* fuisse triumvirum decemvirum centumvirum non virorum' LSp, *quod amplexus hanc copiosiorem dicendi rationem Varroni tribuas:* fuisse triumvirum decemvirum centumvirum, non triumvirorum decemvirorum centumvirorum. — 20 in omnibus V.

[non novenaria] regula, duo actus, tres gradus, sex decuriae, quae omnia similiter inter se respondent. Regula est numerus novenarius, quod, ab uno ad novem cum pervenimus, rursus (p. 521 Sp.[1]) redimus ad unum et novem. Hinc et nonaginta et nongenta ab una sunt natura novenaria; sic ab octonaria, et deosum versus ad singularia perveniunt. Actus primus est ab uno § 87 [*ad*] nongenta, secundus a mille ad nongenta milia; quod idem valebat unum et mille, utrumque singulari numero appellatur; nam ut dicitur hoc unum, haec duo, [*sic hoc mille, haec duo*] milia et sic deinceps multitudinis in duobus actibus reliqui omnes item numeri. Gradus singularis est in utroque actu ab uno ad novem, denarius gradus a decem ad nonaginta, centenarius a centum [*ad*] nongenta. Ita tribus gradi- (p. 522 Sp.[1]) bus sex decuriae fiunt, tres miliariae, tres minores. Antiqui his numeris fuerunt contenti. Ad hoc tertium et quartum § 88 actum ab decies minores imposuerunt vocabula, neque ratione, sed tamen non contra eam de qua scribimus analogiam. Nam [ut] deciens cum dicatur hoc deciens, ut mille hoc mille, ut sit utrumque sine casibus vocis, dicemus ut hoc mille,

---

1 non *del.* vulg., novenaria *del.* LSp. non novenaria *corrupt. vid. ex interpretamento* numerus novenarius (ñ. nouenaria F). — 2 quae] qua F, *corr.* Rhol. — regulae F, *corr.* Scioppius. — 4 unum] unam F, *corr.* vulg. — et nouem. hinc] LSp, et . U . hinc F, ut V hinc GHa. '*nisi praestat* Hinc et novem' LSp. — et nonaginta] et LX F (*ab* LX *novus vers. inc.*), et XC Aldus. — nongenta] LSp, nungenti F, nongenti GH. — 5 sic ab] '*fort.* sic VIII, LXXX, DCCÇ ab' LSp. — deosum] FMp, deorsum ceteri. — 7 ad nongenta] ðCCCC F, *corr.* vulg. — nungenta F. — 8 numero] nomine F, *corr.* Laetus. — 9 appellatur] appellant vulg., '*fort.* appellatum' LSp. — sic hoc mille, haec duo] *add.* Gronovius de pec. vet. p. 13, sic dicitur hoc unum haec duo *addi iubet* Scioppius. — 11 om̄s F. — '*fort.* gradus est in utroque actu, singularis ab' LSp. — 12 denarios F, *corr.* vulg. '*fort. del.* gradus' LSp. — a decem] decem F, *corr.* vulg. — nonaginta] LX F, *corr.* vulg. — 13 ad nongenta] ðCCCC F, *corr.* vulg. — 14 miliariae tres] LSp, miliaria et res F., miliariae et tres Aldus. — 16 decies] *sic h. l.* F *cum ceteris.* ab decies *om.* Scioppius. — minores] minora vulg., addiderunt posteriores atque ieis minora Scioppius, minorem, a deciens miliens maiorem addentes Müller. — 17 contra est eam M, Laetus.. — 18 nam ut] '*fort.* nam et' LSp. *idem antea del.* ut. — deciens] vulg., decienis F. — hoc deci^{n}es F.

(p. 523 Sp.[1]) huius mille, sic hoc deciens, huius deciens, neque eo minus in altero, quod est mille, praeponemus hi mille, horum mille. . .

§ 89 50. Quoniam in eo est nomen commune, quam vocant *ὁμωνυμίαν,* obliqui casus ab eodem capite, ubi erit *ὁμωνυμία,* [obliqui casus] quo minus dissimiles fiant, analogia non prohibet. itaque dicimus hic Argus, cum hominem dicimus, cum oppidum, graecę hoc Argos, cum latine Argi. Item faciemus, si eadem vox nomen et verbum significabit, ut et (p. 524 Sp.[1]) in casus et in tempora dispariliter declinetur, ut faciamus a Meto quod nomen est Metonis Metonem, quod verbum est Metam Metebam.

§ 90 51. Reprehendunt, cum ab eadem voce plura sunt vocabula declinata, quas *συνωνυμίας* appellant, ut [Sappho et] Alcaeus et Alcaeo, sic Geryon, Geryonus, Geryones. in hoc genere quod casus perperam permutant quidam, non reprehendunt analogiam, sed qui eis utuntur imperite; quod quisque (p. 525 Sp.[1]) caput prenderit, sequi debet eius consequentis casus in declinando ac non facere, cum dixerit recto casu Alcaeus, in obliquis dicere Alcaeoni et Alcaeonem; quod si miscuerit et non secutus erit analogias, reprehendendum.

---

1 neque] nec Laetus. — 2 *post* mille *lacunam indicavit* Müller. '*fuit transitus a vocabulis ad nomina. fort.* minus quod in altero est mille, praeponemus ut hi mille, horum mille, sic hi deciens, horum deciens . .' LSp. — 4 comune F. — 5 omonimyan F. — omonimya F. — 6 obliqui casus] *om.* vulg. *fort. priore loco del.* — 8 oppidum . . cum *om.* a. — graece] LSp, grecancęne F, grecancene MV, graecam cene p, graecam cęne G, graecaneaene H, graecanice Pius. — cum (*ante* latine) *om.* vulg. — argei H. hei argei vulg. — 9 nomen et] Pius, nominet F. — significauit F, *corr.* Pius. — 10 '*fort.* facimus' LSp. — 13 cum . . sunt] '*fort.* quod . . sint' LSp. — 14 synonimyas F. — sapho F. sappho et *del.* Augustinus, Sappho et Psappha Müller. — 15 alceus et alceo F, Actaeus et Actaeon Meineke Vindic. Strabon. p. 133 *et sic infra* Actaeus . . Actaeoni et Actaeonem. '*fort.* Alcaeon' LSp. — gerion gerionus geriones F, *medium voc.* Geryoneus *scrips.* Müller. — 17 analogian Hp, '*fort.* analogias' LSp. — ieis LSp. — 18 prenderit FMp, prehenderit alii, pretenderit H, pertenderit Veneta. — consequentis] LSp, consequenti F. — 19 alceus F. — 20 'dicere *fort. del.*' LSp; *aut hoc aut* facere *del. iubet* Müller. — alceoni et alceonem F. — miscuerit] instituerit Laetus, institerit Rhol. — et *del.* Augustinus. — 21 reprehenden-

52. [*Reprehendunt*] Aristarchum, quod haec nomina Melicertes et Philomedes similia neget esse, quod vocandi casus habet alter Melicerta, alter Philomedes, sic qui dicat Lepus et Lupus non esse simile, quod alterius vocandi casus sit Lupe, alterius Lepus, sic Socer, Macer, quod in transitu fiat ab altero trisyllabum Soceri, ab altero bisyllabum Macri. § 91
De hoc etsi supra responsum est, cum dixi de lana, hic quoque amplius adiciam similia non solum a facie dici, sed etiam ab aliqua coniuncta vi et potestate, quae et oculis et auribus latere soleant; itaque saepe gemina facie mala negamus esse similia, si sapore sunt alio; sic equos eadem facie nonnullos negamus esse similis, si natione *sunt* procreati dissimili. § 92 (p. 526 Sp.[1])
Itaque in hominibus emendis si natione alter est melior, emimus pluris. Atque in hisce omnibus similitudines non sumimus tantum a figura sed etiam aliunde, ut in equis et asinis, cuiusmodi faciant pullos, ut in pomis, quo sint suco. Si igitur idem sequitur in similitudine verborum quis, reprehendundus non est. § 93
Quare similitudinum discernen- § 94 (p. 527 Sp[1].)

F. fol. 28 etiam aliude . . dissimilia sunt

---

dum. reprehendunt Aristarchum] LSp, reprehendendum aristarchum F, reprehendunt Aristarchum Augustinus; *vulgo distinguebatur post* analogias. *praeter illud* LSp *coniecit:* reprehendendum. quod dicunt reprehendendum Aristarchum. *incipere malim ab* Item reprehendunt *vel* Quod autem reprehendunt. — 3 '*fort.* habeat alterius Melicerta alterius' LSp. — Philomede F, *corr.* Müller. — 6 trisillabum F. — 7 lana] *conf.* p. 207, 4, lucerna Augustinus, *conf.* p. 208, 10. — hic] hic hic F. — 9 '*fort.* oculos et auris' LSp. — 10 soleat Aldus. — sepe F. — 12 si natione sunt procreati dissimili] *scripsi,* in nationes (natione a) ex procreante dissimilis F, si natione seu procreatione dissimiles Scioppius, si natione exprocreati dissimili Müller, si natione sexu procreante dissimilis Lachm. ad Lucr. p. 56, si natione sunt eos procreante dissimilis LSp. — 14 '*fort.* meliore' LSp. — emimus] emimus *corr. ex* et minus *vel* et minnus F, et minus GHa. — 15 aliude F. — 16 et asinis] *scripsi* Lachmanno *duce qui* ad Lucr. p. 176: aetas ut in asinis; *idem invenit* Groth, aetas ut in is F *et nisi quod* in iis H, in his ceteri, aetas ut in gallis Müller. '*conicias* est aetas aut cuiusmodi *sed melius verba* aetas ut in his *delentur*' LSp. — quoiusmodi G. — 17 sucosi F, *distinxit* vulg. — Igitur sequitur idem sequitur F *sed deleto priore* sequitur. — 'quis *fort. ponendum ante* igitur' LSp. — 18 rep̄hendundus F, reprehendendum Müller. — quare] quor G. —

darum causa nonnunquam ut pronomen assumitur, sic casum aliquem assumi*mus,* ut in his Nemus, Lepus, hic Lepus, hoc Nemus; itaque discedunt ac dicuntur hi Lepores, haec Nemora; sic aliud si quid assumptum erit extrinsecus, quo similitudo penitus perspici possit; non enim erit remotum ab natura; neque enim magnetas lapides duo inter se similes sint necne, perspicere possis, nisi minutum extrinsecus prope apposueris ferrum, quod similes lapides similiter ducunt, dis-
§ 95 similiter dissimiles. Quod ad nominatuom analogiam pertinet, ita declinatum arbitror, ut ad omnia quae dicuntur contra respondendum ab his fontibus sumi possit.

(p. 528 Sp.[1]) 53. Quod ad verborum temporalium rationem attinet, cum partes sint quattuor, tempora, personae, genera, divisiones, ex omni parte quoniam reprehendunt, ad singula respondebo.

§ 96 54. Primum quod aiunt analogias non servari in temporibus, cum dicant Legi Lego Legam et sic similia; nam quae sint ut Legei rem perfectam significare, duo reliqua Lego et Legam [et Lego] inchoatam, iniuria reprehendunt; nam ex eodem genere et ex divisione idem verbum quod sumptum

---

similitudinum] LSp, similitudinem F, dissimilitudinem G H, dissimilitudinum vulg. — 2 assumimus ut] LSp, assumi ut F. *fort.* assumimus *sine* ut. — 3 itaque] ita Müller. *conf.* Reiter p. 107. — 4 '*fort.* dissimilitudo' LSp. — 5 enim *om.* H. *fort.* nimis *vel* id *latet. de* noenum *cogitavit* C. F. W. Müller p. 423, *conf.* Reiter p. 73. — 9 nominatuom] LSp, nominatiuom F, nominatiuum *vel* nominationum *ceteri.* — analogia F, *corr.* vulg. — 10 declinatum] delibatum Müller. '*fort.* de declinationibus dictum *vel* declaratum' LSp. *potes etiam* disputatum *vel* deictum. — ad omnia quae dicuntur contra] *scripsi,* omnia quae dicuntur contra ad F. — 11 possint Vertranius. '*fort.* ut adversus omnia . . possit' LSp. — 12 temporalium *om.* vulg. — 13 tempora *fort. corr. ex* tepora F, temporum Rholandellus. — personae genera divisiones] LSp, personarum generum diuisionem F. — 17 similia] *scripsi,* simile alia F, similiter alia H, mille alia Augustinus, simile *seclusit* LSp. — 18 legei rem] LSp, *item* C. F. W. Müller p. 422 (legi rem), legerem F, legi Augustinus. — perfectum (*sine* rem) Rholandellus. — 19 et lego] *seclusit* LSp, *priora* lego et *om.* vulg. — inchoatum vulg. — 20 et ex] et vulg. — divisione idem] '*fort.* eadem divisione idem' Christ Philol. XVI, 460. LSp *olim* divisione eadem *coniecerat sed postea delevit scriptum. cf.* C. F. W. Müller p. 422 sq.

est per tempora traduci potest, ut discebam Disco Discam, (p. 529 Sp.[1])
et eadem perfecti, sic Didiceram Didici Didicero.

55. Ex quo licet scire verborum rationem constare, sed
eos qui trium temporum verba pronuntiare velint, *in*scienter
id facere; item illos qui reprehendunt quod dicamus Amor § 97
Amabor Amatus sum; non enim debuisse in una serie unum
verbum esse duplex, cum duo simplicia essent. neque ex
divisione si uniusmodi ponas verba, discrepant inter se; nam
infecta omnia simplicia similia sunt, et perfecta duplicia inter
se paria in omnibus verbis ut haec Amabar Amor Amabor,
Amatus . . ero. Quare item male dicunt Ferio Feriam Per- § 98
cussi, quod est ordo, Feriam [*Ferio*] Feriebam, Percussi Per- (p. 530 Sp.[1])
cutio Percutiam, sic deinceps in reliquis temporibus reprehen-
denti responderi potest.

56. Similiter errant qui dicunt ex utraque parte verba § 99
omnia commutare syllabas oportere aut nullum, in his Pungo
Pungam Pupugi, Tundo Tundam Tutudi; dissimilia enim
conferunt, verba infecti cum perfecti. Quod si infecta modo
conferrent, omnia verbi principia incommutabilia viderentur,
ut in his Pungebam Pungo Pungam et contra ex utraque
parte commutabilia, si perfecta ponerent, ut Pupugeram Pu-
pugi Pupugero.

57. Item male conferunt Fui Sum Ero, quod Fui est § 100
perfectum, cuius series sibi, ut debet, in omnibus [personis]

---

1 potest] par est Christ. — ut discebam] '*fort.* ut infecti discebam' LSp. infecti *post* tempora *addit* Christ. — 3 ratione F, *corr.* vulg. — 4 inscienter] LSp, Christ, scienter F. inscienter facere C. F. W. Müller p. 423. — 5 item] idem F, *corr.* vulg. — item illud reprehendunt Müller. — 11 amatus . . ero] *lacunam indicavit* LSp; amatus eram sum ero Müller. '*fort. integrum verbum fuit* amatus eram, amatus sum, amatus ero' LSp. — percussi *corr. ex* persussi F (Keil), *corr. ex* perfussi F (Groth). — 12 ferio] *addidit* Aldus. — percussi] et item percussi vulg. — percutio percutiam] percussero percusseram Müller. '*fort.* quod est ordo feriebam ferio feriam, percusseram percussi percussero' LSp. — 13 'temporibus *fort. del.*' LSp. — 18 infecti cum perfecti] LSp, infecti cum perfectis F. — '*fort.* si infecti modo . . si perfecti' LSp. — 19 '*fort.* viderent' LSp. — 20 ex utraque parte] '*male repetita videntur*' LSp. — 24 personis] personis et formis vulg. '*aut* in omnibus personis *aut certe* personis *del.*' LSp. *hoc prob. vid. nisi fuit* in omnibus partibus.

constat, quod est Fueram Fui Fuero; de infectis Sum quod nunc dicitur olim dicebatur Esum et in omnibus personis (p. 531 Sp.[1]) constabat, quod dicebatur Esum Es Est, Eram Eras Erat, Ero Eris Erit; sic huiuscemodi cetera servare analogiam videbis.

§ 101 58. Etiam in hoc reprehendunt, quod quaedam verba neque personas habent ternas neque tempora terna; id imperite reprehendunt, ut si quis reprehendat naturam, quod non uniusmodi finxerit animalis omnis. Si enim natura non omnes formae verborum terna habent tempora, ternas personas, non habent totidem verborum divisiones; quare cum imperamus, natura quod infecti verba solum habent, cum aut praesenti aut absenti imperamus, fiunt terna, ut Lege Legito Legat; perfectum enim imperat nemo; contra quae sunt in- (p. 532 Sp.[1]) dicandi, ut Lego Legis Legit, novena fiunt verba infecti, novena perfecti.

§ 102 59. Quocirca non si genus cum genere discrepat, sed in suo quoique genere si quid deest, requirendum. Ad haec addita si erunt ea quae de nominatibus supra sunt dicta, facilius omnia solventur. Nam ut illic externi caput rectus casus, sic hic in forma est persona eius qui loquitur et

---

1 '*fort.* infecti *et supra* est perfecti' LSp. — 2 in omnibus] in ṇọ | omīb; *deletis* no *litteris et ab initio versus* o *corr. ex* n F. — 6 in *om.* vulg. '*fort.* qui' LSp. — 7 '*fort.* habeant' LSp. — 9 sic enim F, *corr.* vulg. — 10 oms̃ F. — terna habent] G H a, terna prestant al' habent M, terna habeant F. — 11 non habeant M a Laetus. — 12 infecti verba] LSp, infectaba F, infecta sol''um v''erba G, infectat V, infretabat M, infecta vulg. — habent] G, habet ceteri. habent et Christ. — aut praesenti aut absenti] LSp, et praesenti aut absenti F, et praesenti et absenti vulg. — 14 indicandi] LSp, imperandi F, fatendi vulg. — 15 verbi H[1], '*fort. del.*' LSp. — 17 discrepat] Laetus, discrepant F *fort. ferendum.* — 18 quoique] *scripsi, idem* LSp *olim coniecisse repperi;* quisque F, quoiusque Müller. '*fort.* quique *vel* quoque, *conf.* Lachm. ad Lucr. p. 95, Wex ad Tac. Agric. p. 324' LSp. — est deest M, Laetus. — 19 nominatibus] LSp, nominatiuis F. — 20 externi] extremum Aldus. — externi caput rectus F. — rectos Laetus. — 21 casus si hic G H (*hoc loco, non infra* fit si hic *quod tradit Müller*). — in forma] '*fort.* formula' LSp.

tempus praesens, ut Scribo Lego. Quare ut illic fit, si hic § 103 item acciderit in formula, ut aut caput non sit aut ex alieno genere sit, proportione eadem quae illic dicimus, cur nihilominus servetur analogia; item, si ut illic caput suum habebit et in obliquis casibus transitio erit in aliquam formulam, qua assumpta reliqua facilius possint videri verba, unde sint (p. 533 Sp.[1]) declinata; fit enim, ut rectus casus nonnunquam sit ambiguus, ut in hoc verbo Volo, quod id duo significat, unum a voluntate, alterum a volando; itaque a Volo intellegimus et volare et velle.

60. Quidam reprehendunt, quod Pluit et Luit dicamus § 104 in praeterito et praesenti tempore, cum analogiae sui cuiusque temporis verba debeant discriminare. falluntur; nam est ac putant aliter, quod in praeteritis U dicimus longum Pluit [*Luit*], in praesenti breve Pluit Luit; ideoque in venditionis lege fundi Ruta Caesa ita dicimus ut U producamus.

61. Item reprehendunt quidam, quod putant idem esse § 105 Sacrifico et Sacrificor, Lavat et Lavatur; quod sit an non, nihil commovet analogian, dum Sacrifico qui dicat servet (p. 534 Sp.[1])

F. fol. 27 b. duo significat

---

1 si] **Müller**, **Madvig** Advers. II, 177, sic F. *conf.* LSp Philol. Anz. V p. 586. — 2 accidit C. F. W. **Müller** p. 424. — 3 qua illic diximus LSp, **Madvig**. — nichilo F. — 4 si ut] *scripsi* (*duce* **Christio** *qui* si sicut), sicut F. — 5 '*fort.* in obliquis casibus; fit enim, ut rectus casus nonnunquam sit ambiguus, in verbis transitio erit in aliam formulam' LSp. — aliquam] aliam quam **Müller**. *cf.* C. F. W. **Müller** p. 794 sq. — formulam *corr. ex* formamlam *vel* formamiam F. — 6 possunt M, **Laetus**. — 7 casus *om.* **vulg.** — 9 '*fort.* itaque Volo *sed haec omnia* itaque . . velle *abundant*' LSp. — 11 '*fort.* Quod quidam *vel* qui' LSp. — 12 analogie F. — 13 est ut putant GH. — 15 luit] *addidit* **vulg.** — in lege venditionis] LSp, ''inuenditionis 'lege *aut* uenditionis *corr. ex* uenditione *aut* uenditione *corr. ex* uenditionis F (Keil, ASp), inuenditiones lege F (Groth), lege in uenditiones G, leges in uenditiones Ha, in venditionis lege **Laetus** (*et ni fallor* MVp). — 16 cesa F. — 18 sacrifico] sacrificio F, *corr.* **vulg.** — sacrificor lavat] sacrifico relauat F, sacrifico relauta V, sacrificio relauta p, sacrificor et lauat **vulg.** (*i. e. Stephani editio*, *nam August.* 1557 sacrifico res lavat *dedit idemque eius index exhibet, correxit vero* sacrificor *in adnot.*), *illud* et *om.* LSp. — 19 sacrifico] sacrifici F, *corr.* **Augustinus**.

sacrificabo et sic per totam formam, ne dicat Sacrificaturus aut Sacrificatus sum; haec enim inter se non conveniunt.

§ 106 Apud Plautum, cum dicit:

Piscis ego credo qui usque dum vivunt lavant
Diu minus lavari quam haec lavat Phronesium,

ad Lavant Lavari non convenit, ut I sit postremum, sed E; ad Lavantur analogia Lavari reddit, quod Plauti aut librarii (p. 535 Sp.[1]) mendum si est, non ideo analogia, sed qui scripsit est reprehendendus. Omnino et Lavat et Lavatur dicitur separatim recte in rebus certis, quod puerum nutrix lavat, puer a § 107 nutrice lavatur, nos in balneis et lavamus et lavamur. Sed consuetudo alterum utrum cum satis haberet, in toto corpore potius utitur Lavamur, in partibus Lavamus, quod dicimus lavo manus, sic pedes et cetera. Quare e balneis non recte dicunt Lavi, Lavi manus recte. Sed quoniam in balneis Lavor Lautus sum, sequitur, ut contra, quoniam est Soleo, oporteret dici Solui, ut Cato et Ennius scribit, non ut dicit volgus, Solitus sum, deberet dici; neque propter haec, quod discrepant in sermone pauca, minus est analogia, ut supra dictum est.

§ 108 62. Item cur non sit analogia, afferunt, quod ab simi- (p. 536 Sp.[1]) libus similia non declinentur, ut ab Dolo et Colo; ab altero

---

1 nec vulg. — sacrificaturus] sacrificandus vulg. 'sacrificatur *fuit cum conicerem, exspectamus vero* sacrificabor. *fort.* sacrificaturus aut *del.*' LSp. *nisi* sacrificabor *exspectaretur, praesto esset* sacrificatur taurus. — 3 Plautum] Truc. II, 3, 1. *conf.* Bergk Beiträge I, 125. — '*fort.* dicitur' LSp. — dicit piscis ego F. — 6 I sit] H, E sit p, T sit F. — 8 mendum] mendum *corr. ex* mendunt F, mendunt V, mendiunt M, Laetus. — 9 lavat] H, lauant F. — lavatur] lavantur Rholandellus. — 10 laua. puer F. — 11 balineis vulg. — 14 e balneis] e ualneis F V p, et ut in eis M, Laetus. — 15 'in balneis *fort. del.*' LSp. — 16 lautus] F, lauatus ceteri *ni fallor omnes.* — 17 oporteret] LSp, oportet F, oporteat Müller. — scribunt Pius. — 18 deberet] LSp, debere F. *vel* oportet dici *vel* debere dici *del.* Christ. — quod discrepant] GHVp, quod discrepant *corr. ex* quod ę discrepant F (Keil), *corr. ex* quae discrepant F (Groth), quod he discrepant M, quod haec quoque discrepant vulg. — 21 afferunt] Vp vulg., asserunt F (Groth), asserunt *litt.* ss *in ras. corr. fort. ex* ff F (Keil), *mihi non rasura videbatur esse, sed membrana casu quodam paululum attrita.* — 22 abdolo *corr. ex* addolo F.

enim dicitur Dolavi, ab altero Colui; in quibus assumi solet aliquid, quo facilius reliqua dicantur, ut in Murmecidis operibus minutis solet fieri; igitur in verbis temporalibus, quom similitudo saepe sit confusa, ut discerni nequeat, nisi transieris in aliam personam aut in tempus, quae proposita sunt non esse similia intellegitur, cum transitum est in secundam personam, quod alterum est Dolas, alterum Colis. Itaque in § 109
reliqua forma verborum suam utrumque sequitur formam. Utrum in secunda [*persona*] forma verborum temporal*ium* (p. 537 Sp.[1])
habeat in extrema syllaba AS an ES an IS, ad discernendas similitudines interest; quocirca ibi potius index analogiae quam in prima, quod ibi abstrusa est dissimilitudo, ut apparet in his Meo, Neo, Ruo; ab his enim dissimilia fiunt transitu, quod sic dicuntur Meo Meas, Neo Nes, Ruo Ruis, quorum unumquodque suam conservat similitudinis formam.

63. Analogiam item de his quae appellantur participia § 110
reprehendunt multa iniuria; nam non debent dici terna ab (p. 538 Sp.[1])
singulis verbis Amaturus Amans Amatus, quod est ab amo Amans et Amaturus, ab amabar Amatus. Illud analogia quod praestare debet, in suo quicque genere habet, casus, ut

1 dicitur] '*fort.* dici' LSp. — '*fort.* in quibusdam' LSp. — 2 dicantur] '*fort.* videantur' LSp. — ut in] uti F, *corr.* vulg. — 3 quom] quo F, *corr.* vulg. — 4 dissimilitudo Stephanus. — sepe F. — 5 'aut in tempus *fort. del.*' LSp. — praeposita *corr. ex* proposita F (Groth), proposita *testari videtur Keil, idem ex* V p *notavi.* — 6 non esse] nosse F, *corr.* Vertranius. — 7 in reliquis suam Scioppius. — 8 uterque F, *corr.* Scioppius. — 9 secunda persona forma] LSp, secunda forma F, secunda persona p. — verborum] verbum Müller. — temporalium] LSp, temporale F. secunda persona alterum verbum habet . . AS, alterum IS Scioppius. — 10 an ES an IS ad] an Is at si ad F, an is at si M V, an is ac si ad vulg., an is ad Rholand.; '*fort.* an ES an ĬS aut ĪS ad' LSp *quod assumpsi om.* aut IS. — 11 dissimilitudines M, Laetus. — quocirca] quocirca quare M, Laetus. — 12 obtrusa H, obstrusa Müller. — 13 meo neo ruo] meo meorum (neo. ruo.) F. — ruo] veho vulg. — 14 sic dicuntur meas nes vehis quorum vulg. — 15 suas . . formas Laetus. '*fort.* sua . . forma analogiam. item *vel potius* suam quom servet . . formam, confirmat analogiam. item' LSp. — 16 analogian H. *vid. supra* LSp. *fort. del.* analogiam *vel scrib.* formam analogon. Item. — '*fort.* participalia' LSp. — 19 amans] amas (n) F. — amaturus ab] Rholand., ab amaturus F. — amabar] amor vulg. — 20 casus ut] '*fort.* ut casus' LSp.

Amatus Amato et Amati Amatis; et sic in muliebribus Amata et Amatae; item Amaturus eiusdemmodi habet declinationes, Amans paulo aliter; quod hoc genus omnia sunt in suo genere similia proportione, sic virilia et muliebria sunt eadem.

§ 111 64. De eo quod in priore libro extremum est, ideo non esse analogiam, quod qui de ea scripserint aut inter se non conveniant, aut in quibus conveniant ea cum consue- (p. 539 Sp.[1]) tudinis discrepent verbis, utrumque [*falsum*]. sic enim omnis repudiandum erit artis, quod et in medicina et in musica et in aliis multis discrepant scriptores; item in quibus conveniunt *in* scriptis, si ea repudiat natura, quod ita ut dicitur non sit, non ars, sed artifex reprehendendus, qui debet in scribendo vidisse verum, non ideo non po*t*e scribi verum.

§ 112 Qui dicit hoc Monti et hoc Fonti, cum alii dicant hoc Monte et hoc Fonte, sic alia quae duobus modis dicuntur, cum alterum sit verum, alterum falsum, non uter peccat tollit analogias, sed uter recte dicit confirmat; et quemadmodum is qui [cum] peccat in his verbis, ubi duobus modis dicuntur, non tollit rationem cum sequitur falsum, sic etiam in his (p. 540 Sp.[1]) [*quae*] non [in] duobus dicuntur, si quis aliter putat dici

---

1 muliebribus] F, mulieribus ceteri. — '*fort.* amata amatae et amatae amatis' LSp. — 4 '*fort.* sicut' LSp. — 6 esse analogiam] est analogia F, *corr.* Müller. — 8 discrepant F, *corr.* Müller. — utrumque] utcunque vulg. '*requirimus* falsum est *vel simile*'. LSp, *unde* falsum *addidi. cf.* VIII § 39, IX, 75. cum consuetudine discrepent, amovebis utrumque Müller. cum consuetudine discrepent perversum utrumque Reiter p. 107—10. — 9 erit] est Laetus. — quod in MVp Laetus. — 11 in] *scripsi,* ut libri. *del.* Müller, LSp. — si] sic vulg., *om.* Aldus. — ea] LSp, etiam libri. — repudia^{n}t F, repudiant ceteri. sic etiam repugnant naturae Vertranius, conveniunt, scriptis etiam repugnat natura Müller, conveniat scriptis si etiam repudiat natura Madvig p. 177, conveniunt scriptis, scientiam repudiant naturae Wilmanns p. 48, Reiter p. 108. — natura] natam Vp. — dicitur] *scil.* a scriptoribus — 12 sit] *scil.* natura. — non ars] *scripsi vocabulo* non *quod libri proximo versu habent ante* vidisse *huc traiecto,* non est ars Madvig, ars libri. quom tamen ut dicitur non sit ars Reiter. *conf.* LSp Phil. Anz. V p. 586. — 13 non uidisse libri, *vid. supra.* — pote] *scripsi,* posse libri. — 18 cum] non H, *seclusit* LSp. is quicunque C. F. W. Müller p. 799. — ubi *om.* V. — dicuntur] '*fort.* dicitur, *nisi* qua *pro* ubi *reposueris quod praefero*' LSp. — 20 quae non] non

oportere atque oportet, non scientiam tollit orationis, sed suam inscientiam denudat.

65. Quibus rebus solvi arbitraremur posse quae dicta § 113
sunt priori libro contra analogian, ut potui brevi percucurri. Ex quibus si id confecissent quod volunt, ut in lingua latina esset anomalia, tamen nihil egissent, ideo quod in omnibus partibus mundi utraque natura inest, quod alia inter se [*similia, alia dissimi*]lia sunt, sicut in animalibus dissimilia sunt ut equus bos ovis homo, item alia, et in unoquoque horum genere inter se similia innumerabilia. Item in piscibus dissimilis murena lupo, is soleae, haec merulae et (p. 541 Sp.[1])
mustelae, sic aliis, ut maior ille numerus sit similitudinum earum quae sunt separatim in murenis, separatim in asellis, sic in generibus aliis. Quare cum in inclinationibus ver- § 114
borum numerus sit magnus a dissimilibus verbis ortus, quod etiam vel maior est in quibus similitudines reperiuntur, con-

---

F. fol. 29 ut equus . . collata

---

in F, *corr.* vulg. *cf.* C. F. W. Müller p. 423, Reiter p. 74. — 1 rationis Stephanus. — 2 inscitiam vulg., insciām Mp. — 4 priore GH vulg., in priori p. — percurri vulg. — 5 conficissent F. — 6 nihil legissent F, *corr.* vulg. — 7 inest] est Vp. — 8 similia alia dissimilia sunt] Müller, alia sunt F, sunt p. '*fort. haec melius sic cohaerent:* utraque natura sicut in animalibus, quod alia inter se similia, alia sunt dissimilia; dissimilia sunt ut equus' LSp. quod alia inter se sicut in animalibus dissimilia sunt ut equus bos ovis homo item alia, alia sunt et in unoquoque horum Reiter p. 26 sq. — *Codicis* F *folii* 29 *pagina prior inde a verbis* ut equus *usque ad* X § 7 esse partibus *expressa est in libro* 'Paléographie des classiques latins', planche XII. — 9 sunt *om.* vulg. — et] '*fort.* set *vel* at' LSp. — 11 dissimilis natura murena H. — murena lupo] '*fort.* murena asello, hic lupo' LSp. *conf.* Philol. Anz. V p. 585 sq. — is] LSp, Madvig Adv. II, 177, his F, '*etiam* hic *scrib. possis*' LSp. — haec] hae p, vulg. — merulae] *scripsi,* nerene *corr. ex* merene F, merene p, nerene a, murenae GH, Aldus. '*fort.* murenae et *del.*' LSp. *idem olim adscripserat:* '*fort. aliud piscis nomen latet*'. *de merula pisce cf.* Plin. n. h. IX, 52, XXII, 149. — et] ut p. — 12 sic] eae Madvig. — aliis] alii Augustinus. '*fort.* alii aliis, set' LSp. — 14 in inclinationibus] *sic* F *et omisso* in M, Laetus. *conf.* IX § 1, 34, 38, X, 13, 78. — 16 'vel *fort. del.*' LSp. — confitendum] conferendum F, *corr.* vulg.

fitendum est esse analogias. Item quom ea non multo minus quam in omnibus verbis patiatur uti consuetudo communis, fatendum illud quoque analogian sequi nos debere universos, p. 542 Sp.[1] singulos autem praeterquam in quibus verbis offensura sit consuetudo communis, quod ut dixi aliud debet praestare populus, aliud e populo singuli homines. neque id mirum est, cum singuli quoque non sint eodem iure; nam liberius

§ 115 potest poeta quam orator sequi analogias. Quare cum hic liber id quod pollicitus est demonstraturum absolverit, faciam finem; proxumo deinceps de declinatorum verborum forma scribam.

---

1 '*fort.* analogian' LSp. — item quom] LSp, item quę cum F, itemque cum vulg. Reiter p. 76. — 2 comunis F. — 3 quoque] LSp, quo quando F G M p, quoque quando H, quod quando V a, quodammodo vulg. *de* quoque quodammodo *cogitat* C. F. W. Müller p. 799. — '*fort.* universos in omnibus *vid.* IX § 5' LSp. — 4 autem] tum M V p Laetus. — 5 comunis F. — dixi] IX § 5. — 9 demonstraturus M, Laetus. — absoluerim F, *corr.* Aldus. — 10 de] F M, Pius, *om.* ceteri. — declaratorum H. '*fort.* declinationum' LSp. — forma] Pius, formam V p, firma F.

M. TERENTI VARRONIS

DE LINGUA LATINA

AD CICERONEM LIBER VIIII EXPLICIT. INCIPIT

X.

1. In verborum declinationibus disciplina loquendi dis- § 1
similitudinem an similitudinem sequi deberet, multi quae-
sierunt. Cum ab his ratio quae ab similitudine oriretur (p. 544 Sp. 1)
vocaretur analogia, reliqua pars appellaretur anomalia, de
qua re primo libro quae dicerentur cur dissimilitudinem
ducem haberi oporteret, dixi, secundo contra quae dicerentur
cur potius similitudinem conveniret praeponi; quarum rerum
quod nec fundamenta, ut debuit, posita ab ullo neque ordo
ac natura, ut res postulat, explicita, ipse eius rei formam
exponam. Dicam de quattuor rebus, quae continent declina- § 2
tiones verborum, quid sit simile ac dissimile, quid ratio
quam appellant *λόγον*, quid proportione quod dicunt *ἀνάλο-*

M. TERENTI. UARRONIS DE LINGUA LATINA AD CICERONEM LĪB. UIIII ẼXP. ĨNC. X] *sic* F. — 2 '*fort.* deberent' LSp. — quesierunt F, quaerunt Laetus. — 5 dicentur F, *corr.* Aldus. — quor G. — 7 potius similitudinem] Aldus, potius dissimilitudinem F. '*fort.* potius similitudinem quam dissimilitudinem' LSp. — quarum *corr. ex* quorum F. — 8 debuit] debita F, debite H, *corr.* vulg. '*fort.* debet apposita' LSp. — 9 ac] a Vp. — explicata H (?) M, Laetus. — 10 continent] continet Ga, continentur Aldus. — declinationes] *vel* declinatus LSp, declinationibus F. — 12 *λόγον*] Aldus, logon F. — proportio vulg. *infra* § 37 ratio proportione. — quid dicunt F, *corr.* vulg. — *ἀνάλογον*] a, vulg., analogon F, *ἀναλογίαν* Aldus.

(p. 545 Sp.[1]) γον, quid consuetudo; quae explicatae declarabunt analogiam et anomaliam, unde sit, quid sit, cuiusmodi sit.

§ 3 2. De similitudine et dissimilitudine ideo primum dicendum, quod ea res est fundamentum omnium declinationum ac continet rationem verborum. Simile est quod res plerasque habere videtur easdem quas illud cuiusque simile. Dissimile est quod videtur esse contrarium huius. Minimum ex duobus constat omne simile, item dissimile, quod nihil potest esse simile, quin alicuius sit simile, item nihil dicitur

§ 4 dissimile, quin addatur, quoius sit dissimile. Sic dicitur similis homo homini, equus equo, et dissimilis homo equo; nam similis est homo homini ideo quod easdem figuras membrorum habent, quae eos dividunt ab reliquorum animalium specie. in ipsis hominibus simili de causa vir viro

§ 5 similior quam vir mulieri, quod plures habent easdem partis, (p. 546 Sp.[1]) et sic senior seni similior quam puero. eo porro similiores sunt qui facie quoque paene eadem, habitu, corporis filo. Itaque qui plura habent eadem dicuntur similiores; qui proxume accedunt ad id, ut omnia habeant eadem, vocantur gemini, simillimi. Sunt qui tris naturas rerum putent esse simile, dissimile, neutrum, quod alias vocant non simile, alias non dissimile; sed quamvis tria sint simile dissimile neutrum, tamen potest dividi etiam in duas partes sic, quodcumque conferas aut simile esse aut non esse; simile esse et

2 anomalia F, *corr.* Pius. ἀναλογίαν et ἀνομαλίαν a. — 5 res plerasque *prima m. in ras. scr. ut vid.* F (Groth). — 6 ''uidetur 'habere F, *unde traiecta verba in* G H a, uidetur habere ceteri. — cuiusque] cuius est Augustinus, quoius quid Müller. — 9 dicitur dissimile *corr. ex* dicitur dissimili F. dicitur simile . . cuius sit simile p. — 10 quoius] *sic* F. — 12 similis *corr. ex* simile F, similis G H V a p, simile Laetus, simul M. 'similis *etiam* C. F. W. Müller p. 873, *confer tamen* p. 239, 10' Groth. — 15 pluris G H. — 17 pene F. — filo] et filo Müller, simili vulg. *conf.* Lachm. ad Lucret. p. 300 *qui sic verba iungit* habitu corporis, filo. — 19 proxime F, proxume G H, proxime ceteri. — 20 simillimi *om.* Scioppius. '*fort.* gemini *del.*' LSp. — putant G H. — 21 quod alias . . dissimile neutrum *om.* G H. — vocent Laetus, vocetur vulg. — 22 sed quamvis . . aut non esse *a Varrone postea addita esse censet* Müller. *conf.* LSp Ueber die Krit. p. 20, Thilo Annal. phil. LXXI p. 524. — 24 '*fort.* non esse simile, simile esse' LSp.

dissimile, si videatur esse ut dixi, neutrum, si in neutram
partem praeponderet, ut si duae res quae conferuntur vicenas
habent partes et in his denas habeant easdem, denas alias, (p. 547 Sp.[1])
ad similitudinem et dissimilitudinem aeque animadvertendas.
hanc naturam plerique subiciunt sub dissimilitudinis nomen.
Quare quoniam fit, ut potius de vocabulo quam de re contro- § 6
versia esse videatur, illud est potius advertendum, quom
simile quid esse dicitur, quoi parti simile dicatur esse; in
hoc enim solet esse error, quod potest fieri ut homo homini
similis non sit, at multas partis habeat similis et ideo dici
possit similis habere oculos, manus, pedes, sic alias res
separatim et una plures. Itaque quod diligenter videndum § 7
est in verbis, quas partis et quot modis oporteat similis
habere [*quae similia esse*] dicuntur, ut infra apparebit, is
locus maxime lubricus est. Quid enim similius potest videri (p. 548 Sp.[1])
indiligenti quam duo verba haec Suis et Suis? quae non
sunt, quod alterum [non] significat suere, alterum suem.
Itaque similia vocibus esse ac syllabis confitemur, dissimilia
esse partibus orationis videmus, quod alterum habet tempora,
alterum casus, quae duae res vel maxime discernunt ana-
logias. Item propinquiora genere inter se verba similem § 8
saepe pariunt errorem ut in hoc, quod Nemus et Lepus
videtur esse simile, quom utrumque habeat eundem casum

F. fol. 29 b orationis

---

1 'neutrum *fort. del.*' LSp. — 3 habeant] habent V p, '*fort. del.*' LSp. — 6 fit] fuit F, *corr.* vulg. — 7 quom] qm̄ (u superscr.) F, cum ceteri. — 8 '*fort.* dicatur' LSp. — quoi] LSp, quin cui F, quin quoi G H, quid cui vulg. — 10 similis] V p, simile F. — non sit at] LSp *olim qui postea* non sit set ut *coniecit*, sit non sit ut F, sit et non sit ut vulg., similis sit ut ut p. — 12 'quod *fort. del.*' LSp. — 13 quot modis] '*fort.* quoiusmodi' LSp. — 14 quae similia esse] *add.* LSp, *item* habere ut similia dicantur Madvig Adv. II, 178. oporteat ut similis dicantur vulg. *conf.* Reiter p. 40 sq. — 17 non] *om.* p, vulg. — 18 itaque] ita quae Müller, itaque quae LSp *quo non videtur opus esse.* — ''esse 'uocibus F (Keil), esse uocibus ceteri. — 20 analogiam H. — 22 sepe F. — nemus] numerus Fa Laetus. — nemus lepus G H. — 23 uidentur p. — quom] quod cum F, qui cum p, quod vulg, cum LSp, *quod* quom *scripsit* Müller.

rectum, sed non est simile, quod eis certae similitudines
opus sunt, in quo est, ut in genere nominum sint eodem,
(p. 549 Sp.¹) quod in his non est; nam in virili genere [nominum sint
eodem] est Lepus, ex neutro Nemus; dicitur enim hic lepus
et hoc nemus. Si eiusdem generis essent, utrique praepone-
retur idem ac diceretur aut hic lepus et hic nemus aut hoc
§ 9 nemus, hoc lepus. Quare quae et cuiusmodi sunt genera
similitudinum ad hanc rem perspiciendum ei qui declinationes
verborum proportione sintne quaeret. Qu*em* locum, quod est
difficilis, qui de his rebus scripserunt aut vitaverunt aut in-
§ 10 ceperunt neque adsequi potuerunt. Itaque in eo dissensio
neque ea unius modi apparet; nam alii de omnibus universis
(p. 550 Sp.¹) discriminibus posuerunt numerum, ut Dionysius Sidonius, qui
scripsit ea esse septuaginta unum, alii partis eius quae habet
casus, cuius eidem hic cum dicat esse discrimina quadraginta
septem, Aristocles rettulit in litteras XIIII, Parmeniscus VIII,
§ 11 sic alii pauciora aut plura. Quarum similitudinum si esset
origo recte capta et inde orsa ratio, minus erraret*ur* in
declinationibus verborum, quarum ego principia prima duum
generum sola arbitror esse, ad quae similitudines exigi
oporteat; e quis unum positum in verborum materia, alterum
§ 12 [ut] in materiae figura, quae ex declinatione fit. Nam debet
(p. 551 Sp.¹) esse unum ut verbum verbo, unde declinetur, sit simile;

---

1 eas certe F, *corr.* vulg. — 2 nominum sint eodem *om.* vulg. *conf.* LSp Comment. p. 6 sq. — 4 ex] et vulg. '*fort.* in, *sed conf.* p. 242, 3' LSp. — dicitur] dr̄. dr̄. (= dicitur dicitur) *sed priore deleto* F, dicimus p. — 5 essent] e& F, esset Ma. — 6 hoc nemus et lepus G, hoc lepus et hoc nemus Laetus. '*fort.* aut ut hoc nemus hoc lepus' LSp. — 7 quoiusmodi GH. — '*fort.* sint' LSp. *conf.* C. F. W. Müller p. 870. — 8 '*fort.* perspiciendum videndum ei' LSp. — 9 sint ne queret F. — quem locum] quod locum F, locum hunc vulg., *corr.* Müller. *possis etiam delere prius* quod. — 13 discriminationibus Christ Phil. XVII, 62. *cf.* LSp *ibid.* 305 sq. — dyonisius sydonius F. — 14 ea . . unum] LSp, eas . . unam F. — partis . . habent F, *corr.* Müller. — 15 eidem] eadem vulg., idem Müller. — quadringenta F, *corr.* M, Laetus. — 16 aristodes p, aristotelis GH, aristotiles MV, Laetus. — rutulit F p, rutullit V, retulit alii, *quod* rettulit *scripsit* Müller. — 18 erraretur] Vertranius, '*aut hoc aut* errarent *scrib.*' LSp, erraret F. — 19 uerborum] uborum F (Groth). — duorum Laetus. '*fort.* duo genera' LSp. — 20 ad quae] atque F, *corr.* Aldus. — exegi F. — 22 ut *om.* H.

alterum ut e verbo in verbum declinatio ad quam conferetur eiusdem modi sit; alias enim ab similibus verbis similiter declinantur, ut ab Herus, Ferus Hero, Fero, alias dissimiliter Herus, Ferus Heri, Ferum. Cum utrumque et verbum verbo erit simile et declinatio declinationi, tum denique dicam esse similem ac duplicem et perfectam similitudinem habere, id quod postulat analogia. Sed ne astutius videar posuisse § 13 duo genera esse similitudinum sola, cum utriusque inferiores species sint plures, si de his reticuero, ut mihi relinquam latebras, repetam ab origine similitudinum, quae in conferendis verbis et inclinandis sequendae aut vitandae sint.

Prima divisio in oratione, quod alia verba nusquam decli- § 14 nantur ut haec Vix Mox, alia declinantur ut ab limo Limabo, (p. 552 Sp.[1]) a fero Ferebam, et cum nisi in his verbis quae declinantur non possit esse analogia, qui dicit simile esse Mox et Nox errat, quod non est eiusdem generis utrumque verbum, cum Nox succedere debeat sub casuum rationem, Mox neque debeat neque possit. Secunda divisio est de his verbis quae § 15 declinari possunt, quod alia sunt a voluntate, alia a natura. Voluntatem appello, cum unus quivis a nomine aliei imponit nomen ut Romulus Romae; naturam dico, cum universi acceptum nomen ab eo qui imposuit non requirimus quemadmodum is velit declinari, sed ipsi declinamus ut huius Romae, hanc Romam, hac Roma. De his duabus partibus voluntaria

---

1 confertur H, conferatur M, Laetus. — 3 '*fort.* dissimiliter ut ab herus' LSp. — 6 similem] simile a. '*fort.* similitudinem, *sed conf.* p. 242, 18' LSp. — ac duplicem ac GH. — 7 analogiam F, analogian H. — 10 similitudinum *corr. ut vid. ex* similitudinem F, similitudinem Vp, similitudines vulg. '*fort.* origine. Similitudinum . . sunt, prima' LSp. origine, similitudinum *interpungit* C. F. W. Müller p. 867. — 11 inclinandis] in declinandis G. *conf. ad* p. 235, 14. — 12 divisio, in oratione quod C. F. W. Müller. — 13 alia declimantur F (Groth). — limo] vulg., lima F. — limabo] '*fort.* limabam' LSp. — 14 quom H. — 15 nox et mox GH. — 17 succidere Lachm. ad Lucr. p. 404. — ratione F, *corr.* Lachmann, Roth Philol. XVII, 176. — 18 est, de his . . quod *coniungit* C. F. W. Müller p. 867 *fort. recte.* — 20 quom GH *et hic et infra.* — uniusquoiusque G, unusquisque vulg. — aliei] LSp, alię F, alie MV, alio Aldus. alieī potuit p. — 21 roma Vp Laetus. — 23 '*fort.* ut huic Romae, huius' LSp.

declinatio refertur ad consuetudinem, naturalis ad rationem.
§ 16 Quare proinde ac simile conferri non oportet ac dicere, ut
(p. 553 Sp.[1]) sit ab Roma Romanus, sic ex Capua dici oportere Capuanus, quod in consuetudine vehementer natat, quod declinantes imperite rebus nomina imponunt, a quibus cum accepit consuetudo, turbulenta necesse est dicere. Itaque neque Aristarchii neque alii in analogiis defendendam eius susceperunt causam, sed, ut dixi, hoc genere declinatio in communi consuetudine verborum aegrotat, quod oritur e populo multiplici [*et*] imperito; itaque in hoc genere in loquendo magis ano-
§ 17 malia, quam analogia. Tertia divisio est: quae verba decli-
(p. 554 Sp.[1]) nata natura, ea dividuntur in partis quattuor, in unam quae habet casus neque tempora, ut Docilis et Facilis, in alteram quae tempora neque casus, ut Docet Facit, in tertiam quae utraque, ut Docens Faciens, in quartam quae neutra, ut Docte et Facete. Ex hac divisione singulis partibus tres reliquae dissimiles. Quare nisi in sua parte inter se collata erunt verba, si [non] conveniunt, non erit ita simile, ut
§ 19 (18) debeat facere idem. In articulis vix adumbrata est analogia

---

F. fol. 30 erunt uerba . . nomina

---

1 declinatio *del.* Stephanus. — orationem F, *corr.* vulg. — 2 conferre Stephanus. — '*fort.* dici' LSp. — 4 notat H, nutat vulg. '*fort.* natant quae declinantes' LSp. — 6 Aristarchei p. 185, 15. — 7 '*fort.* defendendis *vel* analogia defendenda' LSp. — 8 '*fort.* hoc genus declinationis' LSp. — comuni F. — 9 egrotat F, egrotat et languescit Laetus. — populi vulg. — 10 et] *add.* Groth, *om.* libri. — imperio Laetus. multipliciter imperito *primum adscripserat* LSp, *sed postea ipse delevit.* — loquenda F M V a. — anomalia *man. 1,* anamalia *man. posterior ut vid.* F (Groth). — 11 est quae] F, est quod p, est quod quae LSp. — 12 dividuntur] LSp, diuiditur F. declinata a natura dividit Müller. *conf.* C. F. W. Müller p. 795. — unam] unam primam videlicet Laetus. — 13 et] *om.* Laetus. — facilis et amabilis Laetus. — 14 facit amat Laetus. — 16 et *om.* vulg. — facete] facte a. 'p. 179, 18 docte et commode' LSp. *de* facile *cogitat* C. F. W. Müller. — 17 relinquere F, relique a, *corr.* Müller. reliquae genere C. F. W. Müller p. 796. *fort.* reliquae res. — 18 non] *seclusit* LSp, voce C. F. W. Müller *qui in seq.* debeant *praefert.* verba, non, si conveniunt, erit Christ Philol. XVI, 462. *cf.* LSp XVII, 299. — 19 idem] idem. Quoniam species plures . . . habent analogias. In articulis vix . . . adscribimus unius

et magis rerum quam vocum; in nominatibus magis expressa ac plus etiam in vocibus [ac similitudinibus] quam in rebus suam optinet rationem. Etiam illud accedit ut in articulis habere analogias ostendere sit difficile, quod singula sint verba, hic contra facile, quod magna sit copia similium nominatuum. Quare non tam hanc partem ab illa dividen- (p. 555 Sp.[1]) dum quam illud videndum, ut satis sit verecundi etiam illam in eandem arenam vocare pugnatum. Ut in articulis duae § 20 (19) partes, finitae et infinitae, sic in *nominatibus* duae, vocabulum et nomen; non enim idem Oppidum et Roma, cum Oppidum sit vocabulum, Roma nomen, quorum discrimen in his reddendis rationibus alii discernunt, alii non; nos sicubi opus fuerit, quid sit et cur, ascribemus. Uniuscuiusque partis § 18 (20) quoniam species plures, de singulis dicam. Prima pars casualis dividitur in partis duas, in nominatus * ·s̃· quod neque finitum est ut Hic et Quis; de his generibus duobus utrum (p. 556 Sp.[1]) sumpseris, cum reliquo non conferendum, quod inter se dissimiles habent analogias. Nominatus ut similis sit nomi- § 21 natus, habere debet ut sit eodem genere, specie eadem, sic casu, exitu eius; genere, ut si nomen est quod conferas,

---

cuiusque partes *transposuit* Müller, '*et sane sic, si ab initio addas:* idem. Unius cuiusque partis quoniam species *omnia optime inter se cohaerent*' LSp. — 1 vocum quam rerum vulg. — nominatibus] LSp, nominibus F. — 2 vocibus ac] vocum Müller. — ac similitudinibus] *del.* LSp. *conf. etiam* C. F. W. Müller p. 795. — 4 '*fort.* habere *del. nisi* eos habere *scripseris vel* articulos *correxeris*' LSp. — sint . . sit] '*exspectantur* sunt . . est' LSp. *idem proposuit* C. F. W. Müller. — 6 nominatuum] FMVp, nominativum Ga Laetus, $\overset{trium}{\text{nominativum}}$ H, nominum Pius, nominationum Scioppius. — dividendum] vulg., ab diuidendum F, addiuidendum a. '*an* abiungendum?' LSp. — 7 satis] 'non satis?' LSp. — 9 '*fort.* finiti et infiniti *vel* finitum et infinitum' LSp. — nominatibus] LSp, uocabulis F. — 13 ascribemus] Scioppius, ascribimus F. — partes F, *corr.* Scioppius. — 15 nominatus] nominatuuis M, nominativum Laetus. — ·s̃·] Fp, ·s· GHa, est V, ·|· M, scilicet Laetus. scilicet et articulos Müller. '*fort.* nominatus et articulos; articulorum genus quod aeque finitum et infinitum est, *vid.* VIII § 45' LSp. scilicet *probat* Reiter p. 111 adn. 3. — neque finitum] finitum et infinitum vulg. — 18 nominatui ut similis Müller. — sit nominatui Scioppius, sit nominatuis LSp. — 20 eius] eodem Müller, *om.* vulg. '*fort.* eiusdem modi' LSp.

cum quo conferas sit nomen; specie [simile], ut non solum
utrumque sit virile; casu [simile], ut si alterum sit dandi,
item alterum sit dandi; exitu, ut quas unum habeat extre-
§ 22 mas litteras, easdem alterum habeat. Ad hunc quadruplicem
fontem ordines deriguntur bini, uni transversi, alteri derecti,
ut in tabula solet in qua latrunculis ludunt. Transversi sunt
qui ab recto casu obliqui declinantur ut Albus Albi Albo;
(p. 557 Sp.[1]) derecti sunt qui ab recto casu in rectos declinantur ut Albus
Alba Album; utrique sunt partibus senis. Transversorum
ordinum partes appellantur casus, derectorum genera, utris-
§ 23 que inter se implicatis forma. Dicam prius de transversis.
Casuum vocabula alius alio modo appellavit; nos dicemus,
qui nominandi causa dicitur, nominandi vel nominativum....

HIC DESUNT TRIA FOLIA IN EXEMPLARI.

§ 24 . . . et Scopae, non dicitur una Scopa; alia enim natura,
quod priora simplicibus, posteriora in coniunctis rebus voca-
(p. 558 Sp.[1]) bula ponuntur, sic Bigae, sic Quadrigae a coniunctu dictae.
Itaque non dicitur, ut haec una lata et alba, sic una biga,
sed unae bigae, neque [ut] dicitur, ut hae duae latae, albae,
§ 25 sic hae duae bigae et quadrigae. Item figura verbi qualis
sit refert, quod in figura vocis alias commutatio fit in primo

---

F. fol. 31 et scopae . . hoc ge

---

1 simile] *om.* LSp, *item infra.* — 2 utrumque] sed utrumque vulg. '*fort.* ut utrumque, *nisi praestat* ut utrumque, non solum' LSp. *exspecto* ut, si sit alterum, utrumque sit v. — 5 diriguntur . . directi Laetus, *item infra. cf.* A. Müller p. 5. — 6 latrunculus F, *corr.* Bentinus. — 7 '*fort.* in obliquos . . albus albo albi' LSp. — 10 appellantur] Aldus, expellantur F. '*an* ex his appellantur?' LSp. — genere F, *corr.* vulg. — 11 forma] vulg., formam F, formas G H. '*fort.* utrique . . implicati formae' LSp. — 13 nominativom Müller. — 14 hic desunt tria folia in exemplari F V a (*in* F *haec verba in marg. adscr. man. 1. tum vacuae relictae sunt et huius folii reliqua pars XVIII versuum capax et proxima pagina tota (XXXX vers.) et eius quae sequitur primi versus VIII*), hic deerant tres cartae in exemplari H, hic deficit p, desunt paginae tres vulg. — 16 '*fort.* posteriora coniunctis . . imponuntur' LSp. — 18 lata & alba F. — '*fort.* sic haec una biga sed hae unae' LSp. — 19 ut] *om.* p Scioppius, *posterius del.* Vertranius. — 20 quadrigae] '*fort.* quadrigae, sed hae binae bigae et quadrigae' LSp. — 21 primo] uno F, imo M, *corr.* Müller.

verbo *suit modo suit, alias in medio ut Curso Cursito, alias in extremo ut Doceo Docui, alias communis ut Lego Legei. Refert igitur ex quibus litteris quodque verbum constet maxime extrema, quod ea in plerisque commutatur. Quare § 26 in his quoque partibus similitudines ab aliis male, ab aliis bene quod solent sumi in casibus conferendis, recte an perperam videndum; sed ubicumque commoventur litterae, non solum eae sunt animadvertendae, sed etiam quae prox- (p. 559 Sp.[1]) umae sunt neque moventur; haec enim vicinitas aliquantum potest in verborum declinationibus. In quis figuris non ea § 27 similia dicemus quae similis res significant, sed quae ea forma sint, ut eiusmodi res [similia] ex instituto significare plerumque soleant, ut tunicam virilem et muliebrem dicimus non eam quam habet vir aut mulier, sed quam habere ex instituto debet; potest enim muliebrem vir, virilem mulier habere, ut in scena ab actoribus haberi videmus, sed eam dicimus muliebrem quae de eo genere est quo indutui mulieres ut uterentur est institutum. Ut actor stolam muliebrem sic Perpenna et Caecina et Spurinna figura muliebria dicuntur habere nomina, non mulierum. Flexurae quoque simili- § 28 tudo videnda, ideo quod alia verba quam vim habeant ex (p. 560 Sp.[1]) ipsis verbis, unde declinantur, apparet, ut quemadmodum oporteat ut a Praetor Consul, Praetori Consuli; alia ex transitu intelleguntur ut Socer Macer, quod alterum fit Socerum,

1 suit modo suit] sint modo sint Laetus, *om.* vulg. sŭit modo sŭit Roth Philol. XVII, 176. '*fort.* ut esum, non modo sum *coll.* IX § 100' LSp. — curso] vulg., cursu F. '*fort.* curro currito' LSp. — 2 comunis F. — lege F, legi vulg., *quod* legei *scripsit* LSp. — 3 quodcunque H. — 4 commutatur] LSp, commutantur F. — 8 eae] hae Rholandellus. — '*fort.* animadvertendae quae moventur' LSp. — 10 potest] Aldus, potes FVa, *om.* p, pōt G, potens H (?) M, Laetus. — figuris] '*fort.* figura' LSp. — 12 sint] '*immo* sunt' LSp. — similia] *om.* LSp, similis Müller. — 13 soleant] Aldus, solet *corr. ex* solent F, solent Vp, solet GHa, soleat M, Laetus. *fort.* significarei . . solent. — 17 indutu vulg. — 19 cecinna F. — purinna F, *corr.* Augustinus. — 22 apparet] Pius, appellarit F, appellât p. '*fort.* aperiuntur, quemadmodum declinari oporteat' LSp. *nisi forte deletis* quam vim habeant *verbis sic:* apparet, declinari quemadmodum. — 23 ut [a]praetor F. — quemadm. oport. ut *del.* Christ. *an fuit* oporteat uti (*scil.* in declinatione) praetor?

alterum Macrum, quorum utrumque in reliquis a transitu suam viam sequitur et in singularibus et in multitudinis declinationibus. Hoc fit ideo, quod naturarum genera sunt duo quae inter se conferri possunt, unum quod per se videri potest, ut Homo et Equus, alterum sine assumpta aliqua re extrinsecus perspici non possit, ut Eques et Equiso; uterque § 29 enim dicitur ab equo. Quare hominem homini similem esse aut non esse, si contuleris, ex ipsis homini*bus* animadversis scies; at duo inter se similiterne sint longiores quam sint (p. 561 Sp. 1) eorum fratres, dicere non possis, si illos breviores cum quibus conferuntur quam longi sint ignores; sic latiorum atque altiorum, item cetera eiusdem generis sine assumpto extrinsecus aliquo perspici similitudines non possunt. Sic igitur quidam casus quod ex hoc genere sunt, non facile est dicere similis esse, si eorum singulorum solum animadvertas voces, nisi assumpseris alterum, quo flectitur in transeundum vox.

§ 30 Quod ad nominatuom similitudines animadvertendas arbitratus sum satis es*se* tangere, haec sunt. Relinquitur de articulis, in quibus quaedam eadem, quaedam alia; de quinque enim generibus duo prima habent eadem, quod sunt et virilia et muliebria et neutra, et quod alia sunt ut signi- (p. 562 Sp. 1) ficent unum, [*alia*] ut plura, et de casibus quod habent quinos; nam vocandi voce notatus non est. Proprium illud habent, quod partim sunt finita ut Hic Haec, partim infinita ut Quis [et] Quae, [et] quorum quod adumbrata et tenuis

---

1 a *om.* Vp. — 2 et in] et pluralibus in p. — 3 naturarum] '*fort.* natura eorum' LSp. — 5 '*fort.* alterum quod sine . . non potest' LSp. *cf.* C. F. W. Müller p. 869. — 6 utrumque Laetus. — 7 quare] quippe Müller. — 8 hominibus] LSp, homini F. — 9 similiter. ne sint F. — 11 ignores] Aldus, ignorent F, ignorant p, ignoretur Pius. illis breviores . . ignorentur vulg. — sic] si F, *corr.* vulg. — 16 transeundi G, transeundo vulg. — 18 nominatuom] LSp, nominatuum G, vulg., nominatiuom F, nominatiuum ceteri. — 19 esse tangere] Augustinus, est angere F, est augere Laetus. '*fort.* esse tangere haec, relinquitur, *nisi praeferes* quae ad nominatuom . . tangere, haec sunt.' LSp. — 23 alia] *addidit* vulg. — quod *deletum in* p, quos vulg. — 25 hic et haec G H a Laetus. — '*fort.* infiniti *et supra* finiti' LSp. — 26 et quae et] *posterius* et *om.* vulg., *utrumque del.* LSp.

analogia, in hoc libro plura dicere necesse [*non*] est. Se- § 31
cundum genus quae verba tempora habent neque casus. Si
habent personas, eorum declinatuum species sunt sex, una
quae dicitur temporalis ut Legebam Gemebam, Lego Gemo,
altera personarum ut Sero Meto, Seris Metis, tertia rogandi
ut Scribone? Legone? Scribisne? Legisne? quarta respondendi
ut Fingo Pingo, Fingis Pingis; quinta optandi ut Dicerem
Facerem, Dicam Faciam; sexta imperandi ut Cape Rape,
Capito Rapito. Item sunt declinatuum species quattuor quae § 32
tempora habent sine personis, in rogando ut Foditurne?
Seriturne? et Fodieturne? Sereturne? ab respondendi specie (p. 563 Sp. 1)
eaedem figurae fiunt extremis syllabis demptis; optandi
species ut Vivatur Ametur, Viveretur Amaretur. Imperandi
declinatus sintne, habet dubitationem et eorum sitne haec
ratio Paretur Pugnetur, Parari Pugnari. Accedunt ad has § 33
species a copulis divisionum quadrinis, ab infecti et perfecti,
Emo Edo, Emi Edi; ab semel et saepius ut Scribo Lego,
Scriptitavi Lectitavi; faciendi et patiendi ut Uro Ungo, Uror
Ungor; a singulari et multitudinis ut Laudo Culpo, Lauda-
mus Culpamus. Huius generis verborum cuius species ex-
posui quam late quidque pateat et cuiusmodi efficiat figuras,
in libris qui de formulis verborum erunt diligentius expe-
dietur. Tertii generis quae declinantur cum temporibus ac § 34
casibus ac vocantur a multis ideo participalia sunt hoc ge... (p. 564 Sp. 1)

F. fol. 31 b. quinta . .

---

1 non] *add.* vulg. *ante* necesse *positum, om. libri.* — 2 '*fort.* verba quae' LSp. — si] sed vulg. — 3 declinationum H[1] Laetus. — 4 lego] logo F. — 9 declinationum p, declinationes G. — species] partes GH. — 11 ac respondendi Müller. — 12 Opandi F. — 14 sintne habet] vulg., sum ne habent F. — sitne haec] vulg., sint ne haec F. — 15 'amare pugnare?' LSp. — '*fort.* has aliae species' LSp. — 16 '*fort.* perfecti ut emo' LSp. — 17 sepis F. — 18 '*fort.* scriptito lectito' LSp. — '*fort.* a faciendi' LSp. — 19 '*fort.* singularis' LSp. — 20 quoius GH. — 21 quoiusmodi G. — 23 quae] '*fort.* quae verba' LSp. — 24 participialia p. — ge] *sic* F (*cum ceteris*). *reliqua paginae pars et proxima pagina tota vacuae relictae sunt.* hic desunt folia III in exemplari F *in marg.* genere Rholandellus, hoc est gerundi vulg. '*fort.* genus' LSp.

HIC DESUNT FOLIA TRIA IN EXEMPLARI.

§ 35 . . . quemadmodum declinamus, quaerimus casus eius, etiam si is qui finxit poeta aliquod vocabulum et ab eo casum ipse aliquem perperam declinavit, potius eum reprehendimus quam sequimur. Igitur ratio quam dico utrubique, et in his verbis quae imponuntur et in his quae declinantur neque non etiam

§ 36 tertia illa, quae ex utroque miscetur genere. Quarum unaquaeque ratio collata cum altera aut similis aut dissimilis, aut saepe verba alia, ratio eadem, et nonnunquam ratio alia, verba eadem. Quae ratio in Amor Amori, eadem in Dolor Dolori, neque eadem in Dolor Dolorem, et cum eadem (p. 565 Sp.[1]) ratio quae est in Amor et Amoris sit in Amores et Amorum, tamen ea, quod non in ea qua oportet confertur materia, per se solum efficere non potest analogias propter disparilitatem vocis figurarum, quod verbum copulatum singulare cum multitudine; ita cum est proportione, ut eandem habeat rationem, tum denique ea ratio conficit id quod postulat analogia, de qua deinceps dicam.

§ 37 3. Sequitur tertius locus, quae sit ratio proportione; ea graece vocatur *ἀνάλογον*, ab analogo dicta analogia. Ex eodem genere quae res inter se aliqua parte dissimiles rationem habent aliquam, si ad eas duas alterae duae res (p. 566 Sp.[1]) collatae sunt, quae rationem habeant eandem, quod ea

---

2 '*fort. praeposita negatione* declinemus quaeremus . . reprehendemus quam sequemur' LSp. — querimus F. — etiam] '*fort.* et' LSp. — 3 et] ut Laetus. '*fort. del. nisi supra* si quis *scripseris*' LSp. — casum] LSp, casu F. — 5 utrubique et] utrobique est et vulg. — 7 unaqueque F. — 9 sepe F. 'aut *quod praecedit fort. del. vel in* et *mutandum*' LSp. — 12 in amor et amor et amoris F V p. — 13 confertur a materia F, *corr.* vulg. — 15 singularem F, *corr.* vulg. — 19 quae sit ratio] '*fort.* quid sit, *conf.* X § 2' LSp. — proportionis Wilmanns p. 80, *prob.* Groth. — ea graece] LSp Comment. p. 13, Wilmanns, agrece F, a graeco a Laetus, quae a Graecis vulg. — 20 vocatur] M, Aldus, uocantur F. — *ἀνάλογον*] a Aldus, analogon F. — ab analogo] hinc vulg. ab analogo . . eundem *λόγον om.* V p. '*fort.* ab *ἀνάλογον vel* ab analogon' LSp. — 22 alterae''res 'duae F, *hoc est* alterae duae res *corr. ex* alterae res duae (res alterae duae *et Victorius et Groth istas notas interpretati sunt*), alterae duae res G H a, alterae res duae M, Laetus. '*licet scribere* duas duae alterae res' LSp. — 23 collatae] collecte M, Laetus. — habeant] '*immo* habent *cum* H a' LSp.

verba bina habent eundem λόγον, dicitur utrumque sepa-
ratim ἀνάλογον, simul collata quattuor analogia. Nam ut in § 38
geminis, cum similem dicimus esse Menaechmum Menaechmo,
de uno dicimus, similitudinem esse in his, de utroque, sic
cum dicimus eandem rationem habere assem ad semissem
quam habet in argento libella ad simbellam, quid sit ana-
logon ostendimus; cum utrubique dicimus et in aere et in
argento esse eandem rationem, tum dicimus de analogia.
Ut Sodalis et Sodalitas, Civis et Civitas non est idem, sed § 39
utrumque ab eodem ac coniunctum, sic analogon et analogia (p. 567 Sp.[1])
idem non est, sed item est congeneratum. Quare si homines
sustuleris, sodalis sustuleris; si sodalis, sodalitatem; sic item
si sustuleris λόγον, sustuleris analogon; si id, analogian.
Quae cum inter se tanta sint cognatione, debebis suptilius § 40
audire quam dici expectare, id est cum dixero quid de utro-
que et erit commune, [*ne*] expectes, dum ego in scribendo
transferam in reliquum, sed ut potius tu persequare animo.
Haec fiunt in dissimilibus rebus, ut in numeris si contuleris § 41
cum uno duo, sic cum decem viginti; nam [*quam*] rationem
duo ad unum habent, eandem habent viginti ad decem; in (p. 568 Sp.[1])
nummis [in similibus] sic est ad unum victoriatum denarius,

---

1 logon F. — dicitur utrumque] *haec postrema sunt verba in* M. *duo enim folia quae sequebantur desecta sunt.* — 2 ἀνάλογον] H, ana logon F. — analogia] G, Müller, analoga F *cum ceteris.* — 3 cum similem] LSp, C. F. W. Müller p. 872 sq, cum simile F, quom simile H, consimile Vp. — menechmum menechmo F. — 4 similitudine F (Keil), similitudinem *ut vid.* F (Groth), *corr.* vulg. — utroque] utroque videatur vulg. — 5 habere] '*fort.* habere in aere' LSp. — 6 argumento F, *corr.* Pius. — simbellam] singulam F, *corr.* Pius. *conf.* V § 174. — 8 rationem *corr. ex* significationem F. — tum] cum vulg. (H?). — 11 sed idem Augustinus. — 13 ΛΟΓΟΝ F. — 14 suptilius] *sic* F. — 15 audiri Aldus. — 16 comune F. — ne] *add.* Scioppius. — 17 '*fort.* sed tu potius persequare' LSp. — 18 '*fort.* si quom contuleris' LSp. — 19 sic] si G H. — quam] *add.* Aldus. — 20 eandem quam habent p. — XX ad X G H. — 21 in similibus *om.* Scioppius *prob.* LSp Philol. XVII. 306, similiter Müller. in nummis dissimilibus Christ Philol. XVII, 63. '*fort.* in similibus ut in nummis' LSp *postea.* — sic est] si $\overset{c}{\bar{e}}$ F, *unde* si est Laetus. '*fort.* si est ut' LSp. sicut est Reiter p. 27 sq. *malim* ut est.

sic ad alterum victoriatum alter denarius; sic item in aliis
rebus omnibus proportione dicuntur ea, in quo est sic quadru-
plex natura ut in progenie cum est filius ad patrem, sic si
est filia ad matrem, et ut est in temporibus meridies ad
§ 42 diem sic media nox ad noctem. Hoc poetae genere in simi-
litudinibus utuntur multum, hoc acutissime geometrae, hoc in
oratione diligentius quam alii ab Aristarcho grammatici, ut
cum dicuntur proportione similia esse Amorem Amori, Do-
lorem Dolori, cum ita dissimile esse videant Amorem Amori,
§ 43 quod est alio casu, item Dolorem Dolori, sed dicunt, quod
(p. 569 Sp.[1]) ab similibus, nonnunquam rationes habet implicatas duas, ut
sit una derecta, altera transversa. Quod dico apertius sic
fiet. Esto sic expositos esse numeros, ut in primo versu sit
unum duo quattuor, in secundo decem viginti quadraginta,
in tertio centum ducenta quadringenta. In hac formula
numerorum duo inerunt quos dixi logoe, qui diversas faciant
analogias, unus duplex qui est in obliquis versibus, quod
est ut unus ad duo, sic duo ad quattuor; alter decemplex
(p. 570 Sp.[1]) in directis ordinibus, quod est ut unum ad decem, sic
§ 44 decem ad centum. Similiter in verborum declinationibus est
bivium, quod et ab recto casu [*declinantur in obliquos et ab*

---

1 sic ad] LSp, Reiter, si ad F, sicut ad vulg. — 2 ea *om.* vulg. — 3 cum] quom GHa, ut vulg., quomodo Müller, quemadmodum Reiter p. 117 sq. '*fort.* cum est ut . . sic filia ad matrem et in temporibus ut est' LSp. — si *om.* vulg. — 4 teporibus F. — 7 Aristarcho] vulg., aristarco F. — 8 dicunt vulg. — 9 ita] item vulg. *conf.* Reiter p. 111 sq. — dissimilem F. — videant] '*fort.* videatur' LSp. — amori] LSp, Madvig Advers. II, 178. et dolorem F, dolori vulg., et dolori Müller. — 11 similibus. Nonnunquam Christ. — habent vulg. *conf.* Madvig Opusc. II, 237. — duplicatas GH. — 12 sit] sic FVa, *om.* GH, si Laetus. — directa Laetus. — dico] '*fort.* dicunt' LSp. — 14 XX viginti. in tertio. C. CC. CCCC. GH, *posteriores tres numeri etiam in* Vp. — 15 ducenta quadringenta] vulg., ducenti quadringenti F, Müller, Groth, CC CCCC° Vp. — 16 logoe] FVp, logos GHa, λόγους Aldus. — faciunt Veneta. — 18 '*fort.* ut unum' LSp. — 19 directis] *sic h. l.* F *et infra* directas. — unus Laetus. — 21 declinantur in obliquom et ab recto casu *addidit* Müller '*recte, sed malim* declinantur in obliquos' LSp. *conf.* Comment. p. 9 sq. *pro* declinantur *malim* declinatur.

recto casu] in rec*tum*, ita ut formulam similiter efficiant, quod sit primo versu hic Albus, huic Albo, huius Albi, secundo haec Alba huic Albae, huius Albae, tertio hoc Album, huic Albo, huius Albi. Itaque fiunt per obliquas declinationes ex his analogiae hoc genus Albius Atrius, Albio Atrio, per directas declinationes Albius Atrius, Albia Atria, quae scilicet erit particula ex illa vicenaria [atria quae scilicet] centenaria formula analogiarum, de qua supra dixi. Analogia quae dicitur, eius genera sunt duo, unum § 45
deiunctum sic est, ut unum ad duo sic decem ad viginti; alterum coniunctum sic, ut est unum ad duo, sic duo ad quattuor. in hoc quod duo bis dicuntur et tum [*cum*] conferimus ad unum et tunc cum [*ad*] quattuor, hoc quoque § 46
natura dicitur quadruplex; sic e septem cordis citharae (p. 571 Sp.[1])
tamen duo dicuntur habere tetracorda, quod quemadmodum crepat prima ad quartam cordam sic quarta ad septumam respondet, media est alterius prima, alterius extrema. Medici in aegroto septumos dies qui observant, quarto die ideo diligentius signa morbi advertunt, quod quam rationem habuit primus dies ad quartum eandem praesagit habiturum qui est futurus ab eo quartus, qui est septumus a primo. Quadru- § 47

F. fol. 33 sic e . . . achilles et

---

1 rectum] Müller, recto F. — similiter] '*fort.* similem *vel* formula similia' LSp. — 5 genus. DESUNT QUAEDAM. Albius vulg. — Albius] Albius *corr. ex* Albus F. — 6 Albio] albio *corr. ex* albo F. Albius Atrius, Albio Atrio, quae scilicet erit particula ex illa binaria; per derectas declinationes Albius Atrius, Albia Atria, quae scilicet centenaria formula Müller. — 7 vicenaria] ducenaria Laetus. *verba tria male repetita seclusit* LSp. '*fort.* ex illa denaria et centenaria formula analogiarum, *in quibus vel verba* et centenaria *non desiderantur*' LSp. — 8 scilicet et centenaria Vp. — 10 diiunctum vulg. — 11 sic ut] *conf.* Reiter p. 28. — 12 et tum cum] LSp, et tum F, et cum Müller, q. V. C. tum ad Scioppius. — 13 unum *corr. ex* nunum F. — tunc] '*fort.* tum' LSp. — ad] *addidit* Scioppius. — 14 quadruplex *fort. corr. in* quadriplex F (Keil). — e] F, a a, Laetus, *om.* Vp. — cytharae F. — 17 respondet *om.* Scioppius. — Midici F. — 18 aegroto] LSp, egrotos F, aegrotis vulg. — 20 praesagiunt Scioppius, praesagia Vp. *conf.* Christ Philol. XVI, 453. — 21 quartus qui] quartus p, quartus et qui vulg.

plices deiunctae in casibus sunt vocabulorum ut [*Lex Legi*] Rex Regi, coniunctae sunt triplices in verborum tribus temporibus, ut Legebam Lego Legam, quod quam rationem habet Legebam ad Lego hanc habet Lego ad Legam. In hoc fere (p. 572 Sp.[1]) omnes [homines] peccant, quod perperam in tribus temporibus

§ 48 haec verba dicunt, cum proportione volunt pronuntiare. Nam cum sint verba alia infecta ut Lego et Legis, alia perfecta ut Legi et Legisti, et debeant sui cuiusque generis in coniungendo copulari, et cum recte sit ideo Lego et Legebam, non recte est Lego ad Legi, quod Legi significat quod perfectum, ut haec Tutudi, Pupugi, Tundo Pungo, Tundam Pungam; item Necatus sum, Verberatus sum, Verberabor, iniuria reprehendunt, quod et infecti inter se similia sunt et perfecti inter se, ut Tundebam Tundo Tundam et Tutuderam Tutudi Tutudero; sic Amabar Amor Amabor, et Amatus eram, Amatus sum, Amatus ero. Itaque reprehendunt qui contra analogias dicunt, cur dispariliter in tribus

§ 49 temporibus dicantur quaedam verba, natura cum quadruplex (p. 573 Sp.[1]) sit analogia. Id nonnunquam, ut dixi, pauciores videtur habere partes, sic etiam alias pluris, ut cum est quemadmodum ad tria unum et duo sic ad sex duo et quattuor, quae tamen quadripertita comprehenditur forma, quod bina ad singula conferuntur; quod in oratione quoque nonnun-

---

1 sunt in casibus a *et sic transponit verba* vulg. — lex legi *post* rex regi *addit* Müller '*quae praeponenda potius videntur*' LSp. — 2 coniunctae sint FVp Laetus. — 3 legebam ab lego F, *corr.* vulg. — 4 a legam Laetus. — oms F. — 5 homines] *seclusit* LSp. — 7 '*fort.* infecti ut lego legis, alia perfecti ut legi legisti' LSp. — 8 legi legisti HVp. — cuiusque] quoiusque H, cuius FVp. — 9 lego ad legebam vulg. '*fort.* lego legebam, non recte lego legi' LSp. — 12 necatus] haec. catus F, *corr.* vulg. — verberabor] necabor *praeponit* vulg., necor verberor, necabor verberabor Müller. '*potius et hic* verberabor *et supra verba* tundo pungo, tundam pungam *delenda sunt*' LSp. — 13 rephendunt F *ut semper fere,* reprehendant Müller. — 16 itaque] itaque inique Christ Philol. XVII, 63, LSp 306. *conf. etiam* Riese XXVII, 305. '*fort.* itaque quod reprehendunt . . quaedam verba, iniuria reprehendunt' LSp. *conf. praefat.* — 17 quor G. — 18 naturam. Cum Müller. — 19 sit natura analogia vulg. — 21 trianum F[1], tria unum F[2] (*correctum esse manu sec. et Keil et ego notavimus*). — 22 '*fort.* comprehendit *vel* comprehenduntur' LSp.

quam reperietur sic, ut Diomedes confertur [*Diomedi et*] Diomedis, sic dicitur ab Hercules Herculi et Herculis, et ut § 50 haec ab uno capite, ab recto casu, in duo obliquos discedunt casus, sic contra multa ab duobus capitibus recti casuum confluunt in obliquom unum. Nam ut ab his rectis hi Baebiei, hae Baebiae fit his Baebieis, sic est ab his hi Caelii, (p. 574 Sp.[1] hae Caeliae his Caeliis. A duobus similibus similiter declinantur, ut fit in his Nemus Olus, Nemora Olera. alia ab dissimilibus similiter declinantur ut in articulis ab Hic Iste, Hunc Istunc. Analogia fundamenta habet aut a voluntate § 51 hominum aut a natura verborum aut a re utraque. Voluntatem dico impositionem vocabulorum, naturam declinationem vocabulorum, quo decurritur sine doctrina. Qui impositionem sequetur, dicet, si simile in recto casu Dolus et Malus, fore in obliquo Dolo et Malo; qui naturam sequetur, si sit simile in obliquis Marco Quinto, fore ut sit Marcus Quintus; qui utrumque sequetur, dicet si sit simile, transitus ut est in Servus Serve, fore ut sit item Cervus Cerve. Commune om- (p. 575 Sp.[1]

---

1 reperitur V p. '*Varro* repereitur *videtur scripsisse*' LSp. — sic ut] *cf.* Reiter p. 28. — Diomedi et] *addidit* LSp. '*intelligenda es duplex genetivi forma. conf.* p. 173, 12' LSp. — 2 Diomedis] LSp, diomedibus F. — 'dicitur ab *fort. del.*' LSp. — Herculis] LSp, herculibus F. — 3 haec] he hic F, hee hic p, hae hic V, hae G H a, *corr.* Müller. — ac recto *corr. ex* ab recto F, ac recto G V p, a recto Laetus, et recto H. — duos Laetus. — descendunt vulg. — 4 recti casuum] '*fort.* rectis casibus' LSp. *praeferam* recti casuis. — 5 boebiei vulg., aebiei *ut vid. corr. ex* ebiei F (Keil), abiei *ut vid.* F (Groth), aebiei H, abiei V, hębiei a, hębvei G. — 6 boebiae vulg., bebiae F H, beiae a, hębveae G, bebie V. — bebieis F, boebieis vulg. — 7 celiae his celiis F. — a] ab G H. — similiter] '*fort.* similia' LSp. dissimiliter Christ Philol. XVII, 63, Roth 176, Riese XXVII, 305. *idem* LSp *olim adscripserat sed scriptum delevit.* — 10 istunc] LSp, Christ, istum F. — '*fort.* fundamentum' LSp. — 11 aut a re] G H, aut re F *fort. recte.* — 14 sequitur dicet G H V p. — si] ut p. '*fort.* si sit simile' LSp. — dolus *corr. ex* solus F. — 'et *fort. et hic del. et paulo post, conf.* § 68 bonus malus *et supra* VIII § 34' LSp. — fore in] '*fort.* fore ut sit in' LSp. — 15 si naturam Laetus. — sequitur V p. — 16 '*fort.* obliquo' LSp. — Marcus Quintus] Christ p. 63, LSp, marcum quintum F. '*fort.* in recto Marcus Quintus' LSp. — 17 si sit] ab hoc Laetus. — similis vulg. — 18 seruae . . cervae G. — comune F.

nium est, ut quattuor figurae vocis habeant proportione
§ 52 declinatus. Primum genus est ortum ab similitudine in rectis casibus, secundum ab similitudine quae est in obliquis, tertium ab similitudine quae est in transitibus de casu in casum. Primo genere ab impositione ad naturam proficiscimur, in secundo contra, in tertio ab utroque. Quocirca etiam hoc tertium potest bifariam divisum tertium et quartum dici,
§ 53 quod in eo vel prosus et rosus potest dici. Qui initia faciet analogiae impositiones, ab his obliquas figuras declinare debebit; qui naturam, contra; qui ab utraque, reliquas declinationes ab eiusmodi transitibus. Impositio est in nostro dominatu, nos in naturae; quemadmodum enim quisque volt,
§ 54 imponit nomen, at declinat, quemadmodum volt natura. Sed
(p. 576 Sp.[1]) quoniam duobus modis imponitur vocabulum aut re singulari aut multitudine, singulari ut Cicer, multitudinis ut Scalae, nec dubium est, quin ordo declinatuum, in quo res singulares declinabuntur solae, ab singulari aliquo casu proficiscatur ut Cicer Ciceri Ciceris, item contra in eo ordine, qui multitudinis erit solum, quin a multitutinis aliquo casu ordiri conveniat ut Scalae Scalis Scalas, aliud videndum est, cum duplex natura copulata ac declinatuum bini fiant ordines ut est Mars Martes, unde tum ratio analogiae debeat ordiri,

---

1 figura Laetus, figuras vulg. 'figuras vocis *non potui legere in* F' Groth. — habeat Laetus. — 2 '*fort.* similitudine quae est in rectis' LSp. — 5 '*fort.* in primo' LSp. — impositione] G, imposito F. — 8 uel prosus et rosus] F (Keil) V p. *pro* rosus *ex* F 'rusus *ut vid.*' *testatur* Groth, *admodum pallida enim est scriptura in ista paginae parte*; uel prosus uel rosus G H a, *nisi quod* prorsus G H *et* resus H. ut prosas et rosas Laetus. — 9 obliquas] aliquas G H a. — debebit] habebit vulg. — 10 utraque] '*immo* utroque, *non* utraque re' LSp. *hoc enim proposuerat* LSp Comment. p. 12 sq. — 11 '*fort.* eiusdem modi' LSp. — 12 natura F, *corr.* Stephanus. — 15 multitudine *corr. ex* multitudinem F. '*fort.* multitudinis' LSp. — 17 proficiscantur F, proficisceatur H, *corr.* Stephanus. — 19 aliquo] a quo F G H, in quo a. *fort.* quo. — 20 scalas aliud] '*fort.* scalarum' LSp. *nonne* illud *pro* aliud? — 21 declinatum F V p. — '*fort.* fiunt' LSp. — 22 mars martes] F, mars martis ceteri *ut vid. omnes*, mas mares Müller. '*fort.* Maspiter, Martis' LSp. as asses *idem olim adscripserat coll.* § 83. — debuit Laetus. debeat oriri V, oriri debeat p. —

utrum ab singulari re in multitudinem an contra. Neque § 55
enim si natura ab uno ad duo pervenit, idcirco non potest
amplius esse in docendo posterius, ut inde incipias, ut quid
sit prius ostendas. Itaque et hi qui de omni natura dispu-
tant atque ideo vocantur physici tamen ex his, ab universa
natura profecti retro, quae essent principia mundi, ostendunt. (p. 577 Sp.[1])
Oratio cum ex litteris constat, tamen eam grammatici de lit-
teris ostendunt. Quare in demonstrando, quoniam potius § 56
proficisci [de litteris ostendunt] oportet ab eo quod apertius
est quam ab eo quod prius est, et potius ab incorrupto quam
[*a corrupto*] principio, ab natura rerum quam ab lubidine
hominum, et haec tria quae sequenda magis sunt minus sunt
in singularibus quam in multitudine, [*a multitudine*] commodius
potest ordiri, quod in his principiis minus rationis verbis fin-
gendis. Verborum formas facilius [singularia] videri posse quam
ex singularibus, multitudinis haec ostendunt Trabes Trabs,
Duces Dux. Videmus enim ex his verbis Trabes Duces de § 57
extrema syllaba E litteram exclusam et ideo in singulari

F. fol. 33 b. minus sunt

---

2 icirco F. — 3 quid] quod F (Groth). — 5 phisici F. — 6 ostendunt] '*scrib.* ostenderunt' LSp. — 7 '*fort.* constet' LSp. *conf.* C. F. W. Müller p. 871. — eam vulg., de ea Augustinus. '*fort.* ex ea' LSp. — 8 ostendűnt F (Keil), ostendunt F (Groth) H^1p, ostenderunt ceteri. — 9 proficisci] Ga Scioppius, proficisse FH, profecisse ceteri. — de litteris ostendunt *om.* vulg. — 10 potius ab incorrupto quam a corrupto] *scripsi duce* LSp *qui* potius quam a corrupto ab incorrupto *vel* potius quam a principio ab incorrupto *proposuit.* potius quam ab incorrupto F, potius ab incorrupto principio quam . . *cum lacuna* Müller. — 11 ab natura] et potius ab natura Müller, *idque rectius videtur quam* item (*vel* et) ab natura. — 12 'magis *fort. del.*' LSp. — 13 a multitudine] *add.* LSp. — '*fort.* potest esse ordiri' LSp. — 14 principiis] Aldus, principibus F. '*fort.* quod in his principiis minus rationis verbis fingendis; verborum formas facilius videri posse quam ex singularibus ex multitudinis haec ostendunt *vel, si vocabulum* singularia *probum est,* minus rationis verbis fingendis; [ex multitudinis] verborum forma' LSp. *ego* singularia *delevi cum* LSp *sed infra* multitudinis haec *coniunxi* (*h. e.* multitudinis haec exempla). — rationis] LSp, orationis F. — 15 formas] LSp, forma F. — 16 traps Roth Philol. XVII, 176. — 18 exclusam] '*fort.* elisam' LSp.

(p. 378 Sp.[1]) factum esse Trabs Dux. Contra ex singularibus non tam
videmus quemadmodum facta sint ex B et S Trabs et ex C
§ 58 et S Dux. Si multitudinis rectus casus forte figura corrupta
erit, id quod accidit raro, prius id corrigemus quam inde
ordiemur; obliquis adsumere oportet figuras eas quae non
erunt ambiguae, sive singulares sive multitudinis, ex quibus
§ 59 id, cuiusmodi debent esse, perspici possit. Nam nonnun-
quam alterum ex altero videtur, ut Chrysippus scribit, quem-
admodum pater ex filio et filius ex patre, neque minus in
fornicibus propter sinistram dextra stat quam propter dex-
tram sinistra. Quapropter et ex rectis casibus obliqui et ex
obliquis recti et ex singularibus multitudinis et ex multitu-
§ 60 dinis singulares nonnunquam recuperari possunt. Principium
id potissimum sequi debemus, ut in eo fundamentum sit [in]
natura, quod in declinationibus ibi facilior ratio. Facile est
enim animadvertere, peccatum magis cadere posse in impo-
(p. 379 Sp.[1]) sitiones eas quae fiunt plerumque in rectis casibus singula-
ribus, quod homines imperiti et dispersi vocabula rebus im-
ponunt, quocumque eos libido invitavit; natura incorrupta
plerumque est suapte sponte, nisi qui eam usu inscio depra-
§ 61 vabit. Quare si quis principium analogiae potius posuerit in
naturalibus casibus quam in *im*positiciis, non multa in con-
suetudine occurrent et a natura libido humana corrigetur, non
a libidine natura, quod qui impositionem sequi voluerint

2 trabs] vulg., trabes F. — 3 dux] vulg., duces F. — si multitudinis] similitudinis F, *corr.* Müller. — 5 obliquis] aut de obliquis Müller. '*fort.* ex obliquis' LSp. — oportet] LSp, oportere F, oportebit Müller. — 6 multitudines F, *corr.* vulg. — 7 debet *corr. ex* debent F, debent ceteri. '*fort.* debeat' LSp. *cf.* C. F. W. Müller p. 870. — possit] Scioppius, possint F, possunt V^1. *fort.* ex quibus ii . . possint. — nonnunquam] nunquam Laetus. — 8 chrisippus F. — 10 propter dextras F, *corr.* Laetus. — 11 quapropter ex Vp, quapropter ut ex Laetus. '*fort.* quapropter quoniam et' LSp. — 12 singularibus multitudinis F, *corr.* Vertranius. — 13 recuperari] reperiri H. — 14 id *om.* Vp. — in] *seclusit* LSp. — 15 enim est Laetus. — 19 incitauit G. — 20 est plerumque Laetus. — deprauavit *ut vid. corr. ex* deprauabit F, deprauauit Vp. — 22 in impositiciis] LSp, inpositiciis F, in impositivis vulg. — multa] vulg., multae F. '*fort. substantivum intercidit ut* offensiones' LSp. multa inconcinna Christ.

facient contra. Sin ab singulari quis potius proficisci volet, § 62
initium facere oportebit ab sexto casu qui est proprius lati-
nus; nam eius casuis litterarum discriminibus facilius reli- (p. 580 Sp.[1])
quorum varietatem discernere poterit, quod ei habent exitus
aut in A ut hac Terra, aut in E ut hac Lance, aut in I ut
hac Levi, aut in O ut hoc Caelo, aut in U ut hoc Versu.
Igitur ad demonstrandas declinationes biceps via haec.

Sed quoniam ubi analogia, tria, unum quod in rebus, § 63
alterum quod in vocibus, tertium quod in utroque, duo priora
simplicia, tertium duplex, animadvertendum haec quam inter
se habeant rationem. Primum ea quae sunt discrimina in rebus, § 64
partim sunt quae ad orationem non attineant, partim quae
pertineant. Non pertinent ut ea quae observant in aedificiis
et signis faciendis ceterisque rebus artifices, e quis vocantur
aliae armonicae, sic item aliae nominibus aliis; sed nulla
harum fit loquendo pars ad orationem. Quae pertinent, res § 65
eae sunt quae verbis dicuntur proportione neque a simili- (p. 581 Sp.[1])
tudine quoque vocum declinatus habent ut Iupiter Marspiter,
Iovi Marti. Haec enim genere nominum et numero et casi-
bus similia sunt inter se, quod utraque et nomina sunt et
virilia sunt et singularia et casu nominandi et dandi. Alte- § 66
rum genus vocale est, in quo voces modo sunt proportione
similes, non res, ut Biga Bigae, Nuptia Nuptiae; neque

---

1 contraria F, *corr.* vulg. — quis] qui Scioppius. — 2 initium] Groth, in illum F, id illum vulg. — latinis Rholandellus. *conf.* Diomedes I p. 277: 'ablativum Graeci non habent, hunc tamen Varro interdum sextum, interdum latinum appellat, quia latinae linguae proprius est, cuius vis apud Graecos per genetivum explicatur'. — 3 casuis] casus his F, *corr.* Müller *qui* cassuis *scripsit.* latineis enim non est casus alius, heis litterarum vulg. — 4 uarietate F, *corr.* vulg. — discere vulg. — ei] eius Laetus. '*fort.* quod is habet *vel* quod ei *del.* habent' LSp. — 5 in I] in i *corr. ex* in hi F (Keil), *corr. ex* in ui F (Groth). — 6 levi] '*substantivum desideratur velut* pelvi' LSp. — 7 via] LSp, Madvig Advers. II, 178, una F. — 8 tria] atria F, *corr.* Aldus. — 9 alterum alterum quod F. — 15 armonicae] *sic* F. *conf.* p. 9, 2. — 16 '*fort.* in loquendo' LSp. — 18 maspiter G a Laetus. — 19 genera F, *corr.* Müller. — 20 sunt] sunt proportione similes Laetus, sunt proportione similia vulg. — utrumque H. — 23 '*fort.* bigae, quadriga quadrigae, nuptia' LSp.

enim in his res singularis subest una, cum dicitur Biga Quadriga, neque ab his vocibus quae declinata sunt, multitudinis significant quicquam, ideo quod omnia multitudinis quae declinantur ab uno, ut a Merula Merulae, sunt eiusmodi ut singulari subiungatur, sic Merulae duae, Catulae § 67 tres, Faculae quattuor. Quare cum idem non possit subiungi, cum dicimus Bigae unae, Quadrigae duae, Nuptiae (p. 582 Sp.[1]) tres, sed pro eo unae Bigae, binae Quadrigae, trinae Nuptiae, apparet non esse a Biga et Quadriga [et] Bigae et Quadrigae, sed ut est huius ordinis una duae tres principium Una, sic in hoc ordine altero unae binae trinae prin- § 68 cipium est Unae. Tertium genus est illud duplex quod dixi, in quo et res et voces similiter proportione dicuntur ut Bonus Malus, Boni Mali, de quorum analogia et Aristophanes et alii scripserunt. Etenim haec denique perfecta ut in oratione, illae duae simplices inchoatae analogiae, de quibus tamen separatim dicam, quod his quoque utimur in § 69 loquendo. Sed prius de perfecta, in qua et res et voces quadam similitudine continentur, cuius genera sunt tria, unum vernaculum ac domi natum, alterum adventicium, tertium nothum ex peregrino hic natum. Vernaculum est ut Sutor et Pistor, Sutori Pistori; adventicium est ut Hectores (p. 583 Sp.[1]) Nestores, Hectoras Nestoras; tertium illud nothum ut Achilles § 70 et Peles. de genere multi utuntur non modo poetae sed

---

F. fol. 34 peles de genere . . . seruis

---

2 sunt multitudinis, multitudinis Christ. — 3 significa^{t}nt F, *qui voluisse vid.* significat. — 5 caculae vulg. — 6 subiungi quod non dicimus una biga Scioppius, *et nisi quod* biga una Müller, *quod postremum iam* LSp *ante eum coniecerat. satis erit, opinor, si Varronem* bigae I, quadrigae II, nuptiae III *numerorum signis notasse statuemus.* — 9 a] *om.* vulg. — et] *del.* LSp. — 10 una] vulg., unae F. — principum F (Groth). — 15 scripserunt *corr. ex* dixerunt F. — etenim] et V^1 (enim *add. m. rec.*), est enim Scioppius *fort. recte,* itaque Reiter p. 82 adn. 1, p. 35 sq. — ut] '*fort.* est *aut del.*' LSp. — 16 incohatae Ga. — 22 '*fort.* sutor pistor' LSp. — sutori et pistori GH. — '*fort.* Hectorem Nestorem Hectora Nestora' LSp. — 24 pellęs G, Peleus Laetus. '*intercidit utriusque nominis alter casus*' LSp. — de genere] quo genere Scioppius, eo genere Müller, degenere Lachmann ad Lucr. p. 56. '*fort.* medio *vel* secundo genere' LSp.

etiam plerique haec primo omnes qui soluta oratione loquuntur dicebant ut Quaestorem Praetorem sic Hectōrem Nestōrem; itaque Ennius ait:

Hectōris natum de Troiano muro iactari.

Accius haec in tragoediis largius a prisca consuetudine movere coepit et ad formas graecas verborum magis revocare, [et] a quo Valerius ait:

Accius Hectorem nōllet facere, Hectora mallet.

Quod adventicia pleraque habemus graeca, secutum ut de nothis graecanicos quoque nominatus plurimos haberemus. § 71 Itaque ut hic alia graeca, alia graecanica, sic analogiae, e (p. 584 Sp.[1]) quis quae hic nothae fiunt declinationes, de his aliae sunt priscae ut Bacchidēs et Chrysidēs, aliae iuniores ut Chrysidĕs et Bacchidĕs, aliae recentes ut Chrysidas et Bacchidas; cum his omnibus tribus utantur nostri, maxime qui sequontur media in loquendo offendunt minimum, quod prima parum similia videntur esse graecis, unde sint tralata, tertia parum similia nostris. § 72

4. Omnis analogiae fundamentum similitudo quaedam,

---

1 plerique haec. Primo om̄s F, plerique ac primo omnes Stephanus. *verba* haec primo *ante* dicebant *ponit* Lachmann, *ut ab* Haec *nova sententia incipiat; probat* LSp. *ego haec fere exspecto:* vernaculum est ut Sutori Pistori Hectōri Nestōri, adventicium est ut *Ἕκτορα Νέστορα* Hectŏra Nestŏra . . Peles. De his primo genere multi utuntur non modo poetae sed etiam plerique omnes qui. — oratione *corr. ex* orationi F. — 2 questorem F. — 4 troiano *del.* Scaliger, *idem* iactarier. *conf.* Ribb. trag. fr. Enn. 93, *qui cum Scaligero hunc versum alii fragmento* (Cic. Tusc. d. I, 44, 105) *adnectit.* — 5 haec] hoc Laetus. 6 cępit F. — 7 et] *del.* Müller. '*fort.* a quo et' LSp. — 8 accius *corr. ex* accium F. — nolet . . malet H. — 10 grecanicos F. — nominatus] V, nominatos F. — plurimos] a, plurimus F G H, plurimum V p Laetus. — 11 grecanica F. — 12 notae F. — 13 bachides et chrisides F '*fort.* Bacchidem et Chrysidem' LSp. *fort. invertendus nominum ordo.* — iuniores] minores F, *corr.* Scioppius. — chrisides et bachides F. '*fort.* Chrysim et Bacchim' LSp. *vocalium notas posui auctore* Christio *qui recte contulit* Charis. p. 148, 38 K, Diomed. p. 305, 13. — 14 recentes] regentes F, *corr.* Aldus. — chrisidas et bachidas F. '*fort.* Chrysida et Bacchida' LSp. — 15 maxume G H. — 17 '*fort.* sunt' LSp.

(p. 585 Sp.[1]) ea, ut dixi, quae solet esse in rebus et in vocibus et in utroque; in qua harum parte cumque sit in *con*ferendo et cuiusmodi, videndum. nam, ut dixi, neque rerum neque vocis similitudo ad has duplicis quas in loquendo quaerimus analogias verborum exprimendas separatim satis est, quod utraque parte opus est simili, quas ad loquendum ut perducas accedere debet usus. alia enim ratio qua facias vestimen-
§ 73 tum, alia quemadmodum utare vestimento. Usuis species videntur esse tres, una consuetudinis veteris, altera consuetudinis huius, tertia neutra. Vetera ut Cascus Casci, Surus Suri, huius consuetudinis ut Albus Caldus, Albo Caldo, neutrae ut Scala Scalam, Falera Faleram. Ad quas accedere potest quarta mixta, ut Amicitia Inimicitia, Amicitiam
(p. 586 Sp.[1]) Inimicitiam. Prima est qua usi antiqui et nos reliquimus,
§ 74 secunda qua nunc utimur, tertia qua utuntur poetae. Analogia non item ea*dem* definienda quae derigitur ad naturam verborum atque illa quae ad usum loquendi. nam prior definienda sic: analogia est verborum similium declinatio similis, posterior sic: analogia est verborum similium declinatio similis non repugnante consuetudine communi. Ad quam harum duarum ad extremum additum erit hoc 'ex quadam parte', poetica analogia erit definita. Harum primam sequi debet populus, secundam omnes singuli e populo,

---

1 ea] et Vp, *om.* Laetus. — in rebus in Laetus. — 2 in conferendo] LSp, in ferendo F, inserenda Scioppius. in qua harum partium eius sit imponenda Reiter p. 84. — 3 '*an* vocum?' LSp. — 4 '*fort.* duplices' LSp. — quas in] quae in F, *corr.* Müller. — querimus F. — analogias verborum exprimendas] *haec verba quae in libris post* est simili *posita sunt loco suo aberrasse statuit* Müller, *qui quidem ea inseruit inter* duplicis *et* quas in. *ego post* quaerimus *posui. loco non mutato sic* LSp: opus est similitudinis ad analogias verborum exprimendas quas ad loquendum. — 7 qui facias Müller. — 8 usuis species] LSp, usui species F, usus *iam* Augustinus *coniecerat.* — 10 '*malim* tertia neutrae. veteris consuetudinis ut . . huius ut' LSp. — surus suri Scaliger, furus furi F. — 12 neutra ut Laetus. — 15 analogia] vulg., analogiae F. — 16 eadem] LSp, ea F. — derigitur F, dirigitur ceteri. — 17 namque prior G H. — 20 comuni F. — ad quam] at quom Scioppius. '*fort.* si *intercidit post* extremum' LSp. 23 omnes] vulg., omnem F *cum ceteris,* homines Scioppius.

tertiam poetae. Haec diligentius quam apertius dicta esse § 75 arbitror, sed non obscurius quam de re simili definitiones grammaticorum sunt, ut Aristeae, Aristodemi, Aristocli, item (p. 587 Sp.¹) aliorum, quorum obscuritates eo minus reprehendendae, quod pleraeque definitiones re incognita propter summam brevitatem non facile perspiciuntur, nisi articulatim sunt explicatae. Quare magis apparebit, si erit aperte de singulis § 76 partibus, quid dicatur verbum, quid similitudo verbi, quid declinatio, quid similitudo declinationis non repugnante consuetudine communi, quid ex quadam parte. Verbum dico § 77 orationis [vocabulis] partem, quae sit indivisa et minima. Si declinationem naturalem habeat, simile verbum verbo tum quom et re quam significat et voce qua significat et in figurae transitu declinationis parile. Declinatio est, cum ex verbo in verbum aut ex verbi discrimine ut transeat mens, (p. 588 Sp.¹) vocis commutatio fit aliqua. Similitudo declinationis, quom item ex aliqua figura in figuram transit, ut id transit, cum quo confertur. Adiectum est ‘non repugnante consuetudine § 78 communi’, quod quaedam verba contra usum veterem inclinata patietur, ut passa Hortensium dicere pro [hac si] Cervices Cervix; quaedam non, ut si dicas pro Fauces Faux. Ubi additur ‘ex quadam parte’, significat non esse in con-

---

4 obscurit$\overset{te}{as}$ F. — 6 sint GHap. — explicata F, *corr.* Scioppius. — 7 apertum Müller. ‘*fort.* aperte dictum’ LSp. — 9 declinationis] ‘*fort.* declinationis, quid similitudo declinationis’ LSp. — 10 comuni F. — 11 vocabulis] vocalis vulg., *seclusit* LSp *idem:* ‘*fuit fort.* vocabulum, orationis partem quae est’. — et minima] eo minima F (Keil, ASp) Vp Laetus *fort. recte.* (eo *vel* ea *ut vid.* F Groth). — 12 declinationem *corr. ex* declinationis F. — ‘*an* habet?’ LSp. — similem F *cum ceteris, corr.* Scioppius. — 13 quom] qm̃ (= quoniam) F, *corr.* vulg. — re . . voce] rem . . vocem F. *corr.* Müller. — et in] est in F, *corr.* vulg. — 14 figura etransitu *corr. ex* figura etransitum F, *illud etiam* Vp, figura transitus a, figura transitu GH, figura transitum Laetus. et figura in transitu d. parili C. F. W. Müller p. 873. — ‘declinationis *fort. del.*’ LSp. — parilem vulg., habet parilem Scioppius. — 19 comuni F. — ueterum a. — inclinata] F, declinata Laetus, *prob.* LSp. *conf. ad* p. 235, 14. — ‘*fort.* patitur’ LSp. — 20 hac sí] has vulg., hae Stephanus, *del.* LSp.

suetudine in his verbis omnis partis, ut declinatum Amo Vivo, Amor Vivor.

§ 79 5. Quid videretur analogia in oratione et quas haberet species et quae de his sequenda videretur, ut brevi potui informavi; nunc in quibus non debeat esse ac proinde ac debeat soleat quaeri, dicam. Ea fere sunt quattuor genera;
(p. 589 Sp.[1]) primum in id genus verbis quae non declinantur, analogia
§ 80 non debet quaeri, ut in his Nequam Mox Vix. De his magis in alio quam in alio erratur verbo; dant enim non habere casus Mox et Vix, Nequam habere, quod dicamus hic Nequam et huius Nequam et huic Nequam; cum enim dicimus hic Nequam et huius Nequam, tum hominis eius, quem volumus ostendere esse nequam, dicimus casus, et ei pro-
§ 81 ponimus tum Hic [non], cuius putamus nequitiam. Quod vocabulum factum ut ex Non et Volo Nolo, sic ex Ne et Quicquam item media extrita syllaba coactum est Nequam.
(p. 590 Sp.[1]) Itaque ut eum quem putamus esse non hili dicimus Nihili,
§ 82 sic in quo putamus esse ne quicquam, dicimus Nequam. Secundo si unum solum habent casum in voce, quod non declinetur, ut litterae omnes. Tertio si singularis est vocabuli series neque habet cum qua comparari possit, ut esse putant Caput Capiti Capitis Capite. Quartum si ea vocabula

---

F. fol. 34 b et huius nequam

---

1 amo] Laetus, amabo F, ambo H. '*fort.* partis declinatuum ut ab amo amor vivo vivor' LSp. — 2 vivo amor vivor] iuvo amor iuvor p[2] Laetus. — 4 '*fort.* viderentur' LSp. — potuit informauit F, potuit informauit ceteri, *corr.* Laetus. *de servando* potuit *cogitat* Groth. — '*fort.* ut potui brevi, *conf.* IX § 113' LSp. — 6 queri F. — 8 queri F. — mox vix] *reliqua desunt in* V. — 9 dant] dicunt Laetus. — 12 quem] quae F (Groth). — 13 praeponimus G H a. — 14 non] nomen Scioppius, '*voluit* pronomen' LSp, *del.* LSp. *hanc vocem ad* p. 263, 1, *ubi deest* non *pertinere opinor.* — 15 Gellius VII, 11: 'M. Varro in libro de lingua latina: ut ex non et volo, inquit, nolo fit, sic ex ne et quicquam media syllaba extrita componitur nequam.' — 'factum *fort. del. vel* ut factum *transponendum*' LSp. — sic] fit sic Gellius. — 17 dicimus anhili F p, dicamus nihil H. — 18 nequicquam F. *cf.* Woelfflin Arch. f. Lex. II p. 5 *et* 89. — 20 declinentur Laetus. '*fort.* declinantur' LSp, item C. F. W. Müller p. 871.

quattuor quae conferuntur inter se rationem [*non*] habent quam oportet, ut Socer Socrus, Soceros Socerum.

6. Contra in quibus debeat quaeri analogia, fere toti- § 83
dem gradus debent esse coniuncti; primum ut sint res, secundum ut earum sit usus, tertium uti hae res vocabula habeant, quartum ut habeant declinatus naturalis. De primo gradu, quod natura subest et multitudinis et singularis, dicimus hi Asses, hosce Asses, hic As, hunc Assem; contra quod in numeris finitis multitudinis natura singularis non est, dicitur hi Duo et hi Tres, his Duobus et his Tribus. Se- (p. 591 Sp.[1])
cundo gradu si est natura neque est usus, id genus ut sit § 84
discriminandum, ut fit in Faba et id genus, quae item et ex parte et universa nominamus; non enim opu fuit ut in servis . . .

---

1 quattuor *om.* vulg. — non] *addidit* Müller. *de* aliam quam oportet *cogitat* C. F. W. Müller l. c. *conf. ad* p. 262, 14. — 2 soceros cerum FGHa, soceros socrum p, socerum socrum vulg., soceros socrus Müller. '*fort.* socero socrui' LSp. — 3 queri F. — 4 sint tres F, *corr.* vulg. — 5 '*fort.* ut hae' LSp. — 8 hosce] '*fort.* hos' LSp. — asces F. — 10 dicitur] dicimus Laetus. — 12 fit] sit Laetus (Ha?). — 13 non enim . . servis *om.* Laetus. id genus, non enim opus fuit, quae ut in servis item ex parte et universa nominamus Rholandellus. — opufuit F, *conf.* Lachm. ad Lucr. p. 29, opus fuit ceteri *ut* IX § 59. — 14 servis] *in* F *reliqua folii pars scriptura vacat, item fol. 35 et 36 et 37 a. in verso autem folio 37 b scriptum est:* M. T.———Pro aulo cluentio.

INDEX I

RERUM ET VOCABULORUM.

INDEX II

SCRIPTORUM, LIBRORUM, ARTIFICUM, POPULORUM.

Lipsiae, Typis I. B. Hirschfeldi.

